BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
26 C
M 32
C.57.e
14-7-a.37

GRAVISSIMORVM ET PRÆSTANTISSIMORVM AVCTORVM SENTENTIÆ

AB ANGELO IOANNINO Cingulano collectæ, & ad locos communes redactæ,

ITERVM SVMMA CVM additione impreſſa, & ab ijs in quibus erratum fuerat expurgata

Cornelius Franciscutius



Permiſſu Superiorum.

ROMAE,
Ex Officina Iacobi Birichia, 1587.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

REVERENDISS. D.

& Præſtantiſſimo viro Hieronymo Mannello Nuceriæ Epiſcopo.

Angelus Ioanninus. S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TRIA ſunt, optime Præſul, quibus hominũ vita rectè, ac feliciter ducitur, Auctoritas Ratio, & Experientia. Auctoritas fidẽ expoſtulat, & hominem parat ad rationem, eorum autem eſſe debet, qui cum viri boni fuerint, noluerũt alios decipere, & ob eorum prudentiam ab alijs decipi minimè potuerunt. Ratio ad intelligentiam, cognitionemq́ perducit, ea quidem, quæ recta dicitur, ratio enim, inquit Porphyrius in libro de abſtinentia, naturaliter ineſt, recta verò ac perfecta fit à meditatione, ac doctrina. Experientia id comprobat, quod à ratione cognitum fuit. Has igitur duces qui ſequentur, nunquam aberrabunt, idq́ facilè ſibi contingere poterit, ſi grauiſſimas ſapientiſſimorum virorum ſententias non modo memoria tenere, ſed quicquid illis præcipitur, perficere ſtudebunt, adducti ſumma illorum auctoritate, quibus ob maximam doctrinam, ob incredibile iudicium, & ob ſingularem prudentiam ac ſapientiã omnino fides eſt adhibenda, & eò magis, quòd firmiſſimis rationibus omnia comprobarunt, & omnia eorum dicta veritati eſſe conſentanea, ex ipſa experientia poſtea optimè intelligitur. Quæ res fuit in cauſſa, vt cũ

plurimas grauiſſimorum virorũ ſententias ſtudendo collegerim, illas edendas curarem, cũ non mediocrem vtilitatẽ legentibus allaturas conſiderem. Multa n. ſunt in illis, quæ pertinent ad mores ac virtutes multa etiam continentur aconomica, & politica, & facile apparet, quę ſit recta cum priuatæ, tum reipublicæ gerendæ ratio, ex illis deniq; quicquid ad benè, beatèq; viuendũ pertinet, intelligi põt. Tibi autem hoc opus inſcribere volui, vt non modo animum meum erga te gratum, & meam erga te obſeruãtiam ſignificarem, ſed quia hoc tibi optimè conuenire iudicaui, quicquid. n ſapientiſſimi viri dixerũt, id re ipſa à te præſtari, et ſapientiſſimè perfici videtur: quare non minori, ne dicam maiori laude dignus es, eorum. n dicta, tua verò facta probãtur. Nam quis ignorat, quanta prudentia, at ſapientia cum priuata, tum publica geſſeris? Cui nota non eſt tua ſumma humanitas, ac benignitas, qua omnes complecteris? tuaq; liberalitas, qua omnibus prodeſſe conaris? Quid dicã de modeſtia? de morũ ſuauitate? de integritate vitę? de pietate, de religione, cæteriſq; virtutibus, quibus omnes, qui te norunt, mirificè diligunt & obſeruant? & per eas maiorem tibi dignitatis acceſſionem fieri, minimè dubitant. Æquo igitur animo hoc exiguum munus accipias, quod & Claudio tuo nepoti, optimo iuueni, doctrinæ, virtutiſq; cupidiſſimo, & mei amantiſſimo gratum fore exiſtimo. Nam cũ apud me eſſet, huiuſmodi grauiſſimorum virorũ ſententijs mirificè delectabatur. Neq; tam quid tua dignitati conueniat, quàm quid à me præſtari poſſit, expendas. Vale Cinguli kal. Maij M. D. X X C V I I.

AVCTO-

AVCTORES EX quibus ſententiæ excerptę ſunt.

Plato.
Ariſtoteles.
Auerroes.
Plotinus.
Iamblicus.
Proclus.
Porphirius.
Mercurius Triſmegiſtus.
Pythagoras.
Syneſius.
Alcinous.
Speuſippus de diffinitionibus à Platone traditis.
Galenus.
Auicenna.
Auguſtinus.
Lactantius Firmianus.
Seneca.
Plutarchus.
Apuleius.
Marſilius Ficinus.
Ioannes Picus Mirandulanus.
Ioannes Pontanus.

INDEX LOCORVM COMMVNIVM huius operis.

ADVLATIO. 1
Agricultura. 7
Ambitio. 9
Amicitia. 12
Amor. 25
Anima. 31
Ars & experientia. 45
Auaritia. 50
Beneficentia & liberalitas. 55
Bonitas, & uir bonus. 64
Ciuis. 71
Ciuitas & Reſpublica. 74
Clementia & manſuetudo. 83
Cognitio ſui ipſius. 87
Concordia & diſcordia. 89
Conſilium & electio. 93
Conſuetudo. 98
Contemplatio. 100
Continentia & incontinentia. 104
Conuiuium. 107
Corpus ac ſenſus. 114
Dialectica. 120
Diuitię, & Paupertas. 122
Doctrina, ac ſcientia. 123
Dolor. 140
Educatio. 143

Felicitas.

Felicitas. 144
Fides. 56
Finis. 157
Fortitudo. 160
Fortuna. 167
Homo, & hominis dignitas. 171
Honeſtas, 178
Honor, & Nobilitas. 181
Ignorantia. 186
Ingenium. 191
Ingratitudo, 189
Iniuria. 293
Inuidia & odium. 297
Iocus & Riſus. 360
Ira. 305
Iuſtitia & Iniuſtitia. 315
Labor, & Ocium. 318
Laus, & Gloria. 323
Lex. 328
Libertas, & ſeruitus. 334
Libido, & Concupiſcentia. 339
Lucrum. 338
Magiſtratus. 340
Malitia. 345
Matrimonium, & Cura familiaris. 348
Memoria, 356
Mens, & intellectus. 359
Metus, & audacia. 364
Miſeria humana. 368
Mores. 372
Mors, 375
Carnis contritio. 386
Mulier.

Mu

Natura.	393
Obedientia	399
Pater, ac Patria.	403
Philoſophia.	408.
Poeſis.	414
Præceptor.	417
Principatus, ac Regia poteſtas	420
Prudentia.	428
Pueritia, & Adoleſcentia.	435
Pulchritudo.	442
Ratio.	448
Rhetorica.	453
Sapientia.	458
Senectus.	465
Sermo.	470
Silentium & loquacitas.	472
Societas, ac Solicitudo.	476
Somnus.	479
Superbia.	481
Temperantia, & Intemperantia.	485
Verecundia.	491
Veritas & Mendacium.	494
Vinum & Ebrietas.	501
Virtus.	508
Vita.	517
Vitium.	523
Voluptas.	528

FINIS.

DE ADVLATIONE.

OMNIS adulatio & in ſe ipſum,& in alios,ſiue paucos,ſiue multos, eſt fugienda. in Gorgia. *Plato.*

Facultas adulatoria ſimulans ſe id eſſe, quod ſubijt, optimi quidem nullam habet curam, ſed ſemper eo,quod dulciſsimum eſt quaſi homo incautam illaqueat mentem,& adeo decipit, vt plurimi apud eam æſtimari videatur. ibidem.

In vita atque communi vſu verborum & actionum quidam ſunt aſſentatores, qui placendi ſtudio laudant omnia,& aduerſantur, putantes oportere, ſe cuiquã minime moleſtos eſſe.4. Ethic. *Ariſt.*

Qui placere ſtudet, vt in pecunijs vtilitatem adipiſcatur, adulator dicitur. ib.

Omnes adultatores ſunt ſeruiles & abiecti homines.ib.

Pleriq; per ambitionem magis amari velle videtur,quam amare, ex quo fit, vt multi adulatores ament.ib.

Adulator magis fingit amare quàm amari.ib.

Iucunda eſt aſſentatio,& adulator ſuauiſſimus eſt auriũ comes: eſt enim adulator is, qui admirari res noſtras & amare

ſingit. 1. Reth.

Adulatoris ſigna ſunt, pręſentem commendare ac prædicare, bona & virtutes ſupra modum extollere, mala, vitiaq; abijcere, leuare ac ſupprimere, dolentibus grauiter condolere, & cætera eius generis, quę aſſentationis artificium detegũt. 2. Reth.

Aug. Adulatio eſt maxime inimica amicitię. epiſt. 135.

Adulatoris lingua magis nocet, quam manus interfectoris. In Pſal. 69.

Adulator male credulis blandum uulnus infigit. Ad Demetr.

Falſa laus adulatoris, & ſimulata dilectio mentes a rigore veritatis emollit. De Doctrina Chriſt.

Magis optabo a quolibet reprehendi, quam ab adulatore laudari, nullus enim reprehenſor formidandus eſt amatori veritatis, adulator vero errat, & confirmat errorem. De Trin.

Pyth. Gaudendum eſt potius redarguẽtibus quam adulantibus, quos etiam hoſtibus deteriores exiſtimare oportet.

Sen. Quis verum ſibi dicere audetur, quis non inter adulantium & blandientium greges poſitus plurimum tamen ſibi ipſi aſſentatus eſt? De Tranquil.

Adulationes euita, ſitq; tibi tam moleſtũ laudari a turpibus, quam ſi lauderis ob turpia. De quatuor virt.

Difficilimum eſt aſſentationes repel-

ſere, quarum ſermones animum volupta te reſoluunt. ibid.

Adulatio quam ſimilis eſt amicitię, non imitatur tantum illam, ſed vincit, & præterit, apertis ac propitijs auribus recipitur, & in pręcordia ima deſcendit, eo ipſo gratioſa quo ledit. epiſt. 45.

Non ſumus modica laude contenti, quicquid in nos adulatio ſine pudore congeſſit, tamquam debitum capimus, optimos nos eſſe, ſapientiſſimos affirmantib⁹ aſſentimur, cum ſciamus illos ſæpe multa mentiri. Adeo quoq; indulgemus nobis vt laudari velimus in id, cui contraria maxime facimus. epiſt. 60.

Adulatores veluti aucupes auicularũ voces imitantur, cęteriſq; rebus ſe ſimiles fingunt, vt his artibus ſe regibus maxime inſinuent, atque cõmendent. in Policitis. *Plut.*

Adulatio non eſt pauperum aut ignobilium comes, aut parum potentium, ſed eſt nobilium morbus ac ruina, ſæpe regna quoq; ſubuertit & imperia. De Diſcrimine adul. & amici.

Quemadmodum pediculi diſcedunt a morientibus, & corpora relinquunt, cum primum ſanguis extinctus fuerit, quo nutriri ſolent, ſic aſſentatores res aridas ac frigidas minime tangunt, nobilibus ac potentibus imminent, hiſq; aluntur, ſed ijdem, cõmutatis rebus ſtatim aduolãt. ib.

Velut quæ aurea non ſunt, ſed aurum mentientia ſolum ſplendorem & auri ni-

torem imitantur,ſic adulator amico incū ditatem ac feſtiuitatem ſimulans omni tē pore ſe ſe hilarem ac blandum exhibere videtur, nuſquam repugnans, nuſquam obſiſtens. ib.

Pro certo habendum eſt,eam adulationem eſſe periculoſam, quæ latet, non eã quam aliquis præſeferat,neque ea,quę eſt ludicra ſed quę ſeria, propterea quod hęc facit, vt veræ quoque diffidatur amicitiæ. ib.

Adulator ea laudat,quę placēt,haud moderate ſed ita, vt cum ſtupore & ad miratione efferre videatur. ib.

Adulator non habet ſtabiles mores,nec ullum vitæ genus ſibi pręſcribit, ſed nũc his,nũc illis ſe ſe accomodat, nec ſimplex eſt nec vnus,ſed inquamlibet ſpeciem mutabilis ac vanus, alio atq;alio ſubinde habitu in morem aquarum ſemper tranſeũtium, quę ad ſubiecti ſoli ſpeciem tranſmittantur.ib.

Id accidit adultatori,quod ſolet chameleonti, qui omnium colorum. ſimilitudinem exprimit,pręterquam albi,ſic adulator cum ſe ſimilem præſtare nequeat in his, que ſtudio digna ſunt, nihil in turpibus non imitatum relinquit.ib.

Vnum hoc agit adulator, vnum hoc ſpectat,vt ſemper vel iocum aliquem vel rem, vel orationem ad voluptatem comminiſcatur, & arte condiat.ib.

Adulator ambitioſorum aures laudibus occu-

occupans, & illis affixus non facile excutitur. Quare iam maxime vigilanti iudicio fuerit vtendum,& obſeruandũ, vtrum ea laus rei tribuatur an homini. ib.

Qui adulando penetrant ad ipſos mores, & his corrumpendis adulantur, perinde faciunt, ac famuli ſolent, qui non de aceruo, ſed de ſemine furãtur. Nam dum virtutis vocabula vitijs tribuunt, nimirũ affectum actionum ſeminarium, & animi habitum inficiunt, vnde veluti ex fonte omnia vitæ officia proficiſcuntur ib.

Illud eſt omniũ ſceleratiſſimum, quòd nec a ſeipſis temperant adulatores. Nam quemadmodum luctatores ſuum corpus demittunt, ut alios deijciant, ſic illi vituperando ſe ipſos, clam huc irrepũt, vt alios laudent. ib.

Quemadmodũ ſunt cibi nonnulli qui neque ſanguinem iuuant, neque ſpiritib', neque neruis, aut medullis vim aliquam addunt, ſed pudenda tantum permouẽt, aluum tumefaciunt, & carnem gignunt ſub putrẽ ac flaccidã, ſic aſſentatoris oratio nihil addit ſobrietati, nihil prudentiæ, ſed aut quadam amoris delectatione deliníre, aut ſtultam iracundiam, aut in inuidiam irritare, aut moleſtum, & inanem animi faſtum inducere aut in dolore collachrimari, aut morum difficultatem, & illiberalitatem ac pertinaciam ſemper delationibus turbulentam ac ſuſpicantem reddere, non ignorabit, quiſquis anima-

duerterit. ibid.

Adulatoris officium nihil habet iuſtum nihil verũ, nihil ſimplex, neq; liberale. ibi. Turpe eſt, dum placere ſtudes, in adulatione incidere, rurſus turpe, dum adulationem vitas, immodica reprehendendi libertate gratiam amicitiæ, ſimulq; medẽdi perdere vtilitatem. ibid.

Quemadmodum Patroclus cum Achillis arma indueret, & illius equos ad pugnam induceret, ſolam Peliadem haſtam contrectare non auſus eſt ita adulator dum amici inſignia atq; cultum circum ponit, ſolam libertatem vt eximium amicitiæ geſtamen intactam, & non imitatam relinquit. ibid.

Nullum eſt hominum genus adulatoribus peſtilentius, neque quod magis ac celerius iuuenes in perniciem precipitet, illi enim & parentes & natos funditus perdunt & inter conſulendum eſca voluptatis haud facile euitabili allicientes ſimul parentum ſenectutem, & filiorum iuuentutem doloribus replent. De liberis educ.

Adulatores & paraſiti eſt prauum hominũ genus, & execrabile, pernicies peſtiſq; iuuentutis. ibid.

Mars. Adulatores venefici nos circumueniunt, tanto Circe crudeliores, quanto grauius inferunt detrimentum, illa enim ſuis poculis exteriora hominis fertur in beſtias commutaſſe, hi vero ſuis lenocinijs interiora transformant. in Plat.

Nullus

Nullus homicida eſt pernicioſior aſſentatore, qui aliorum animam occidit. lib. 1. Epiſt.

De Agricultura.

AGricola circa plantarum dignitatẽ noſcere debet, qua regione, & quo tempore quid plantandum ſit. In Hipparcho. *Plato.*

Agricola conuenientia vnicuique ſolo ſemina diſtribuit. In Minoe.

Sapiens agricola plantis ſuis pro depra uatis ſenſibus, quoties tale aliquid ægrotat, bonos integroſq; & veros ſenſus infer re ſolet. In Thæet.

Multa ac pulchra efficiunt agricolæ, ſũma tamen illorũ eſt, ex terra alimẽta colligere. in Eutyphrone.

Non arte ſed natura, & quodam Dei fauore homines terræ culturam aggreſſi ſunt. In Epimenide.

Agricola mentis compos nũquid chariſſima ſibi ſemina, quorum fructus expectat, æſtate in Adonidis hortis ſummo ſtu dio, & diligentia ſparget, vt octo diebus ſpecioſos inde flores aſpiciat? an potius, ſiquando id egerit, feſti cuiuſdam diei, & ludi gratia faciet? At vbi ſerio agens agriculturæ ſtudium adhibuerit, ſeret quidem vbi conuenit, & ſe ſatis conſequtum putabit, ſi octo menſium interuallo ſatio ſua ad fruges peruenerit. In Phedro.

Agricolarum optimi ſunt, qui maximam agrorum colendorum peritia habẽt 3.de rep.

Agrorũ curatores ſi quid aduerſus eos, quorũ habẽt curã cõtumelioſe, gerãt, inæqualiter onera inferentes, aut ui aliquid ab agricolis accipientes, ſiue adulatorum largitionibus, quibus iudicium corrumpatur, muneribus quidem adulationibuſque capti opprobrio per vniuersã vrbem afficiantur; in alijs autẽ iniuriis vſq; ad animam ſponte ſua uicinis colonisq; dent mulctam. quod ſi nolunt in maioribus vel minoribus iniuriis quod debent, pſoluere quia ſperent, cũ de loco ad locũ per ſingulos mẽſes tranſeant, iudicium ac penam eſfugere, in communi iudicio accuſentur, & qui damnabitur, duplum reddat ei, quem iniuria oppreſſit.6.de legibus.

Caueat vicinus ne vicino noceat cum in aliis, tum vel maxime in agris colẽdis 8. de leg.

Ariſt. Optimus populus eſt ille, qui conſtat ex agricolis.6.Pol.

Agricultura eſt primum neceſſarium ſicut vxor in filiis 1. AEcon.

Nulla in re tam laudabiliter acquirimus quàm in agricultura.ib.

Agricultura cæteris quęſtibus eſt ante ponenda, quia eſt ſecundum naturam, & quia eſt iuſta, & vtilis ad fortitudinem Nã & robur affert corpori ad laborum tolerãtiã, & contra periculi animũ firmat

pro-

propter exercitationem tuendi res ſuas, quę periculis expoſitę ſunt.ib.

Non decet eos, qui vouent, ſed qui terram colunt, fructus colligere En.3. *Flot.*

Agricultura eſt miniſtra naturæ operibuſq; naturæ, vt naturaliter peraguntur, adminicula ſuggerit.En.4.

Agricolarum labor ſanctus eſt & honeſtus. De opere mon. *Aug.*

Agricultura omnium artium eſt innocentiſſima.lib.de hęres.

Perdet agricola,quod ſparſit, ſi ſuos labores deſtituet in ſemine.2.de ben. *Sen.*

Arbor ad fructum producta agricolam delectat. Epiſt.34.

Ad agriculturam primum requiritur bonum ſolum. deinde peritus colonus, denique ſemina frugi. De lib. educ. *Plut.*

De Ambitione.

Ambitioſi homines ſi totius exercitus pręfecturam aſſequi nequeant,ſaltem tribuni effici uolunt, ac niſi à magnis uenerandiſq;viris honorantur, honorem ab ignobilibus accipiunt vt qui honoré prorſus affectant. 5.de Rep. *Plato.*

Cum ciues ambitioſi non ſunt in expetendis magiſtratibus,tunc ciuitas optime, & procul a ſeditionibus permanet,contra vero quę ciues habet aliter affectos.7. de Rep.

Ambitioſus quæſtus delectationē moleſtam putat, & eam quæ diſcendo percipitur, niſi doctrinam inanem. & vmbratilē hominū gloriā pariat. 9. de Rep.

Ariſt. Ambitioſus eſt, qui magis quam oportet, & vnde non oportet, honorem affectat. 4. Eth.

Ille dicitur ambitioſus, qui cupiditate honoris excedit. 2. Reth.

Auer. Qui exhibit ſe ipſum tamquam aptum grādibus, cum non exiſtat, ambitioſus nominatur. 4. eth. com. 8.

Sen. Aeque ambitio non patitur, quemquā in ea honorum menſura cōquieſcere, qua quondam fuit eius impudens uotum. Nemo agit de tribunatu gratias; ſed conqueritur, quod uon eſt vſque ad præturam productus, ſi deſit Conſolatus; neque hoc quidem ſufficit, ſi vnus eſt, vltra cupiditas enim non vnde uenerit, reſpicit, ſed quo tē dit. 2 de Benef.

Eorum, qui in republica verſantur, nemo quos vincat, ſed a quibus vincatur, aſpicit, & illis non tam iucundum eſt, multos poſt ſe videre, quam graue aliquem ante. Habet hoc uitium omnis ambitio, nō reſpicit, nec ambitio tantum inſtabilis eſt verum cupiditas omnis, quia incipit ſemper a fine. Epiſt. 74.

Relinque ambitionem, tumida res eſt, vana, uentoſa, nullum habet terminum tā ſolicita eſt, nequem ante ſe videat, quam ne alium poſt ſe, laborat inuidia, & qui-

dem

dem duplici. Epiſt. 85.

Tantus eſt ambitionis furor, vt nemo tibi poſt te uideatur, ſi aliquis ante te fuerit. Epiſt. 105.

Ambitio non eſt contenta honoribus annuis, ſi fieri poteſt, vno nomine uult faſtos occupare, & per omnē orbem titulos diſponere. 2. de ira.

Ambitio eſt maxime pernicioſa reipublicæ, quippe cui magna ineſt audacia, & quę non deiectis neque ignauis innaſcitur animis, ſed nouis, vigentibus & iuuenilib⁹. Eamq; plerumq; popularis impetus laudibus extollens atq; incitans effrenatā reddit & intractabilem. In Polit. *Plut.*

Contentioſorum ambitio atque vehemens & immoderata honorum cupiditas potiſſimum in cauſa eſt, vt aut humiliores oppreſſos velint, quoad ciuitate relicta coacti perfugiant, aut ipſi inter ſe certaminibus inflammati, ſenatum, iudicia, magiſtratus omnes & rēpublicā funditus euertant. ibid.

Ambitioſis ingenijs inuidia atq; obtrectatio incidit aduerſus honore aut gloria præſtantes. De fraterno. Am.

Ambitio vt quæ multorum magnorūq; malorum ſit altrix & parens, & vrbium regnorumq; peſtis, ei jcienda eſt. lib. de Principe. *Ioan. Pont.*

Sibi perſuadere longe plura ac maiora, ad quæ neque ſit omnino aditus neq; uia pateat ulla, vani eſt hominis, et ſe ipſum

decipientis. longius vero cogitationes euagari ſinere, incaſſumq; conferre operã, quid eſt aliud quam in irritum iactare ſuas actiones. 1. de Magnan.

Vituperatur ambitio, improbanturq; ambitioſi, quòd relicta ratione in exceſſum habeant. nam cum imperari ſibi ab effectibus patiantur, & a nimia cupiditate, non modo in eo peccant, quia medij lineam ſponte tranſgrediuntur, & affectãdo, & ambiendo, ſed in eo quoque quod perſępe vnde minime par eſt, ac nullo modo debeant, honorem aucupantur lib. 2. de Magn.

De Amicitia.

Plato. Quicunque in comparandis amicis eſt ſapiens, non prius eorum quemquam laudat, quam ipſorum familiaritatem fuerit aſſequtus, futura nãque formidat. Plerique enim cum ſe laudari & extolli ſentiunt, faſtu tumeſcunt. In Liſide

Amicum bonum habere malim, quam Darij theſauros adipiſci. ib.

Siile ſimili ſēp amicũ eſſe, neceſſe eſt. ib.

Solus bonus ſoli bono amicus eſt, malus autẽ nec bono, nec malo re vera amicus efficitur. 16.

Amici numquam erunt, qui ſe inuicem non multi faciunt. 16.

Qui bonos mores amat, dũ vitã degit, in

amicitia permanet, vt qui rem ſtabilem ſectatur. In Conuiuio.

Non poteſt eſſe maior infamia, quā videri pluris feciſſe pecunias quam amicos. In Critone.

Publica amicitia eſt ille cōſenſus, quo cuncti ſub eadem lege & principe conueniunt, & eumdem finem reſpiciunt. In Alcib. 1.

Amicus dicendus eſt, qui bonus vtiliſq; videatur & ſit, qui vero videatur quidem ſed non ſit, videtur quoque amicus, tamē amicus non eſt. 1. de Rep.

Recte dici poteſt, amicitiam ab æqualitate proficiſci. 6. de leg.

Amicitia, quæ oritur a contrarijs, eſt dura & aſpera, quę vero a ſimilibus placida. 8. de leg.

Ad res gerendas eſt neceſſaria hominū beneuolentia, auſteritas enim amicorū ſolitudinem parit. Epiſt. 4.

Nullum maius eſt argumentum vel improbitatis ſi deſint amici, vel probitatis ſi adſint. Epiſt. 7.

Nemo eſt, qui ſine amicis uiuere uellet, licet cūcta alia bona poſſideret. 8. Eth. *Ariſt.*

Amicitia eſt refugiū in calamitatib⁹. ib.

Locupletes & in dignitate ac ſumma potentia conſtituti plurimum amicis indigere videntur. Quid enim prodeſſet talis proſperitas, ſi beneficij conferendi auferretur facultas? quod maxime fit, cōmendaturq; in amicos; vel quomodo cuſtodi

rentur

rētur & ſeruaretur ſine amicis? cum quanto plura illa ſint, tāto maiori periculo ſubiaceāt. ibidem.

Hominibus amicitia coniunctis non eſt opus iuſtitia. ibid.

Amicitia eſt mutua dilectio. ib.

Amicitia, quę a delectatione vel ab vtilitate proficiſcitur, facile diſſoluitur. ib.

Adoleſcentum amicitia oritur a voluptate, amant enim ſecundum affectus & maxime id ſequuntur, quod voluptatem in pręſentia afferat. ibid.

Ea eſt amicitia perfecta, quę inter bonos, & virtute ſimiles intercedit, ib.

Amicitia indiget conſuetudine ac tēpore. ibidem.

Amicitia & amor inter ſe differunt. ib.

Si amici ſunt eligendi, qui amore digni ſunt. ibid.

Modium ſalis prius comedere aportet, quam veri amici cognoſcātur. ibid.

Abſentia diuturna eſt cauſa obliuionis in amicitia. ibid.

Amicitia maxime permanet, cū æqualitas ſeruatur. ibid.

Plura ſunt amicitiæ genera, ſed primū ac præcipuum eſt bonorum uirorum, reliqua per ſimilitudinem. ibid.

Bonorum amicitia caret omni querela. ibi.

Vera amicitia locorum interuallo minime diſſoluitur. ibidem.

Amicitia eſt ęqualitas ac ſimilitudo. ib.

Ami-

Amicitia mutua conſuetudine gaudet. ibidem.

Neque ſenes, neque difficiles, & querulí ſunt idonei ad amicitiam. ibidem.

Amicis nihil tam conuenit, quàm ſimul uiuere. ibidem.

Amicus non eſt certus niſi poſt diuturnam experientiam. ibidem.

Verus amicus amicum ſibi miniſtrum eſſe minime patitur. ibid.

Silentiũ multas amicitias dirimit. ibid.

AEtas & educatio magni momenti eſt in amicitia. ibid.

Amicitia, quę oritur ab vtilitateq́, querelis minime caret. ibid.

Amicitia diſſoluitur, cum amicus altero ſe digniorem exiſtimat. ibid.

Beneuolentia ſimilis eſt amicitiæ tamẽ non eſt amicitia, nam beneuolentia eſt etiam erga ignotos. 9. ethi.

Homines amici eſſe non poſſunt, niſi prius ſint beneuoli. ibid.

Amici potius eſt benefacere, quam beneficium accipere. ibid.

Plures amici querendi non ſunt, quia amoris uehementia eſt in paucis. ibidem.

Qui multos parant amicos, nullius amici eſſe videntur. ibid.

Amicorum conſuetudine quotidie uti debemus. ibidem.

Afflicti ſubleuantur ab amicis eorum miſeria dolentibus. ibid.

Iucundiſſimum eſt, amicis, hoſpitibus & fami-

& familiaribus opem ferre. 2. Pol.

Amicus eſt, qui ita diligit, cum eius pari voluntate quem diligit: atq; ij ſibi uidetur amici eſſe, qui quales ipſi in alterum ſunt, talem eſſe erga ſe illum arbitrãtur. 2. Reth.

Pyth. Amici ſunt ij, quibus eadem commoda atque incommoda ſunt. Item qui eoſdem amicos & inimicos habent, utpote quos neceſſe ſit idẽ velle. Quamobrẽ qui alteri uult ea, quę ſibi, is propriè uidetur amicus eſſe. ib.

Numquam mentiendum eſt amicis.

Omne certamen, omniſque contentio auferenda eſt à vera amicitia.

Ab amicitia numquam tollenda eſt fides, vel ſerio uel ioco agatur.

In aduerſa fortuna amicitia non eſt deſtituenda.

Aug. Multi maiorum amicitias optarunt, & in maiora pericula inciderũt. In Pſal. 132.

Amicitia eſt virtus, quæ iucunditatis ac dilectionis fœdere ipſi amico copulatur, vt unum fiat ex pluribus. Quare ipſam amicitiam non inter fortuita, ſed inter ipſas virtutes quæ ęternę ſunt, etiam huius mundi philoſophi collocarunt. In libro de Amicitia.

Numquam fuit amicus, qui leſit eum, quem ſemel in amicitiam recepit. 16.

Eos tantum amicos dicimus, quibus cor noſtrum, & quicquid eſt in eo committere non dubitamus, & illi viciſſim ea-

dem

dem fidei lege ac ſecuritate coniuncti ſunt.ib.

Non eſt perſonę ſed proſperitatis amicus, quem dulcis fortuna retinet, acerba fugat.ib.

Amicitię affectum natura in primis mentibus humanis impreſſit, deinde experientia auxit, poſtremo legis auctoritas ordinauit.ib.

In rebus humanis nihil amicitia ſanctius deſideratur, nihil vtilius queritur, nihil dulcius experitur, nihil fructuoſius poſſidetur, habet enim fructum vitæ præſentis ac futuræ, quoniam ipſa omnes virtutes ſua oſtendit ſuauitate, uitia ſua virtute confodit, aduerſa temperat, proſpera cōponit, ita vt ſine amico inter mortales, nihil poſſit eſſe iucundum, & homo beſtiæ comparetur, non habens qui ſibi in ſecundis rębus gratuletur, in aduerſis doleat.ib.

Omnino ſolus eſt, qui caret amico. ib.

Quæ felicitas, quæ ſecuritas, quæ iucunditas eſt, habere, quo cū loqui audeas vt tecum, & quocum animi tui conſilia communices?.ib.

Amicitia facit res ſecūdas ſplendidiores, aduerſas autē impartiens, & communicās reddit leuiores ib.

In amicitia cōiugitur honeſtas, ſuauitas, iucunditas, dulcedo, uoluntas & actus. ib.

Eſt amicitia puerilis, quam vagus & laſciuiens creat affectus, ſine ratione, ſine

ne pudore, ſine menſura, & ſine alicuius cōmodi vel incōmodi conſideratione. ib.

Non omnes, quos diligimus, recipiēdi ſunt in amicitiam, quia non omnes ad id ſunt idonei. ibid.

Primum quidem amicus eſt eligendus deinde probandus, & ſic demum admittendus. ibid.

Quatuor ſunt gradus, quibus ad amicitiæ perfectionem aſcenditur, quorum primus eſt electio, ſecundus probatio, tertius admiſſio, quartus rerum humanarum & diuinarum cum quadam charitate & beneuolentia ſumma conſenſio. ibid.

Non sūt ad amicitiam idonei nimis iracūdi, incōſtantes, ſuſpicioſi & verboſi, quę quatuor in amici electione notanda ſunt. ibid.

Amicitia non poteſt eſſe inter eos, qui ſunt moribus diſſimiles. ibid.

Nihil eſt in amicitia fide præſtantius, quę ipſius nutrix & cuſtos eſſe videtur. ib.

Certiores ſunt amicitiæ pauperū quā diuitum, cum ſpem lucri ſic tollat paupertas, vt augeat charitatem. ibid.

In amicitia cauendus eſt impetus amoris, qui præcurrit iudicium, & probādi adimit poteſtatem. ibid.

In amicitia ſuſpitio potiſſimū cauenda eſt, ea enim eſt amicitiæ venenum. ibid.

Numquā de amico inique ſentiamus, neque de eo inique loquenti credam⁹. ib.

Non

Non ſolum arguendi ſunt amici, ſed etiam ſi opus fuerit, obiurgandi. ibid.

Manifeſtum eſt, amicitiam naturalem eſſe, ſicut virtutem, ſicut ſapientiam, ſed multi abutuntur ſapientia, qui pro ea aliquid inde ſuſcipiunt, vel qui eam uendũt, ſic aliqui abutuntur amicitia, qui pro ea aliquid appetunt, vel cum ea. ibid.

Quid iucundius quam ita vnire animũ alterius, & vnum efficere de duobus, ut nulla iactãtia timeatur, nulla formidetur ſuſpitio, nec correptus ab altero doleat, nec laudantem alter alterum adulationis notet, vel arguet. ibid.

Amicus eſt medicina uitæ, non enim validior vel efficacior eſt vulneribus noſtris medicina, quam habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni cõmodo occurrat congratulans, vt iunctis ſuis humeris onera ſua inuicem tolerent, & vnuſquiſque propriam leuius quam amici portet iniuriam. ibid.

Non aqua non ſole, non igne pluribus locis utimur quam amico, in omni actu, in omni ſtudio, in certis, in dubijs, in quolibet euentu, in qualibet fortuna, in ſecreto, in publico, in omni conſolatione, domi ac foris vbique amicitia grata, amicus neceſſarius & utilis reperitur. igitur amicitia eſt diuitibus pro eleemoſina, exul ib⁹ pro patria, pauperibus pro cẽſu, ægrotis pro medicina, mortuis pro uita, ſanis pro gratia, inbecillibus pro virtutibus, robu-

ſtis

ſtis pro premio.ib.

Animorum coniunctio amicos facit.ſermo. 46.

Nullus eſt hominis amicus, niſi prius fuerit veritatis. Epiſt. 51.

Sen. In pectore amicus non in atrio queritur, illic recipiendus eſt, & illic retinendus. 6.de benef.

Si aliquem amicum exiſtimas, cui non tantum credas, quantum tibi, vehementer erras,& non ſatis ueræ amicitiæ uim noſti. Epiſt.3.

Errat qui amicum in atrio querit, & in conuiuio probat.ib.

Omnia cum amico delibera; ſed de ipſo prius, poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam iudicandum.ib.

Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus ſit, cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte, tam audacter cum illo loquere quam tecum.ib.

Tu ita uiue, vt nihil tibi committas, niſi quod tuo inimico etiam committere poſſis, ſed quia interueniunt quędam, quę conſuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes tuas cogitationes miſce.ib.

Amicitia ſemper prodeſt, ſed amor aliquando nocet. Epiſt.35.

Si amicorum abſentium imagines nobis iucundę ſunt, quę memoriā renouāt, & deſiderium abſentiæ falſo, atque inani ſolatio leuant, quanto iucundiores ſunt

litterę,

litteræ, quę vera abſentis amici veſtigia, & veras notas afferunt. Epiſt.40.

Nihil tam oobleƈtauerit animum quã fidelis amicitia. Quantum bonum eſt, vbi pectora parata ſunt? in quę tuto ſecretum omne deſcendat, quorum conſcientiam minus timeas quam tuam? quorum ſermo ſolicitudinem ſententia conſilium expediat? hilaritas triſtitiam depellat? conſpeƈtus ipſe deleƈtet. 1. de Tranquillit.

Amici ſecreto admonendi ſunt, palam autẽ laudandi. De moris.

Secundæ res parant amicos, aduerſę probant. ib.

Quid dulcius, quam habere amicum. qnocũm audeas ut tecum loqui? ib.

Cuiuſque rei abs te humaniter benigne, honeſte & comiter geſtæ gratiã amicis quoque impartias oportet, vt hi, de quibus benemeritus es, eoſdẽ amicos tuos, te maxime hortante, vt pote adiutores & conſiliorum particıpes ament, laudent, & beneuolentia pariter proſequantur. In Polit. *Plut.*

Præclarũ profeƈto illud eſt, atque honeſti ſpeciem pręſeferẽns, inter honores magiſtratuſq; publicos amicorum inopiæ, cum occaſio datur, opitulari. ib.

Vt numum ita amicum habere conuenit, nempe probatum, antequam eo ſit opus, nõ vſu ipſo deprehenſum. De diſcr. adul. & am.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Non minus eſt amici, laudare amicum quam reprehendere. ibidem.

Moroſum eſſe ac querulum, alienum eſt ab amicitia, & mutua vitæ cõſuetudine. ibid.

Amicitia eſt omnium rerum iucundiſſima, nec eſt aliud quicquam, quod ęque delectet. ibid.

Morum ac ſtudiorum ſimilitudo amicitiam præcipue conciliat, & cõſeruat. ibi.

Non libere loqui alienum eſt ab amicitia, & ab ingenuis moribus. ibid.

Qui verus eſt amicus, is nec imitatur omnia nec laudat omnia, ſed optima tantum. ibid.

In recte factis, & in rerum honeſtarum ſtudio amicus eſt ſocius, non in peccando, nec in facinore. ibid.

Inter eos, qui veri ſunt amici, nec ulla intercedit æmulatio, nec inuidia, ſed ſiue pares fuerint in recte factis, ſiue impares æquo animo ferunt. ibid.

Quemadmodum fidus medicus, neſciẽte ægroto, ſanat, ſic amicus prodeſt vel congrediens, vel diſcendens, ignorante amico, negotium curans. ibid.

His qui ſunt in ſtatu felici, amicis pręcipue opus eſt, qui libere moneant, & immodicum animi faſtum ſubducant. ibid.

In corripiendis amicis arte uti oportet quoniam hæc res eſt maximum & efficaciſſimum remedium, modumque & opportunitatem expoſtulat. ibid.

Non

Non tam preclarum eſt, de amicis benemereri, quam turpe id prætermittere, cum opus eſt. De vtil. cap. ab inim.

Primum in deligendis amicis iudicio opus eſt, deinde uoluptate in mutua conſuetudine, denique vt uſui ſint cum eorũ opera indigemus. De Amic. in multos.

Non quoſcunque obuios amicos complecti decet, neq; eos recipere qui ſtudio nos proſequuntur, ſed qui digni ſunt amicitia. ibid.

Amicitia perpetua eſſe non poteſt, niſi diuturna vitæ conſuetudine, ex actoq; iudicio. ibid.

Præcipuus amicitiæ fructus eſt mutua vitæ conſuetudo. Illud autem eſt omniũ iucundiſſimũ, cum amico cõmorari, & in illius contuberniũ totos dies agere. ibid.

Quæ dulciſſima ſunt, & inter amicos vtiliſſima, fiunt iniucunda & moleſta, ſi ea in amicorum turbam transferas, vbi poſtea alienos mores ferre cogaris & peregrina hominum ingenia.

Qui multos habet amicos, ſi uni inſeruiet, multis alijs omiſſis, illos nimirũ ſibi infenſos reddit, nemo enim æquo feret animo, ſi videat, abs te negligi. ibid.

Affectus ingenuus in amicos retinendus eſt, & ad quæuis officia propenſus, nã generoſi eſt animi, amici angores, & pericula ſua facere. ibid.

Magna dementia eſt, illic amicitiam locare, ubi maxima eſt morum imparitas,

non

non minor affectuũ, ne dicam, vbi illegitima, ſunt omnia & plane coacta, longe que aliud illi, & alteri propoſitum. ib.

Amicitia nihil recipit niſi ſimile, eadẽ enim uelle, eadem ſentire, ac fateri, eiſdemq; affici, ea res demum firma eſt amicitia, non ſecus ac una anima in multis corporibus æquabili ratione conſiſtẽs. ib.

Amicitia in multos diffuſa animum ſubicit uarijs affectibus, facit hominem verſipellem, ſubdolum, uarium, & male moratum. ib.

Amicitia mores expoſtulat minime lubricos, ſed firmos, & perpetuo tenore, ſibi conſtantes, eundem amat locum, & eamdem vitæ ſocietatem, quæ cauſſa eſt omnium potiſſima, cur tam rara ſit auis inuentuq; difficilis conſtans amicus. ib.

Gal. Omnia ſimilia ſunt inter ſe congrua & amica. 2. de Simp. med. fac.

Apul. Bonos omnes inter ſe amicos eſſe oportet, quamuis ſint minus noti, ſimilia enim ſimilibus gaudent. Quare inter bonos tantum fidelem amicitiam eſſe conſtat. De Philoſophia.

Alcin. Amicitia nihil aliud eſt quam mutua beneuolentia, hec vero tum exiſtit, quando uterque bonum alteri ęque ac ſibi deſiderat, quæ quidem æqualitas haud aliter quam per morum ſimilitudinem ſeruatur. De phant. & intel.

Marſ. Amor generat amicitiam, fides vero eam nutrit, conſeruat, & auget. 1. Epiſt.

Amicus

Amicus in amico non modo ſuam videt imaginem, ſed ſe ipſum. 3. Epiſt.

Nihil in rebus humanis iucundius reperitur quam optimi amici aſpectus. ibi.

Qui in amicitia parum amice ſe gerūt non ſunt amplius amici iudicandi. 6. Epiſt.

Tanta eſt vis amicitię, vt hac vna abſq; alijs legibus hominum genus tranquille ac beate viuere poſſit. 7. Epiſt.

Eruditorum hominum amicitia non minoris inter mortales ponderis eſſe videtur, quam inter cæleſtia fortunati planetæ ac ſidera. 10. Epiſt.

Qui ab amicis, quod cupiunt, pluribus contendunt, iniuriam faciunt amicitiæ, quaſi ipſa non poſſit, quod poteſt orationis illecebra. 1. Epiſt. *Ioan. Picus*

Amicitiæ ſedes eſt animus, & nos id maxime ſumus, animus ſcilicet, nō eſt cur poſſint diſſidium inter amicos facere vlla vel locorum remota, vel diuturna temporum interualla. ibid.

De Amore.

SI quo pacto ciuitas vel exercitus fieri poſſet partim ex ijs, qui amant, partim ex ijs, qui amantur, ſupra quam dici poſſit, fortiter agerent, & ſingula adminiſtrarent, dum per uerecundiam a turpibus abſtinerent, & ad honeſta quaſi quadam ęmulatione contenderent, taleſque *Plato*

homines quamuis pauci numero vniuerſos, vt ita dixerim, homines prælio ſuperarent. In Conu.

Non quilibet amor, & quilibet amandi modus honeſtus eſt, & laudandus, imo ille ſolus, qui honeſte amare nos hortat̃. Etenim vulgaris communiſque Veneris amor re uera eſt & ipſe uulgaris, atque is eſt, quo praui abiectiq; homines amãt. ibid.

Nemo eſt adeo ignauus, quem amor nõ inflammet, & ad uirtutem diuinum reddat, vt uiro fortisſimo par euadat. ibid.

Pro alio mori amantes eligunt, non uiri tantum ſed etiam mulieres. ibid.

Artium facultatem ab amore dari videmus, eumq; hominem, cuius hic eſt præceptor, quauis in arte præcellere, clarumque euadere, contra uero qui ab amore non tangitur, in obſcuro iacere videtur. ibid.

Eos amare decet, qui boni ſunt & utiles, odio autẽ habere malos & inutiles. 1. de rep.

Re uera nimius in ſe ipſum amor omnium peccatorum omnibus eſt cauſſa. 5. de leg.

Qui ſe ipſum amat, cum ſe ipſum magis quam ueritatem honorandum putet, quod iuſtum, pulchrum, bonumve ſit, minime iudicat. ibi.

Ex ſui ipſius amore accidit omnibus, vt ſuam ignorantiam ſapientiam eſſe opi-

netur. Hinc fit, vt quamuis nihil ſciamus, tamen omnia ſcire arbitremur. ibid.

Quiſque fugere debet nimium ſui ipſius amorem, & ſequi meliores nullo uerecundiæ rubore impeditos. ibi.

Qui corpus amat eiuſq; formam quaſi fructum quẽdam eſuriens petit, is dumtaxat ſatiari quærit, nullumq; animo amati præbet honorem; ſed qui corpus nõ curat, & animo potius conſiderat, quam deſiderat, cum ipſum, vt decet, animum diligat, corporis uſum petulantiam, & contumeliam arbitratur. 8. de leg.

Hi magis accuſandi ſunt, qui amare diſſimulant, quam qui numos adulterantur. 9. eth. *Ariſt.*

Amare eſt erga aliquem uoluntatẽ habere rerum bonarum illius, earumq; auctorem atq; exploratorem eſſe, non ſua, ſed ipſius cauſa quẽm diligit. 2. Reth.

Qui aliquid amat, quicquid eius, quod amat, cognatum eſt, dilectiõe proſequitur. En. 2. *Plotinus.*

Anima amore afficitur, qui cupit, alicui pulchro ſe commiſcere, & huiuſmodi appetitus partim eſt apud eos, qui ob temperantiam iam ipſius pulchri domeſtici facti ſunt, partim vero in turpẽ quãdam deſinit actionem. En 3.

Qui puro pulchri amore afficitur, ſola pulchritudine contentus eſt. ibi.

Qui pulchra corpora non commixtionis gratia diligunt, ob id ipſum, quod pul-

chra ſunt, amant.ibid.

Iambl. Amoris principium & imperium eſt indiſſolubile, quo quidẽ principio & imperio ſeruantur, & deuinciuntur, quæcunque ſunt, quæcunque fiunt, & hæc eadẽ, quę bona ſũt pro vniuerſo. De miſt. Egip.

Procl⁹. Amor a corporis pulchritudine proficiens mutabilis eſt, quoniam ipſa quoque mutatur. De An. & dem.

Aug. Amor eſt fons & origo amicitiæ, quoniã amor eſſe poteſt ſine amicitia, amicitia vero ſine amore nunquam. De Am.

Quid eſt amor, niſi quędã vita duo aliqua copulãs, vel copulare appetens? amãtem ſcilicet, & quod amatur. 3. de Trin.

Non poteſt alium amare, qui ſe ipſum non amat. ibi.

Nihil eſt tam durum ac ferreum, quod non amoris igne vincatur. Contra Man.

Verus amor non ſentit amaritudinem ſed dulcedinem, quia ſoror amoris eſt dulcedo, ſicut ſoror odij eſt amaritudo. 13. conf.

Amore fertur animus, ſicut corpus ſuo pondere, ſiue deorſum grauitate ſiue ſurſum leuitate nitatur. xi. de Ciu. dei.

Amor eſt delectatio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid, per deſiderium currens atque per gaudium requieſcens, per deſiderium in appetendo, & per gaudium in perfruendo. De ſp. & an.

Amor eſt motus cordis ſecundum naturam ſingularis & unicus, ſecundum actio-

actionem autẽ diuiſus. Cum ſe inordinate mouet, id eſt ad ea, quæ non debet, cupiditas dicitur; cum uero ordinatus eſt, charitas appellatur. De ſubſt. dil. & am.

Habet omnis amor vim ſuam, nec poteſt uacare amor in anima amantis, neceſſe eſt, ut ducat. Sed uis noſſe qualis amor ſit? uide quo ducet. In Pſal. 121.

Qui amat, non laborat, omnis enim labor non amantibus grauis eſt. Solus amor nomen difficultatis erubeſcit. ibi.

Amor turpium non poteſt niſi turpi ratione conciliari. Epiſt. 29. Sen.

Hoc efficit amor noſtri nimius, inuiolatos nos etiam inimicis iudicamus eſſe debere. 2. de ira.

Amor ea plerumque laudat, quibus alij offenduntur. De of. aud. Plut.

Ad quid non impellit amor? ſua quidẽ ſponte non ſecus ac hedera inuenit, quo ſe alliget. ibid.

Amor eſt ebrietati ſimilis, facit enim calidos, hilares ac diſſolutos. Symp. 1.

Amor eſt loquax, & in laudando verboſiſſimus. Nam qui amant, cum ſibi ipſis hoc perſuaſerunt, tum alijs perſuaſum eſſe uolunt, pulchros a ſe & bonos amari. ibi.

Amor omnia audet, & omnia tentare cogit. ibi.

Amor in generoſa indole per virtutẽ amicitiam deſinit. In Amat.

Difficile eſt, repugnare amori, qui,

quod cupit, vel uita, vel pecunia,uel fama redimit. ibi.

Quiſque ſui amorem & arrogantiam excindere debet. De diſcr.a dul.& am.

Omnium amorum cum validiſſimus tum diuiniſsimus eſt is, quem ciuitates & populi ergã unum aliquem ob eius uirtutem concipiunt. De præcep.reip.ger.

Mars. Amor eſt liber, ac ſua ſponte oritur in libera voluntate, quam neque Deus etiã cogit,quæ ab initio eam liberam fore decreuit. In Plat.

Amor ſe ipſo tamquam ſui ipſius premio contentus eſt, quaſi non ſit aliud prȩmium præter amorem, quod amore ſit dignum.ibi.

Amor omnis incipit ab aſpectu, ſed amor hominis contemplatiui ab aſpectu aſcendit in mentem, uoluptuoſi ab aſpectu deſcendit in tactum, actiui remanet in aſpectu. Tres iſti amores tria nomina ſortiuntur, amor hominis contemplatiui diuinus, actiui, humanus, voluptuoſi ferinus nominatur.ibi.

Amor eſt medius inter amabile & amãtem,eſt magnus demon,omnia ligans, & quȩcunque appetunt, ipſe medius primo copulat appetibili.In Proclum.

Vnus tantum noſtre vitæ cuſtos reperitur, qui quidem eſt amor.lib.5.Epiſt.

Ioan. Pont. Amantes multa audent, plura etiam quamuis grauia ȩquo animo ferunt, in eo tamẽ peccãt,quod aggrediuntur,quȩ ag-

gredié-

gredienda non ſunt, vel tolerant, quæ tolerari nullo modo debent, nec quam ob cauſam debeant, quippe quibus propoſita ſit voluptas ea, quę homini cum belluis eſt communis, indignum ſane prętiũ lib. 1. de fortit.

Beneuolentia complectimur, amamusque beneficos, bonos, & in quorum confidimus patrocinijs, eoſque ſperamus profuturos rebus noſtris, familiariumque noſtrorum. lib. 2. de Prud.

De Anima.

Oculus cum ſe ipſum viſurus eſt, in oculũ reſpicit, atque in eum locũ, in quo uirtus eſt oculi. eodem pacto & anima ſi ſe ipſam cognoſcere vult, in animam intueatur, in eum præcipue locum, in quo eſt virtus animæ ſapientia, & in aliud, cuius hoc eſt ſimile. In Alcib. 1. *Plato.*

In eis quorum deprauatus eſt animus, opiniones a cupiditatibus, iram a uoluptatibus, rationem a doloribus diſſentire videmus. In Sophiſta.

Qui corpus exercent, animam uero negligunt, ij colunt, quod natura ſubiectum eſt, ſpernunt autem, quod imperat. In Clit.

Animus diſciplinis alitur. In Protag.

Peius eſt, eſſe animo non ſano, fracto, iniuſto, & impio, quam ægrum corpus cir-

cumferre. In Gorgia.

Animus demens, prauus, intemperans, iniuſtus & impius coercendus eſt a cupiditatibus, neque permittendum eſt, alia facere quam illa, quibus melior euadat ibid.

Cum anima ad aliquid cōſiderandū ſocium ſibi corpus aſſumit, uel peruiſum uel per auditū, vel per alium ſenſū (hoc eſt enim per corpus conſiderare quia per ſenſus id agitur) tunc quidem a corpore trahitur ad ea quæ numquam ſunt eodē modo, atque ipſa aberrat ac perturbatur. In Phedone.

Quamdiu ſimul ſunt anima & corpus, hoc ſeruire, & ſubeſſe naturæ debet, illa uero preeſſe ac dominari. ibid.

Graue periculum fore putandum eſt, ſiquis neglexerit animam. ibid.

Anima ipſi diuino, immortali, intelligibili, uniformi, indiſſolubili ſemper eodem modo, & ſecundum eadem ſe ipſum habenti eſt ſimillima; humano vero, mortali, nec intelligibili, multiformi, diſſolubili, numquam eodem modo ſibimet ſe habenti ſimilimum eſt corpus. ibid.

Neceſſe eſt, malam animam male imperare, & curare, bonam uero hæc omnia recte facere. 1. de Rep.

Cuiuſque animus omnium ſuarum rerum poſt deos (cum ſit maxime ſuus) diuiniſſimus eſt. Qua propter poſt deos colendus eſt, & ſecundo loco habendus. 5.

de

de Leg.

Nemo recte animum ſuum honorat, honor enim diuinum eſt bonum, malorū autem nihil eſt honorandum. Quiſquis igitur putat vel ſermonibus quibuſdam uel muneribus; uel obſequijs animum ſuum poſſe extolli, ſi ipſum ex deteriori meliorem non reddit, quamquam eum honorare uideatur, tamen id minime facit, ſed eum potius lædit. ibid.

Qui uirtuti formam corporis anteponit, animum verè & penitus dedecore afficit, & quam mirabilem rem negligat prorſus ignorat. ibi.

Animus in omnibus quidē eſt omnium præſtantiſſimus. ibid.

Animus facilis eſt ille, qui tardam contrariamue naturam manſuete, & mediocriter poſſidet, fortitudinem admiratur, ac temperantiam diligit, & quod maximū eſt in his naturis, ad diſcendum promptꝰ eſt ac memor, & huiuſmodi rebus maxime delectatur, diſcendi ſtudio deditus. In Epinom.

Turpis eſt anima, quę intemperans eſt, *Plot.* atque iniuſta multis cupiditatibus abundans, & perturbatione quamplurima, timoribus agitata, ob ipſius animi anguſtiam & auaritiam inuidia laborans, nihil unquam niſi mortale & abiectū cogitans, obliqua ſemper animo uerſans, impuris uoluptatibus mancipata, uitam agens ei propriam, quodcunque id ſit, quod ipſa

per corpus patitur, & per ipſum turpitudine quaſi iucundam ſubiens. En. 1.

In ſingulis vitę humanæ actibus non ipſa, quæ intus eſt anima, & homo verus, ſed exterioris hominis umbra lamentatur, & ciulat, & cętera omnia agit in terra uelut ampliori quadã ſcena in qua quidem multæ animarum umbræ reſultant, multaque ſcenarum ædificantur umbracula. En. 3.

Eſt anima multa imo omnia, tũ ſuperiora, tum inferiora, vſque ad omnem uitæ gradum. Per inferiora huic mũdo coniũgimur, per ſuperiora vero mundum intelligibilem attingimus. ibi.

Nulla profecto res eſt, de qua diligentius & diutius inquirere, ac tractare debemus quam de anima, cum ob alia multa, tum etiam quia ad vtraque cognoſcenda conducit, ſcilicet tam ad ea, quorũ m eſt ipſa principium, quam ad illa, ex quibus efficitur, & ſic parebimus Deo præcipienti, cognoſce te ipſum. Enne. 4.

Anima in corpore omnia mala patitur, miſeram uitam ducit, doloribus, cupiditatibus, timoribus, cæteriſque malis opprimitur, cui corpus uinculum eſt ac ſepulcrum, cui mundus eſt ſpelunca & antrum. ibid.

Quicunque magnitudinem, & animæ poteſtatem recte conſiderat, intelligit, quam diuinus, & quam mirabilis ſit animę theſaurus. ib.

Ani-

Animus pennis abiectis ſiue confractis alligatur in corpore, poſtquam ab incolumi, innoxioque habitu melioris gubernandæ prouinciæ aberrauit, quamobrem delapſus ab alto, deuinctus & compedibꝰ alligatus eſt, & agendo ſenſibus vtitur; propterea quod prohibetur ab initio uti mente. Fertur quoq; ſepultus eſſe, & conditus in ſpeluncam. At cum ad intelligentiam ſe conuertit, ſolui ex vinculis iudicatur, altiuſque aſcendere. ib.

Cum anima ſit res tam ueneranda, tãq; diuina fretus iam tali quodã vehiculo ad Deum te acceſſurũ, hoc ipſo ad illum iã aſcende, neque enim es longius uagaturꝰ, nam neque ſunt intermedia multa. Sume itaque quod eſt huius diuini diuinius, uicinitatem inquam animę ad ſupernum, poſt quod vicinum & a quo eſt anima. ib.

Vt corpus bona ualetudine, ita animus diſciplina, & eruditione ſeruatur. Rhet. ad Alex. *Ariſt.*

Pulchrius eſt, eſſe animo bene inſtituto, quam corporis habitum pulchris veſtibus ornatum intueri. ib.

Animi bona ſunt fortitudo, ſapientia, ac iuſtitia. ib.

Eſſentia animæ eſt quoddam intelligere, ſcilicet Deum, ex quo dependet. Noſtrum igitur eſſe eſt Deum cognoſcere, quia præcipuum eſſe animæ eſt ſuus intellectus, in quo idem eſt eſſe, quod intelligere diuina actu perpetuo. De miſt. ęgip. *Iambl.*

Si anima noſtra luſtrata ſit ac purgata, tunc ignea uidetur figura, & ſincerus atq; impermiſtus ignis, nec non lux micans ac forma pura ſtabiliſque cernitur; ſed aña non purgata deorſum vergens trahit ſe, cum uinculorum & ſuppliciorum ſignā, cum detinetur materialium ſpirituum pondere, concretionibus ac turbulentijs materiæ. ib.

Procl⁹. Triplex eſt conuerſio; quicquid enim conuertitur, vel ad aliquid ſe ipſo deterius uertitur, dum a perfectione propria labitur, uel ad melius, uel ad ſe ipſum reflectitur. Conuerſio igitur ad deterius eſt quędam animę paſſio alas abijcientis, & iam in ſuis ipſius obliuione poſitę ſimul & aliorum. Cōuerſio uero & ad ſe, & ad melius non ſolum competit animabus, ſed ipſis quoque diuinis. De An. & dem.

Stupendum foret, ſi animæ huiuſmodi corporibus inuolutę, his nodis aſtrictæ, tanta circumfuſe mutatione aliquando ſobriæ, puræ, & imperturbatæ reperirentur. ibi.

Quemadmodum non eſt mirandum, qui peſtifera loca incolunt, languere quā plurimos, paucisſimos uero naturalem ualetudinem conſeruare, ſic & animas in generatione poſitas, plurimas quidem obnoxias paſſionib. & prauas eſſe, mirari minime debemus, ib.

Porph. Vir diuinus eſt, qui animam tum ſapiētia diuina, tum abſtinentia ciborum per-

tur

turbationes hominibus incitantium, tum ipſa ad Deum ſimilitudine muniet, & quã ſi Dei templum incõtaminatum animum eſſe putabit, in hoc uidelicet vniuerſo Dei patris templo. De ſacr.

Animi finis eſt, ut Deo ſimilis fiat. De Ani.

Si quando ad priſtinum ſtatum redire pro uiribus affectamus, neceſſarium eſt, a ſenſu atque imaginatione, õmnique irrationali conditione, quæ inde ſequitur, paſſionibuſque huiuſmodi animam penitus ſegregare quatenus permittit naturæ neceſſitas. De Abſtin. Anim.

Anima in corpus humanum delapſa, ſi mala perſeuerauerit, nec guſtat quicquã immortalitatis, nec bono etiam fruitur. In Pimandro. *Merc.*

Anima infuſa corpori a uoluptate ac dolore continuo deprauatur, ex corpore enim uoluptas & dolor tamquam riuuli manant, in quos anima incidens ſuffocatur. ibid.

Exercenda eſt anima, & rerum diuinarum, & immortaliũ diſciplinis imbuenda. *Pyth.*

Omnia agenda ſunt propter animam, corpus enim curari oportet, ſed ipſius curam in animæ miniſterium referre.

Si quid pure intueri uolumus, colligẽdus eſt intra ſe animus a corpore ſeparatus, tum demum erimus ſapientes.

Proprium animæ ornamentum eſt modeſtia, iuſtitia, fortitudo, liberalitas, & ve-

ritas. igitur non in cultu corporis, non in coloribus & opibus, ſed ob prudentiã, & animi virtutem elaborandum eſt.

Sicut in corpore modum & ordinem ſeruare oportet, vt ſalus & robur ſeruetur, ita in anima modus & ordo ſeruandus eſt, ſcilicet lex, iuſtitia, & temperãtia.

Quanto anima eſt prẹſtantior corpore, tanto animi bona corporis bonis præſtãt.

Aug. Animus eſt melior pars hominis. Xij. de Trin.

Animus ad incorporeum amorem excitandus eſt.ib.

Animi ęquitas eſt melior quam corporis ſanitas.ib.

Anima terreno amore capta quaſi viſcum habeat in pennis, uolare non poteſt, niſi terrenis affectib⁹ purgata.In Pſal. 54.

Anima eſt infelix, ſi a ſuo corpore cõſilium petit. In Pſal. 145.

Pulchritudo animi eſt iuſtitia ac uirtus. Epiſt. 80

Sen. Quemadmodum ſtomachus morbo ac bili affectus mutat, quoſcunque cibos accipit, & omne alimentum in doloris cauſſam trahit, ita animus cecus, quicquid illi cõmiſeris, id onus ſuum, & perniciem, & occaſionem miſeriæ facit. 5. de benef.

Cogitandum eſt, nihil in nobis eſſe mirabile præter animum, cui magno nihil eſt magnum. Epiſt. 8.

Quicquid facis, cito redi a corpore ad animum, illũ diebus ac noctibus exerce,

ille modico labore aliтur, hanc exercitationem non frigus, non æſtus impediet, ne ſanectus quidem. Epiſt. 15.

Nihil aliud eſt animus, quam Deus in humano corpore. Epiſt. 31.

Habet hoc in ſe generoſus animus, quod concitatur ad honeſta. Epiſt. 39.

Quemadmodum ſolis radij terram tãgunt, ſed ibi ſunt, vnde mittuntur, ita anim[a] magnus & ſacer, & in hoc demiſſus, vt proprius diuina cognoſceremus, nobiſcum quidem conuerſatur, ſed hæret origini ſuæ, illinc pendet, illuc ſpectat, ac nititur. Epiſt. 41.

Eum locum tenet animus in homine, quem Deus in mundo. Epiſt. 66.

Ex deformi, humilique corpuſculo formoſus animus, ac magnus exire poteſt Epiſt. 67.

Non deformitate corporis fœdatur animus, ſed animi pulchritudine corpus ornatur. ib.

Tunc animus noſter habebit, quo gratuletur ſibi, cum emiſſus his tenebris, in quibus uolutatur nõ tenui uiſu clara perſpexerit, ſed totum diem admiſerit, & ſuo celo redditus fuerit cum receperit locum, quem occupauit ſorte naſcendi. ſur ſum vocant illum initia ſua, erit autem illic etiam antequam hac cuſtodia exoluatur, cum vitia diſiecerit, puruſque ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. Epiſ. 80

Animus niſi purus ac ſanctus eſt, Deũ

non capit. Epiſt.88.

Queadmodum noſtri corporis habitus erigitur, & ſpectat in cęlum, ita animus, cui quoad vult, licet porrigi, in hoc a rerum uatura formatus eſt, vt paria dijs velit, & ſic ſuis viribus vtatur, & ſe in ſuum ſpatium extendat. Epiſt.93.

Animus potentior eſt omni fortuna, in utramque partem ipſe ducit res ſuas, beateq; ac miſeræ vitę ſibi eſt cauſa. Malus animus omnia in malum vertit, etiam quæ cum ſpecie optimi venerant. Rectus & integer corrigit praua fortunę, & ferẽdi ſciẽtia dura & aſpera mollit, idemque, & ſecunda grate ac modeſte excipit. Epiſt. 99

Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer, qui ſolicitus eſt, vt ea, quibus delectatur, vſque ad extremum permaneãt, nullo enim tẽpore quieſcet & expectatione futuri, præſentia, quibus frui poterat amittet. ib.

Magna & generoſa res eſt humanus animus, nullos ſibi poni, niſi communes, & cum dijs terminos patitur. Epiſt. 103.

Animus noſter modo rex eſt, modo tirannus; rex cum honeſta intuetur, ſalutem corporis ſibi commiſſi curat, & nihil imperat turpe, nihil ſordidum, cum vero impotens eſt, cupidus ac mollis, tranſit in nomen dirum ac deteſtabile, & ſit tirannus. Epiſt. 115.

Rex noſter eſt animus, hoc incolumi, cætera manent in officio, & obtẽperant,

cum ille paululum vacillauit, ſimul nutant. ibidem.

Maximum eſt argumentum animi venientis ab altiori ſede, ſi hęc in quibus verſatur, humilia iudicat, & anguſta, ſi exire non dubitat, ſcit enim, quo ſit exiturus, qui meminit, vnde venerit. Epiſ. 121

Magnus animus ſibi conſcius melioris naturę conatur, vt in hac ſtatione, in qua poſitus eſt, honeſte ſe gerat, & nihil ſuum eſſe iudicet eorum, quæ ſunt circa ipſum, ſed vt comodatis vtitur peregrinus & properans. ib.

Liber eſt animus, ac rectus, alia ſibi ſubiciens, ſe nulli. Epiſt. 125.

Sero animus ad periculorum patientiā poſt pericula inſtruitur. De tranquil.

Anim⁹ ab omnibus externis in ſe reuocandus eſt, ſibi confidat, ſe gaudeat, ſua ſuſpiciat, recedat quoad poteſt ab alienis, & ſe ſibi applicet, dāna non ſentiat, & aduerſa benigne interpretetur. ib.

Pulcherrima omnium virtutum eſt animi ſanitas, ac magnitudo. ib.

Naturale eſt, vt ſemper animus ab eo refugiat, ad quod cum triſtitia reuertitur. De conſol. ad Alb.

Animus eſt mundi contemplator, & admirator, pars eius magnificentiſſima, propria nobis & perpetua, tamdiu nobiſcum manſura quamdiu ipſi manebimus. Alacres igitur & erecti, quocunque res tulerit, intrepido gradu properemus. ib.

Ani-

Animus hoc habet ſuæ diuinitatis argumentum, quod illum diuina delectant, nec vt alienis intereſt, ſed vt ſuis. 1. natur. quæſt. in Pręf.

Plut. Ea anima eſt melior, quæ abſq; labore virtutem tamquam ſponte enatum fructum reddit. In Gryllo.

Anima in multis hominibus eſt in corpore tamquam in piſtrino abdita, eius tãtum neceſſitatum cauſſa hac & illac circumcurſitans. In Conu.

Animus dũ in ſuis priuatis eſt affectionibus, conatibus, & inſtitutis, corpore nimium abuti ſolet. De ſan. tu.

Non emitur numis animus liber, & ſua ſorte contentus. De cup. diu.

Gal. Quemadmodum animi ſanitas eſt moderatio quædam ſimplicium ipſius partiũ, ita morbus animi eſt immoderatio, & diſcordia earumdem partiũ inter ſe. Hæ aũt partes ſunt iraſcibilis, rationalis, & appetitiua. lib. 5. de plac. Hip. & Plat.

Animæ pulchritudo ad moderatos ac decentes ipſius animę motus refertur; turpitudo autẽ ad immoderatos & efferatos ibidem.

Animi venuſtas corporis pulchritudini eſt anteponenda. De exhort. ad bon. mo.

Homo quemadmodum corpus nudũ, ita habet animum artibus deſtitutum. 1. de vſu. part.

Quamuis nobis compertum ſit, ſapientis animum nos conſequi non poſſe, quod forſan

forſan etiã liceret, ſi à teneris annis illũ excoleremus, & ſaltem ne totum illum deformem geramus, diligenter nobis curandum eſt. De cogn. & cur. an. affect.

Iniquiſſimum eſt, cum ratio corporis, quod eſt corruptibile, ſit recta, animum qui eſt æternus, humilem fieri, cum figura & ſtatus nihil aliud ſignificent, niſi hominis mente eo ſpectare oportere, quo uultus, & animus tam rectus eſſe debet quam corporis, ne id cui dominari debet, imitetur. 2. de fal. rel. *Lact.*

Animus quia tenuis & inuiſibilis eſt cũ his hoſtibus congreditur, qui uideri, ac tangi nequeunt; hoſtes animi ſunt cupiditates ac vitia, quæ ſi uirtus uicerit ac fugauerit, animus erit purus & incorruptus. 3. de fal. rel.

*A*nimi bona in ſola virtute poſita ſunt. lib. de fal. ſap.

Qui negligunt animi bona, & corporis appetunt, in tenebris ac morte verſantur. De vero cultu.

Si anima in propriam dignitatem ſe recipit, veritatis eſt penus, pura eſt enim, perlucida, abſq; macula ac Deus. lib. de Som. *Sineſ.*

Animo ea omnia conueniunt, quę ad mores optimos, & ad rerum cognitionem aliquid conferunt. In lib. de volupt. *Mars.*

Morbus animi in falſis opinionibus, maliſq; moribus cõſiſtere videtur. In Plat.

Animi diſſonãtia eſt peior omni alia. ib.

*A*nimi

Animi pulchritudo ac ſplendor in doctrinæ ac morum concinnitate cōſiſtit.ibi.

Animus a corporeis ſordibus expurgatus non ſolum fit pulcher ſed etiam pulchritudo.In Plotinum.

Cum anima ſic alligetur corpori,vt ex ea & corpore vnum animal fiat, merito a materia mox inficitur, ita vt & paſſionibus fiat obnoxia, & motus immoderatos more corporis,in exceſſum, ac defectum ſubeat.ibi.

Cum animus uel voluptuoſam vitã degit ſine moderatione,vel actiuam ſequitur ſine prudentia, grauiſſime viuit, & patitur. ib.

Anima in hoc corpore dum attentior eſt ad aliud, ſe ipſam interim non cognoſcit; quia in eo ipſius potentia debilis eſt. ibidem.

Anima quoniam in diuinorum genere eſt vltima,ideo cum caducis videtur inire comercium,ex quo optimus eius habitus intermittitur. At quoniam in diuinorum genere comprehenditur,naturam aſſidue ſeruat,ſeq; in priſtinam dignitatem recipere poteſt. ib.

Quiſq; noſtrum eſt anima, & hæc in ſe habet ſpecies omnes diuinas, & naturales.In Proclum.

Animæ liberos ac filios virtutum partus eſſe putamus, In Merc.

Quomodo alia ſatis intelligere poſſumus, niſi intelligimus,quid ſit anima quæ

cætera omnia intelliguntur lib. 1. epiſt.

Cum animi bona externis præſtent, *Ioan. Pont.* hæc que ſint ad vſum comparanda, vſus autem ipſe minime laudatur, niſi fuerit ratione temperatus. Hæc vero ipſa temperatio animi cum ſit ratione ſe ſe accōmodantis, nimirum animus eſt, ad quem alia illa omnia referantur. lib. 1. de prud.

De Arte & experientia.

QVod fit ſecūdum artem, rectè ſe habet. In Alc. 1. *Plato.*

Cum aliquis artem, aliquā cōm parauerit, æquè de omnibus iudicat, quæ in arte continentur. In Ione.

Quicquid eſt artificioſum, menſuræ quodāmodo particeps eſſe videt. in Pol.

Omnes artes aut in acquirendo, aut in efficiendo verſantur. In Soph.

Ars peritiam, fortuna imperitiam ſequitur. In Gor.

Non eſt ars appellanda, quæ ratione caret. ibid.

Non artes improbandæ ſunt, ſed qui illis abutuntur. ibid.

Duas artes, aut duo ſtudia diligenter exercere humana natura nō pōt. 8. de leg.

Minora ſunt artis opera quam naturæ. eamque dicunt, accepta à natura magnorum primorumque operum generatione, fingere, fabricareq́, omnia, quæ artificioſa

ab omnibus appellantur. 10.deleg.

Ariſt. Omnis ars ac diſciplina bonum quoddam appetere videtur. 1.Eth.

Ars gubernandæ ciuitatis omnes alias antecellit. ibid.

Ars & virtus in difficilibus verſatur. 2. Eth.

Ars eſt habitus quidā cum ratione vera factiuus 6. Eth.

Ars,diſciplina,& exercitatio vilis corpus,animam,& hominis liberi mētem ad virtutis vſum & opus inutilem reddunt. 8.Pol.

Homines experientia artes ac ſcientias conſequūtur. 1.Meta. in prohem.

Auer. Artes diuturna conſuetudine acquiruntur. 2.Eth. com.1.

Ars multa perficit,quæ natura perficere non poteſt. 2.Phiſ. com.77.

Ars ipſa ſemper agit propter finē.ibid.

Ars agit extra,natura vero intra.2.Phiſ. com.86.

Artifex,qui naturam magis imitatur, eſt nobilior. com.de ſen.

Merc. Hominis radij ſunt artes ac ſciētiæ per quas homines ipſi exercent. In Pimādro.

Pyth. Quę fiunt ab arte,propter aliquid fiūt, & ratione,quæ eſt idea operantis ex arte.

Ars adiuuat,ac ſupplet,vbi natura deficit.

Homo ad ſalutem pluribus artibus indiget.

Aug. Artes liberales ad diuina intellectum extol-

extollunt. Contra Acad.

Omnes artes liberales partim ad vſum vitæ, partim ad cognitionem, rerumque contemplationem diſcuntur. ibid.

Artium liberalium vſum aſſequi, difficilimum eſt, niſi à pueritia illis quàm diligentiſſime operam damus. ibid.

Omnis ars eſt imitatio naturę. Epiſt. 66. *Sen.*

Multarum artium notitia delectat. Epiſt. 89.

Malę artes bonos mores corrumpunt. De lac. inſt. *Plut.*

Artes, vt recte agant, non indigent fortunę auxilio. De fort.

Ex libris nemo artifex euadit. lib. de Alim. *Gal.*

Experientia fidem inuentorum comprobat. De ſan. tuen.

Cuiuſque artis conſtitutio à fine ſumit initium. Ad Thras.

Omnes artes in ſubiecto ſubſtantiæ bono verſantur, & illi operam nauāt. ibi.

Ratio præcipit, artem à fine iudicari, & ad illum omni ex parte properare. ibi.

Omnium artium opera frequenti exercitatione proficiuntur. De ſimp. med. ſeu n. gen.

Fundamentum cuiuſque artis intelligendę eſt, elementa rerum ipſarũ, de quibus ars ipſa agit, comprehēdere, alioquin omnis labor eſt irritus. In Plat. *Marſ.*

Arte ac potentia nunquam abuti debemus. ibid.

Nemo

Nemo vnquam aliquam artem aut inuenire, aut diſcere poteſt, niſi inueſtigationis oblectatione, & inueniendi deſiderio excitetur. ibid.

Nemo ad diuerſa aptiſſimus naſci poteſt, ideo nullus diuerſas artes exercere debet, præſertim cum ex alterius opere alterius opus impediatur. ibid.

Oportet vnumquemque artem ſuam ſtatim à puero, & in omni vita aſſidue exercere. ibid.

Ars, quo perfectior eſt, eo facilius parua ſimul expedit ac magna. ibid.

Tria in omni arte humana eſſe debent. vt ſingula ſapienter priuſquam fiant, excogitentur, matnre, ſtrenueque expediantu., & ea forma, quà excogitata ſunt, ſeruentnr, ac fortiter defendantur. ibidem.

Artium opera tamdiu permanent incorrupta, quamdiu vi naturæ ſeruantnr. lib. 1. de Theol. plat.

Ars in nobis abſolutiſſima nihil amplius conſultat, ſed agit quaſi modo naturæ. in Plot.

Demens eſt artifex ille, qui non a ſuis operibus, ſed aliunde honorem expectat. lib. 4. epiſt.

Ioan. Picus. Nullo recto iudicio bonę artes damnantur, quia mali quidam eis abutantur. lib. 1. Aduer. Aſtrol.

Ioan. Pont. Cum ars omnis præceptis conſtet, ſequaturque rationem, nullus artifex bonus eſſe poteſt, qui, quæ facit, nec mode-

tur

ratur,nec artis ſuæ præcepta ſeruat. lib. 1. de Obed.

Ars tum laudari ſolet, cum ad naturā quam proxime acceſſerit, & ea, quæ ſunt ſecundum naturam,optime ſe habere dicimus,quod ſibi firmiter conſtent, amiceque conueniant. 4.de Obed.

Eſt artificis,omnia metiri,quæ facit,atque ad menſuram redigere, ac numeros, vt ſingulę ſibi inter ſe partes conueniant, quibus ipſe dimetiendis & æquandis intentus,vt qui a ſuis numeris,rectaq;menſura nulla ex parte recedat,opus ſuum ita le efficit,cui,quod de opere maxime conſumato dici ſolet, nihil addi quæat, nihil eximi. Quod præſtare,atque efficere proprium eſt menſurę.lib. 1.De Fort.

In qualibet arte,& facultate ei fides maxime eſt ādhibenda,qui in illa diutiſſime, ac diligentiſſime verſatus fuerit,plurimaque etiam expertus. Neque enim alia ratione artes inuentę ſunt,ab experimentis enim ortę ſunt inſtitutiones ac præcepta, eaque ab obſeruatione lōgiſſima ſumpta. itaque qui multa experti ſunt, ijdemquo que habentur periti, qui vero parum,aut nihil fere experti, imperiti ac rudes. lib. 4. de prud.

Experientia eorum,quæ prudenter geſta recteq; adminiſtrata ſunt,teſtimonium peribet. ibid.

Artes ipſę & ſi præceptis conſtant,& ratione atq; obſeruatione, tamen fortunæ

quoque in ijs ipſis locus relictus eſt ſuus. lib.2.de fort.

De Auaritia.

Plato. NOn omnia cupiditati permittenda ſunt,quam explere conari inexplebile malum eſt,latroniſque more vitam agere. In Gorgia.

Auarus lucri ipſius comparatione, honorum vel diſciplinarum oblectamenta nulliùs ponderis exiſtimabit,niſi quid forſam ad diuitias conferant. 9. de Rep.

Hæc vera eſt cauſſa, ne ciues quicquã honeſtum bonumve curent, cum inſatiabili auri & argenti cupiditate honeſta pariter,& inhoneſta artificia complectantur, & quiduis agant, ſiue fas,ſiue nefas id habeatur,vt pecunias cumulent,quibus ſubminiſtrantibus,veluti pecora ventri ſeruiant. 8. deleg.

Ariſt. Cupiditas eſt cum aliquo dolore coniuncta.3. Eth.

Maxima cupiditas rationem peruertit, & mentem a ſuo ſtatu remouet. ibidem.

Auaritia in dando deficit, in capiendo vero excedit. 4. Eth.

Auaritia inſanabilis eſt. Nam & ſenectus,& imbecillitas omnis auaros facere videtur. ibidem.

Plures ſunt pecuniarum cupidi quam largitores. ibid.

Aua-

Auaritia liberalitati magis opponitur, & eſt maius malum quã prodigalitas. ibi.

Cupiditas eſt bellua multum capitum. *Pyth.*

Auarus eſt inferno ſimilis, infernus enim quantoſcunque deuorauerit, nunquã dicit, ſatis eſt, ſic quamuis omnes theſauri confluxerint in auarum: nunquam ſatiabitur. De ſalutar. docum. *Aug.*

Auaritia eſt radix omnium malorum lib. I. de ciu. *Dei.*

Auarus multas diuitias habere poteſt, non autem non egere. 7. de ciui. *Dei.*

Auaritia eſt porta mortis. In Pſal. 9.

Auarus dum colligit, colligitur, dum vult eſſe prædo, fit præda. Pſal. 38.

Auaris ipſa etiam fœcunditas moleſta eſt, timent enim ne pauperes relinquantur, qui multi naſci potuerũt. in Pſa. 137

Auaritia iuſſura eſt labores, pericula, tribulationes, & obtemperaturus es? quo fine? vt habeas, vnde impleas arcam, perdas ſecuritatẽ. ſecurior fortaſſe eras, antequam haberes, quam cum habere cœpiſti. Ecce quod ſibi iuſſit auaritia. Impleuiſti domum, timentur latrones, acquiſiuiſti aurum, perdidiſti ſomnũ. In Epi. Ioa.

Auaritia eſt nouerca, & maxime inimica iuſtitiæ. Ipſa enim eſt, quæ patrem neſcit. matrem ignorat, amicos perdit, & ſe ipſam relinquit. Ad frat. in Her.

Cum pecuniæ incremento rabies cupiditatis augetur, nam omnes auari, vel cupidi veluti Hydropis morbo ægrotare vi-

dētur,& quemadmodū Hydropicus quanto plus bibit, tanto plus ſitit, ita auarus, vel cupidus acquirendo non ſatiatur. *De* ſanctis ſerm. 10.

Contemnenda eſt cupiditas, quæ quidem velut ignis quanto plus accipit,tanto plus requirit.De honeſt. mul.

Sen. Aſpiciamus,quemadmodum immenſę hominum cupiditates hient, & poſcant. 7.de ben.

Quicquid cupiditati contigit, penitus hauritur,& conditur, nec intereſt, quantum in id, quod eſt inexplibile, congeras.ibid.

Neceſſe eſt,vt in immenſum exeat cupiditas,quæ naturalem modum tranſilij t, ille enim habet ſuum finem, inania, & ex libidine orta, ſunt ſine termino.Epiſt.39.

Taurus paucißimorum iugerū paſcuis impletur, vna ſilua elephantis pluribus ſufficit, homo & terra paſcitur, & mari. Epiſt.61.

Irrupit in res optime poſitas auaritia, & dum ſeducere aliquid cupit, atque in ſuum vertere,omnia fecit aliena,& in anguſtum ex immenſo redacta paupertatem intulit, & multa concupiſcendo, omnia amiſit.Epiſt.91.

Auarus animus nullo lucro expleri poteſt. Epiſt.95.

Natura nihil quidem, quod auaritiam noſtram irritaret, poſuit in aperto, pedibus aurum & argentum ſubiecit, calcan

dumq;-

dumq; ac præmendū dedit, quicquid eſt, propter quod calcamur, ac premimur. ibidem.

Nulla auaritia eſt ſine pœna. o quantū lachrimarum, quantum laborum exigit, quam miſera eſt deſideratis? quàm miſera partis? maiori moleſtia pecunia poſſidetur quàm acquiritur. ibidem.

Quanta dementia eſt, ſui hęredis res procurare, & ſibi negare omnia? vt tua hęreditas tibi ex amico inimicum faciat; plus enim tua morte gaudebit, quo plus accipiet. epiſt. 124.

Cupiditati nihileſt ſatis, naturę etiam parum ſatiseſt. De conſ. ad Alb.

Conſiderandum eſt, quantum natura poſcat, non quantū cupiditas expectat. de quat. virt.

Fortior eſt, qui cupiditatem vincit, quā qui hoſtem ſubijcit. de mor.

Quietiſſimam vitam agerent homines in terris, ſi hec duo verba à natura omniū rerum tollerent. Meum & tuum. ibidem.

Argentum & aurum non extinguit argenti & auri cupiditatem, neque ſi plura poſſideas, coercetur plura poſſidendi cupiditas. De cupid. diuit. *Plut.*

Qui plura quam ſatis eſt poſſidet, plura tamen concupiſcit. Hunc neque aurum neque argentū ſanare poteſt, nec equi, nec oues, nec boues, ſed vomitu & purgatione opus eſt, eius enim morbus non eſt pecunia, ſed inſatiabilitas & amor diui-

tiarum, qui a prauo iudicio,& á ratione alieno proficiſcitur. ibidem.

Illud eſt auaritiæ proprium, quod hæc ipſa cupiditas ſibi repugnat, ne ſatietur cum reliquę ad id magis adiuuent. ibidem.

Nonne morbus inſaniæ ſimilis, ac miſerandus videtur, ſiquis ob id non vtatur veſte, quod algeat, neque pane, quod eſuriat neque diuitijs, quod diuitiarum ſit auidus. ibidem.

Auari parant opes tamquam ſplendidi vtuntur autem ſordidi, & labores ſuſtinent, cum careant voluptatibus. ibidem.

Auarus eſt tamquam balneatoris aſinus, qui cum ligna ſarmentaque deportet tamen ſemper fumo ac fauillis oppletus eſt, nec vnquam fit particeps neque balnei, neqne teporis, neque munditiæ. ibi.

Auarorum liberi priuſquam accipiant diuitias, diuitiarum amore ab ipſis parentibus implentur, quibus illi hanc dignam pro inſtitutione mercedem rependunt, dum eos non ob id amant, quod multum ab illis ſint accepturi, ſed eos odio habent quia nondum accipiunt. Nam cum ab illis didicerint, nihil admirari præter diuitias, nec ad aliud vitæ rationem referre, niſi vt quàm plurima posſideāt, non ſinūt, eos viuere putantque tempus tantum ſibi adimere, quantum illis adiecerit. ibi.

Mars. Immenſa cupiditas voluptatem antecedit, ſuſpitio comitatur, pœnitentia ſequitur.

tur. lib. 1. epiſt.

Cupiditas malorum omnium ciuilium eſt origo ac fomes, cuius tamquam è ſeminario pullulat ambitio, rapacitas & impotentia. Eius etiam illa cum primis peſtilens vis eſt, quod animum ab æquo rectoque detorquet. lib. 2. de fortit. *Ioan. Font.*

Auaritia cum de nimio auendi affectu dicta ſit, ſatis quidem præſefert, quanto habendi ac poſſidendi ardore flagret. De liber.

Quæ ratio iuſtitiæ haberi poteſt, vbi regnat auaritia? in Char.

De beneficentia, & liberalitate.

LIberalis eſt, potius in alios beneficia conferre quam ab alijs accipere. 4. Eth. *Ariſt.*

Vir liberalis dabit honeſti gratia, & recte. Nam & quibus oportet, & quot, & quando, & alia cuncta, quæ in recte dando conueniunt, & hoc libenter & ſine moleſtia, quod enim fit per virtutem, iucundũ eſt, vel ſine moleſtia, minimeque dolorem affert. ibidem.

Vir liberalis ſumptus facit, qui patrimonij viribus conueniant, & in quibus oportet. ibidem.

Qui beneficia contulerunt, eos diligũt,

qui acceperũt,quamuis nulla in re ſint vtiles,neque in poſterum futuri. Quod artificibus euenit,omnes enim magis amant opus proprium,quam ab opere, ſi animatum eſſet,amaretur. 9. Eth.

Pulchrum eſt contuliſſe beneficium, quare in eo gaudet is,qui contulit. ibi.

Liberalitas eſt in vſu pecuniæ munificus animus. 1. Rhet.

Pyth. Admirabilis eſt ſplendor liberalitatis, qua fit, vt nulli rei parcatur, ad beneficentiam comparandam.

Sen. Inter multos ac varios errores temere viuentium nihil eſt pernicioſius, quàm quod beneficium dare, & accipere neſcimus. 1.de benef.

Beneficia ſine vllo delectu magis proijcimus quam demus. ibid.

Eodem animo beneficiũ debetur, quo datur,quare negligenter dandũ nõ eſt.ibi.

Demus beneficia, non fœneremur, dignus eſt decipi,qui de recipiendo cogitauit,cum daret.ibid.

Qui beneficium non reddit, magis peccat quam ille,qui non dat citius. ibid.

Turpis eſt fœneratio,beneficium expenſum ferre. ibi.

Ne ceſſes dare,opus tuum perage,& boni viri partes exequere. Alium re,alium fide,alium gratia,aliũ conſilio,alium præceptis ſalutaribus adiuua. ibid.

Non poteſt beneficium manu tãgi, ſed animo geritur, multum enim intereſt inter

ter materiam beneficij & beneficiũ; quoniam nec aurum, uec argentum, nec quidpiam eorum, quæ accipiuntur, eſt beneficium, ſed ipſa tribuendi voluntas. Imperiti vero quod oculis cernunt, & quod traditur, ac poſſidetur, ſolum notant, quod autem re ipſa charum eſt, ac precioſum, paruipendunt, ibid.

Quæ tenemus, quæ aſpicimus, & in quibus noſtra cupiditas hæret, caduca ſunt, fortuna vel iniuria ea nobis auferre poteſt, ſed beneficium, eo etiam amiſſo, quod datum eſt, permanet. ibid.

Non eſt beneficium, quod ſub oculos venit, ſed beneficii veſtigium ac nota. ibi.

Non refert, quid fiat, aut quid detur, ſed qua mente, quia beneficium nõ in eo, quod ſit, aut datur, cõſiſtit, ſed in ipſo dantis, aut facientis animo. ibid.

Multo gratius venit quod facili, quam quod plena manu datur. Exiguum eſt, quod in me contulit, ſed amplius non potuit. At hic, quod dedit, magnum eſt, ſed dubitauit, ſed diſtulit, ſed cum daret, gemuit, ſed ſuperbe dedit, ſed circumtulit, & ei cui præſtabat, placere noluit, ambitioni dedit non mihi. ibid.

Cauendum eſt, ne munera ſuperuacanea mittamus, vt fęminæ aut ſeni arma venatoria, aut ruſtico libros, aut ſtudijs ac litteris dedito retia. & contra, ne dum grata mittere volumus, accipientis vitiũ accuſemus. Maledictum enim incipit eſſe

non munus,in quo accipientis vitium agnoſcitur. ibid.

Non eſt beneficium,cui deeſt pars optima, ſcilicet datum eſſe iudicio. ibid.

Beneficium eſt beneuola actio, tribuẽs gaudiũ,capiensque tribuendo,in id,quod facit, prona & ſponte ſua parata. ibid.

Ita demus,vt vellemus accipere, in primis libẽter,cito, ac ſine vlla dubitatione. Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit,quod quis moleſte dimittere viſus eſt,& ſic dare tamquam ſibi eripiatur. 2. de benef.

Gratiſſima ſunt beneficia parata,facile occurrẽtia,vbi nulla mora fuit,niſi in accipientis verecundia. ibidem

Non tulit gratis,qui cum rogaret,beneficium accepit.nihil eſt enim charius,quã quod precibus emitur. ibid.

Moleſtum verbum eſt,oneroſum,& demiſſo vultu dicendum, Rogo. Quare etſi properat,ſero tamen dedit, qui beneficiũ roganti dedit. ibid.

Illud beneficium iucundum eſt, & diu in animo victurũ,quod obuiam venit. ibi.

Plerique ſunt,qui beneficia acerbitate verborum,& ſupercilio in odium adducunt,eo ſermone vtentes,ea ſuperbia, vt impetraſſe pœniteat. ibid.

Qui tarde dedit, & diem protrhaens profuit,non ex animo fecit, ita duas res maximas prodidit,& tempus,& amicæ voluntatis argumentum. ibid.

Qui

Qui dedit beneficium, taceat, narret, i accepit.ibidem.

Nihil in dando beneficio tam vitãdum eſt quam ſuperbia, quoniam non modo iniucundum,ſed inuiſum eſt beneficium ſuperbe datum.ibid.

Sunt quędam impetrantibus nocitura, quæ non dare,ſed negare eſt beneficiũ.ibi.

Cuique ſunt conſiderandę ſuę facultates,ac vires,ne aut plus demus, quam poſſidemus,aut minus.ibidem.

Diligentius quidem quærendus eſt beneficij quam pecunię creditor; huic enim reddendum eſt,quantum accepi,& ſi reddidi ſolutus ſum ac liber. At illi plus ſoluendum eſt,& nihilominus, etiam relata gratia,coheremus. ibid.

Sola accipientis fides eſt ſpectanda,hoc modo beneficia ſuam auctoritatem retinent,& magnifica ſunt, 3,de ben.

Eſt animi generoſi ac magnifici, iuuare ac prodeſſe.ibid.

Qui dat beneficia deos imitatur,qui repetit,fęneratores.ibid.

Non eſt beneficium, quod ad fortunam ſpectat. 4.de benef.

Cum eligimus, cui demus beneficium; id agimus,vt quandoque ſit beneficium, quia ſi turpe datur,nec honeſtum eſſe poteſt,nec beneficium. ibid.

Non eſt beneficium, niſi quod ratione datur,quoniã ratio eſt honeſti comes. ibi.

Turpiſſimum genus dandi eſt inconſul-

ta donatio, multoque grauius eſt, male de diſſe beneficium quàm non accepiſſe. culpa enim eſt aliena, quod non accepimus, noſtra autem, quod non elegimus, cui daremus. ibidem.

Nunquam damus diligentius, nunquã maiori iudicio, quam vbi remota vtilitate, ſolum ante oculos honeſtum habemus. ibidem.

Beneficium non noſtrum, ſed illius cõmodum ſpectat, cui datur, alioquin nobis non illi damus. ibidem.

Non eſt beneficium, quod quęſtus cauſa datur. ibidem.

Ad præſtandum beneficium non adducit cogitatio auara, nec ſordida, ſed humana, liberalis, cupiens etiam dare, cum dederit, & augere nouis ac recentibus vetera. ibidem.

Satius eſt prodeſſe etiam malis propter bonos, quam bonis deeſſe propter malos. ibidem.

Non hac de re nouum beneficium recuſare debemus, quia nondum prius reddidimus. ibidem.

Beneficium eſt commune vinculum, & duos inter ſe alligat. 6. de ben.

Nunquam te tam inhumanus, immemor, & ingratus offendat, ne tamen te dediſſe delectet. 7. de ben.

Quærela amiſſi beneficij non bene dati eſt argumentum. ibid.

Nemo habet tam certam in beneficijs

manum

manum, vt non ſępe fallatur. Epiſt. 82.

Errat, ſi quis beneficium libentius accepit, quàm reddidit. ibid.

Nihil charius æſtimamus quam beneficium, quàm diu petimus; nihil vilius, cũ accepimus. ibid.

Beneficijs humana vita conſtat, & concordia, nec terrore, ſed mutuo amore in fœdus, auxiliumq; commune conſtringitur. De ira.

Natura hominibus prodeſſe iubet, ſerui liberi ve ſint, ingenui an libertini, iuſtę libertatis, an inter amicos datę, quid refert? vbicunq; eſt homo, ibi beneficij locus. De vita be.

Omne beneficium ſi exprobretur, moleſtum eſt, gratiam perdit, nec ferri poteſt. De diſcr. adul. & am. *Plut.*

Non modo pulchrius eſt, beneficio afficere, quam affici, verũ etiam iucundius. Nam nulla res parit gaudium, perinde ac beneficentia: De diſp. Phil.

Sępe modeſtis hominibus ac familiaribus, cum egent, neglectis, alijs inſtanter, improbeq; flagitãtibus damus, non quod dare velimus, ſed quod negare non valeamus. De vitioſa vere.

Qui beneficium confert in amicum, vel in conſanguineum, aut nullam, vel certe non magnam laudem meretur, quia facere debet, eſt que impius, niſi fecerit id, quod ab eo & natura ipſa, & neceſſitas expoſtulat. Qui autem confert in alienum, *Lact.*

& ignotũ, is verè laudandus eſt, quoniam vt faceret, ſola ductus eſt humanitate. De vero cultu.

Apul. Non leui mercede emit, qui rogat, aut modicum prętiũ accipit, qui rogatur, ita vt omnia emere malis quã rogare. 3. Florid.

Marſ. Egẽtibus opem ferre, eſt miſericordiæ; ijs autẽ qui digni ſunt, iuſtitiæ. lib. 1. Epiſt.

Ioan. Pont. Rerum egeſtatem, & ipsã humani generis ſocietatẽ, cuius retinẽdæ plura ſunt vincula, homo ipſe plurimum & dando ſubleuat, & inuicẽ liberaliter agendo conſeruat. lib. 2. liber.

Vt fortitudini pericula, temperantiæ dolores ac voluptates, ſic liberalitati quaſi quædam materies pecunia ſubiecta eſt, in qua vtenda & eroganda qui ſponte, gratuitoq; verſatur, illud iure aſſequitur, vt liberalis viri nomẽ adipiſcatur, cum ſummo etiam tum ciuium, tum peregrinorum teſtimonio ac reipublicæ, in qua verſatur, vtilitate. ibid.

In dando videndũ eſt, nequid in vultu, geſtu, ac verbis appareat, quòd liberalitatẽ ipſam perinde ac labes aliqua inficiat. ibi.

Quamquam illa & optima & maxima dandi cauſa eſſe debet, vt proſis, vt beneficias, & quidem, gratuito, ad hanc tamen cauſſam & aliæ quædam adiungẽdę ſunt, quæ te hominẽ eſſe, & rerum humanarũ memorem declarent, alieniſq; neceſſitatibus commoueri, & graues hominum caſus miſereri. ibid.

Nihil eſt homine dignius, quàm hominum calamitatibus moueri, ac ſuccurrere, neq; aliud, in quo vberiorem ſibi gratiam comparet benefaciendi ratio, atque voluntas. Nam hominum neceſſitates ridere, illiſque, cum poſſis, minime ſuccurrere, quid eſt aliud, quam hominem exuere, & ferarum induere immanitatem? ibi.

Eo conſilio dare, vt plura inde referas, hoc quis non videt, non ad liberalitatem, ſed ad fœnus pertinere. ibi.

Cum liberalis proprium ſit dare, idque & rogatus, & non rogatus faciat, quis dubitat, multò gratius eſſe, præuenire muneribus; quoniam & voluntarium magis videtur, & ab excelſiori ingenio proficiſci, & qui ex improuiſo accipit, dantis voluntatem ac munus pluris facit, quòd tanti ſe haberi putet, vt etiam ſi nihil petat, donis tamen ſe honeſtari ſentiat, hoc quoque plurimum addit gratiæ. ib*i*d.

Ita omnium amorem ad ſe trahit liberalitas, vt in extremis terris conſtitutos, de quibus ſit fama liberalitatis, quamuis de eorum commodis nihil ſperemus, tamen beneuolentia, laudibuſque proſequimur, contra, tenaces odio, & obtrectatione. ibi.

Omnis in dando iactantia abeſſe debet, quippe quæ eſt maxima liberalitatis labes, neque aliquo modo committendũ, vt obligandi, aut deuinciendi gratia, dare, aut dediſſe videaris. ibi.

Quam-

Quamuis late erga plurimos liberaliũ benignitas diffundenda ſit, illorum tamẽ ratio in primis eſt habẽda, quorum fides, integritas, fortitudo eſt cognita, & in quibus pclara ingenij uis elucet. Quid enim eſt præclarius, quam clarum ſe ac nobilem claris, & honeſtis viris donandis agere ?ibid.

Illud à liberali viro prę̃ſtandum eſt, vt quod libenter facit, etiam diligenter feciſſe videatur. ibid.

Quamquam liberalem virum mutuare beneficium ipſum minime decet, aut gratiam inde repoſcere; tamen ſi caſus, aut ratio aliquando poſtulet, etiam atq; etiam videre debet, ne quo modo exprobare illud intelligatur; quod quid ẽ aliud quam pulcherrimam liberalitatis ſpeciẽ fędare velle? Quocirca verecunde, & parce, nec vt qui repetat, ſed vt qui benigne agi ſecum mutuo cupiat. ibid.

Beneficia, quę in aduerſis conferuntur, mirum eſt, quam ſint iucunda, pręſertim vbi præter ſpem eueniunt, aut cum cæteri amici pedem retrahunt. lib. de Benef.

De bonitate ac viro bono.

Bonorum cõſuetudine vtere, & ab ijs nunquam diſcede, a quibus bona per diſces, ſi autem malos ſequeris, mẽtem

tem, quam habes proculdubio perdes. In Menone.

Vir bonus eſt Deo ſimilis, & ſacratiſſima res omnium eſt vir bonus, prophaniſſima contra eſt vir malus. in Minoe.

Difficile eſt, virum vere bonum fieri, manibus pedibuſque & mente non ad amuſſim quadratis. In Protag.

In quouis ſtudio homines permulti ſunt, & nullius pretij, probi vero pauci, hique plurimi faciendi ſunt. in Euthid.

Id pro certo habendum eſt, viro bono nil mali accidere poſſe, neq; viuenti, neq; defuncto. In Apologia.

Nihil aliud conſiderandum eſt homini vel de ſe ipſo, vel de alijs, niſi quid potiſſimum ſit & optimum. Neceſſe eſt enim, eum, qui id norit, illud quoque quod eſt deterius cognouiſſe, cum eadem horum ſit ſcientia. in Phedone.

Quęcunque bona vulgo dicuntur, deprauant, & impediunt animum, forma, diuitiæ, corporis vires, & cętera eiuſmodi generis. 6. de Rep.

Omni ſtadio danda eſt opera, vt quiſque, omiſſis cæteris diſciplinis, hanc quærat, & aſſequatur diſciplinam, per quam & poſſit, & ſciat vitam bonam a mala diiudicare, & quoad fieri poteſt, ex omnibus deligere meliorem. 10. de Rep.

Bona diuina ſunt quatuor, prudentia, iuſtitia, temperantia, ac fortitudo. Humana etiam quatuor, ſanitas, forma, vires, diuitię.

uitiæ. 1 de leg.

Boni ſunt illi,qui ſibimet imperare poſſunt,mali autem qui nequeunt. ibi.

Vir bonus cum ſit tẽperatus & iuſtus, eſt felix ac beatus, ſiue magnus & robuſtus,ſiue paruus & debilis,ſiue pauper aut diues;iniuſtus autem quamuis ſit ditior quam Midas,eſt miſer,& in mœrore ſemper vitam ducit.2.de leg.

Quæ vulgo appellantur bona, non rectè bona dicuntur.ibid,

Boni viri ſẽ p ſperare debẽt, munera ſibi nõ defutura,quæ Deus huiuſmodi viris dare ſolet. 5. de leg.

Non oportet vnquã paruifacere, vtrũ probus an improbus alijs videaris, multi enim quamuis ſint virtutis expertes, qui tamen probi ſint, qui improbi iudicant. 12. de leg.

Ariſt. Tria ſunt bonorum genera,externa vel fortunę,corporis,& animi.1.Eth.

Non eſt homo,qui bonis operibus non delectatur. 5. Eth.

Optimus eſt,qui non ſua tantum, ſed etiam aliorum cauſſa virtute vtitur. ibi.

Vir bonus ſibi proderit honeſta agens, ac cęteris vtilitatẽ afferens. 9. Ethi.

Aliqui fiunt boni natura,aliqui conſuetudine,aliqui vero doctrina. 10. Ethi.

Qui vult fieri bonus, illis rebus vti debet,quæ ad bonitatem pertinent. ibi.

Vir bonus paupertate, ægritudine, & alijs fortunæ caſibus honeſte vtet. 7. Pol.

Bonum

Bonum eſt, quod ſua natura eſt expetendum, & eius gratia aliæ quoque res expetuntur, & quod oĩa appetunt, 1. Rhet

Vir bonus ſemper ſerenus eſt, ſtatuſq; ipſius quietus, & nihil eorum, quæ mala dicuntur, eum perturbat. Enn. 1. *Plot.*

Quilibet omnibus viribus contendere debet, vt bonus efficiatur. Enn. 2.

Quamdiu praui ſumus, nefas eſt, nos cum ſuperis affinitate coniũgere, ſed tũc demum, cum boni ſumus, neque ſumus corpora, ſed animæ in corporibus. Hoc eſt, è ſuo gradu non deijci, neque externis illecebris indulgere, neque aduerſis frangi. ibid.

Neceſſe eſt, bonum eſſe expetendum, non tamen quia ſit appetendum, idcirco fieri bonum, ſed potius quia ſit bonum, ideo appetibile fieri. Enn. 6.

Materiæ bonum eſt ipſa forma, corporis bonum eſt anima, animæ vero bonum eſt virtus. ibid.

Omnes probi viri actiones ad ipſa ſui intima vergunt. Itaque ſi benefice, & diuine fuerit operatus, finem iam ſuum habet in actione videlicet propria conſtitutum, etiam ſi extra nihil inde perfectum ſit. De An. & dem. *Procl.*

Bonum, quod a nobis poſſidetur, nil aliud eſt, quam minima mali portio. Quare ſequitur, vt bonum huiuſmodi a malo ſeparari nequeat. in Pimandro. *Merc.*

Homines ſolum boni nomen retinent,

natu-

naturam autem boni nequaquam. ibid.

Ignari mortales hominem bonum nominare non verentur cum veram boni notitiam nullam habere poſſint, cum ipſe malis ſit irretitus & illaqueatus, malumq; bonum eſſe cenſeat, inſanabiliter malis vtatur, eorumq; iacturam, & priuationē timeat. ibidem.

Qui bonitatis amici ſunt, horum naturam Deus ipſe tuetur. ib.

Qui malus eſt, & corporis fetidi ſeruus non poteſt ipſum bonum percipere ib.

Pyt. Omnes bene agere volumus, bene autē agimus, ſi nobis adſint multa animi bona corporis, & fortunæ, quorum bonorum poſſeſſio ſola non facit hominem beatū, ſed eorum vſus, & quidem rectus.

Aug. Bona non ſunt bona virtute carenti, & eis male vtenti. 18. de ciu. Dei.

Bona externa quid proſūt homini ſine internis. In Euang. Math.

Bona terrena contra malum dominum tacita uoce clamant. ib.

Sen. Nullum bonum iuuat habentem niſi illud, ad cuius amiſsionem paratus eſt animus. Epiſt. 4.

Eorum vtere conſuetudine, qui te meliorem facturi ſint, illos admitte, quos tu meliores facere poſſis. Epiſt. 7.

Pars magna bonitatis eſt, velle fieri bonum. Epiſt. 34.

Illius animus non eſt in recto, cuius dictis facta diſsentiunt. ib.

Illa ſunt bona vera ſolida ac ſempiterna,quę dantur a ratione, quæ cadere non poſſunt, nec decreſcere quidem aut minui.cætera opinione bona ſunt, & nomē quidem habent commune cum veris,proprietas boni in illis non eſt. Epiſt.75.

In homine nihil refert, quantum aret, quantum fæneretur, a quam multis ſalutetur,quàm pretioſo incubet lecto,quàm lucido poculo bibat, ſed quàm bonus ſit. eſt autem bonus, ſi ratio eſt recta & explicata, & ad ſuę naturę voluntatem accommodata. Epiſt.77.

Quod contemptiſſimo ac turpisſimo cuiq; contingere poteſt, non eſt bonum Epiſt.88.

Nulla res magis animos ad honeſta inducit, dubioſq; & in prauum inclinantes reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuerſatio. Epiſt.95.

Si boni uiri animum nobis inſpicere liceret,o quàm pulchram faciem,quàm ſanctam, quàm ex magnifico placidoq; fulgentem videremus? hinc iuſtitia,illinc fortitudo,hinc temperantia prudentiaq; refulget. Epiſt.116.

Quemadmodum omnis natura bonū ſuum niſi conſumata non profert,ita hominis bonum non eſt in homine, niſi cū in illo ratio perfecta eſt. Epiſt.vlt.

Inter bonos uiros & DEū eſt amicitia, conciliante virtute, amicitia dico, imo etiam neceſſitudo ac ſimilitudo,quando-

quidem bonus tempore tantum a Deo differt, diſcipulus eius, emulatorq;, & vera progenies. De diu.prou.

Bonus vir eſt, qui eo perduxit affectu animum, vt non tantum peccare nolit, ſed etiam non poſſit. De mor.

Plut. Bonum non in temporis diuturnitate, ſed in virtute ponendum eſt. In orat. cõſ.

Bona corporis & fortunæ non ſunt magni facienda. De aud.po.

Bona externa ſine virtute nihil poſſeſſoribus proſunt. ib.

Gal. Turpe eſt, quempiam multos annos laborare, ut vel medicus, vel gramaticus fiat ſed vt vir bonus euadat, in tanto temporis curriculo numquam ſibi quicquam laboris aſſumit. De cogn.& cur. an. aſ.

Lact. Bonum eſt, recta & honeſta præcipere, ſed niſi facias, mendacium eſt, & in congruum, atq; ineptum, non in pectore, ſed in labijs habere bonitatẽ. 3. de fal.rel.

Eorum, quæ vulgo bona dicuntur, cuiusmodi eſt ſanitas, forma, robur, diuitiæ ac dignitates, nullum quidem eſt bonũ, niſi in vſum virtutis inciderit, Hæc enim ſeparata ab ipſa virtute materię ſortem ſolum retinent, atq; his, qui abutuntur, mala proculdubio ſunt. De phãt.& intel.

Marſ. Quemadmodum caloris præſentia, ea, ad quę calor peruenerit, calida efficiuntur, ita omnia bonitatem aſſequntur, qui bus inſit ipſa bonitas. lib. de volup.

Bonorũ poſſeſſio abſq; vſu nullius eſt pon-

ponderis.lib.1. Epiſt.

Nulla via eſt breuior & cõmodior ad bonum, quã malum odio habere. 6. Epſt.

Vir bonus nllus eſſe poteſt,niſi honeſtisſimis,optimiſque virtutibus, quarum magiſtræ ſunt leges, fuerit abunde prædi ditus. Eos en m viros bonos dicimus,qui uſtitiam pietatem,probitatem,cæteraſq; ibonas artes,ad quas legibus incitamur, colunt. lib.5.de obed. *Ioan. Pont.*

De Ciue.

Vt ciues muneribus corrumpãtur,permittendum non eſt. 3 .de rep. *Plato.*

Cum ciues non ſunt ambitioſi in expe tendis magiſtratibus, tunc ciuitas optime ſe habet, & libera eſt a ſeditionibus,con travero quę ciues habet aliter affectos.7. de rep.

Nullus ciuis opificio vllo detineatur, arte enim magna, quæ longa exercitatio ne, multiſque doctrinis indiget, occupa tus eſt ciuis, cum communem ciuitatis ornatum procuret, quæ res non leui quidem opera contenta eſt,ſed pręcipuum ſtudium exigit.ib.

Ciuiles homines hoc maxime curare debent, vt ciues bonos,& legibus obtemperantes efficiant.1. Eth. *Ariſt.*

Ciues metu pænarum, & propter infamiam, & honorem pericula ſubeunt,

qat;

atque ea de cauſa fortisſimi eſſe videntur, apud quos timidi ſunt infames, fortes vero plurimi ſunt. 3. Eth.

Ciues inter ſe mites eſſe debẽt. 8. Eth.

Ciues ſunt ſocij vnius ciuitatis. 2. Pol.

Artifices, & qui ludicram artem exercent, ſunt ciues ſordidi. Artificum igitur opificia neque rectorem diſcere oportet, neq; cum, qui in republica verſatur, neq; bonum ciuem, niſi fortaſſe quandoq; ſui ipſius priuatim cauſa. 3. Pol.

Cum plures ſint rerum publicarũ ſpecies, plures quoq; ciuium ſpecies neceſſe eſt eſſe, ac maxime eorum ciuium, qui ſubſunt. Itaque in quadã republica opifices, & ſordidi ciues erunt, in quibuſdam vero minime, puta in optimatum gubernatione, ſi qua illa eſt, in qua ſecundum virtutem ac dignitatem dantur honores; nam virtutem exercere non poteſt, qui vilibus opificijs occupatus eſt. In paucorum quoq; gubernatione tenues homines ad rempublicam minime recipiuntur, ib.

Ciuis non diffinitur, niſi publicæ poteſtatis ac dignitatis communicatione. ib.

Ciuilem hominem prudentem eſſe oportet. ib.

Præclari ciuis eſt, poſſe laudabiliter præ eſſe ac ſub eſſe. ib.

Non omnes illi ciues appellandi ſunt, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. ib.

Vnuſquiſque ciuis exiſtimare non debet, ſe ſuum eſſe, ſed totius ciuitatis. Nã

qui-

quilibet ciuis eſt pars ciuitatis. 8. Pol.

Ciuium controuerſias quamprimum diſſoluere, nec tempus trahere conuenit. Reth. ad Alex.

In ciuibus populus magis attendit mores quam nomen. 3. de ciu. Dei. *Aug.*

Si quis ciuis officium amiſerit, hominis exerceat. Ideo magno animo non vnius vrbis mœnibus nos clauſimus ſed in totius orbis commercium emiſimus, patriãque nobis mundum profeſſi ſumus, vt virtuti latiorem campum dare liceret. De Tranquil. *Sen.*

Boni ciuis opera nunquam eſt inutilis, auditu enim, viſu, vultu, nutu, ipſoq; inceſſu prodeſt. ib.

Vnum eſt inexpugnabile munimentũ. Amor ciuium. lib. de clem.

Omnibus legibus, omni iure, cunctis denique rebus ciuis officium eſt cuſtodiendum. In Pol. *Plut.*

Boni ciuis eſſe videtur, quãdoq; patriæ munus rite delatum admittere, & id pro virili parte curare etiam ſi humilius uideatur, quam eius exiſtimationi conueniat cui mandatur. ib.

Non decet priuatum ciuem principum, & magiſtratum gerentium res, & munus paulo curioſius inquirere, & ſcrutari, & hoc nomine adminiſtrationem alijs rite traditam ad ſe transferre conari. ibidem. *Pyth.*

A viro ciuili alienum minime puto, in re honeſta & iuſta vel inimicis & aduerſa- *Sen.*

rijs teſtimonio pręſto eſſe,& in iudicio aduerſus calumniatores eos tueri, & crimina falſo obiecta refellere.ibidem.

Ioan. Pont. Eſt prudentis & maxime probati ciuis, ab omni improbitate, ac vitij ſuſpitione longius recedere.lib.4.de prud.

De Ciuitate ac Rep.

Plato. Ciuitas tunc optime gubernatur, cum iniuſti dant pęnas.In Amat.

Ciuitas fit melior, ac melius inſtituitur, cum amicitia eſt inter ciues, odia vero, & ſeditiones abſunt. In Alcib.1.

Qui non ſibi tantum ac ſuis vult imperare, ſed etiam reipublicę, virtute in primis ornatus eſſe debet.ib.

Optima reipublicæ gubernatio eſt apud vnum, vel apud paucos.In Pol.

Vir ſapiens ac bonus in republica gubernanda ſubditorum rationem ſemper habebit, quemadmodum nauis gubernator nautarum, nauiſque incolumitati ſemper ſtudet.ib.

Neceſſe eſt, eam præcipue, ac ſolam rectam eſſe rempublicam, in qua, qui magiſtratibus funguntur, re vera gubernare ſciát, ſiue legibus, ſiue abſq; legibus dominētur. ibidem.

Ciuilis adminiſtratio ex iuſtitia, ac temperantia conſtat.In Protag.

Pueri, viri, & mulieres corripiēdi ſunt, vt

vt correptione meliores fiant. ſi quis autē hanc ſpreuerit diſciplinam, is tamquam inſanabilis ex ciuitate pellendus eſt, vel interficiendus. ib.

Virtutis curam non ad vnum aliquem dumtaxat, ſed ad omnes ſpectare oportet ſi modo ciuitas conſiſtere debeat. ib.

Sic reipublicę ac ciuium cura eſt capeſſenda, vt ciues ipſos bonos efficiamus. In Gorgia.

Quemadmodum paſtores ouibus; ſic qui vrbibus præſunt, ſubiectis conſulere debent, nec aliud dies ac noctes illis eſt cogitandum, quam vnde vtilitas ad ipſos perueniat. 1. de Rep.

Nullam malæ, ac turpis diſciplinę in ciuitate maiorem coniecturam capere poſſumus, quam ſummis iudicibus, ac medicis indigere non modo abiectos homines ac mechanicos, ſed eos etiam qui liberali doctrina ſe educatos eſſe gloriātur. 3. de rep.

Multę ciuitates nauium inſtar ſubmerſę perierunt, & peribunt ob gubernatorū nautarūque improbitatem, qui in rebus maximis extrema quadam ignorantia detinentur, quoniam cum rerum ciuilium prorſus ignari ſint, in ijs tamen plurimum ſibi ſapere videtur. In Pol.

Si veros ciuitatis cuſtodes quęrimus, eos eligere non debemus qui ciuitati noceant. 4. de rep.

Qui leges, & ciuitatis officia cuſtodire

poſſunt, ijs reipublicæ gubernatio tradẽda eſt. 5. de rep.

Oportet ciuitatem ſemper liberam, prudentem, & ſibi amicam eſſe. 3. de leg.

Ciuitatem, quę incolumis, felixque futura ſit, honores recte diſtribuere oportet, recta autem diſtributio eſt, vt prima, & maxime honoranda cẽſeantur animi bona; ſecundo dignitatis gradu corporis bona tertio externa poſſeſſio & pecuniæ. Hæc ſi quis legiſlator, ciuitas ve tranſgre dietur, vel pecuniam præ cæteris honorando, vel poſterius aliquid honore prius collocando, neque ſancte, neque ciuili terfaciet. ib.

Mare ciuitati proximum quotidiana quadã iucũditate eã efficit, ſed vicinitas illa nimirum re vera falſa eſt, & amara. Nã cum mercibus, & pecunijs ciuitas caupo nando repleatur, doloſi animi, inſtabiles, & infidos mores parit. Quare parum & ipſa ad ſe ipſam, & ad gentes alias fidem, & amicitiam colit. 4. de leg.

Quando aduerſus ciuitatem peccatur, omnibus infertur iniuria. 6 de leg.

Publicũ quippe ciuitates cõnectit, atq; coniungit, priuatum vero diſſipat 9. de le.

Qui tamquam potentiores rẽpublicã tenent, ſi ſalutem exoptant, ipſi inter ſe eligere, atque in honore eos præferre debent, quos optimos eſſe cognouerint. Epiſt. 7.

Ariſt. Ciuilis ſcientia in rebus publicis uer-

ſatur. 6 Eth.

Ea non eſt ciuitas, cui leges curę minime ſunt. 7. Eth.

Qui ciuilem ſcientiam cupiunt, in republica verſari debent. 10. Eth.

His, qui ciuitatem regere cupiunt, experientia ſaltem opus eſt. ibidem.

Omnis ciuitas eſt ſocietas quædam, & omnis ſocietas alicuius boni gratia conſtituta eſt. 1. Pol.

Ciuitas eſt prior quam domus, ſecundum naturam. ib.

Cum ciuitas ſit multitudo ciuium, oportet per diſciplinam communē, & vnā efficere. 2. Pol.

Ea reſpublica rectę eſt inſtituta, quæ caret omni ſeditione. ib.

Ciuile bonum eſt communis vtilitas. 3. Pol.

Ciuitatis gubernatio debet eſſe apud vnum, vel apud paucos, vel apud multos. Cum igitur vnus, uel pauci, vel multi cōmunem vtilitatem in gubernatione ſequūtur, has rectas eſſe rerū publicarū ſpecies, neceſſę eſt. cum autem ad propriam vtilitatem vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis gubernatur, tranſgresſiones ſunt & labes. ib.

Ciuitas optima nunquām permittit artificiem eſſe ciuem. ib.

Ciuitas ſine iuſtitia ac virtute permanere non poteſt. ib.

Ciuitas eſt bene viuendi ſocietas gra-

tia vitæ perfectę. ib.

Societas ciuilis eſt gratia bene agendi, non gratia ſimul viuendi. ib.

Non ab improbis, ſed ab optimis ciuitas gubernari debet. 4. Pol.

Reſpublica eſt ciuitatis inſtitutio circa magiſtratus, honoreſque publicos. ib.

Vbi leges dominari non ualent, non eſt reſpublica. Nam lex omnibus dominari debet. ib.

Tres ſunt reipublicę partes, quarum vna uerſatur in publicis conſilijs, altera in magiſtratibus, tertia in iudicijs. ibidem.

Virtus, libertas, diuitiæ, & nobilitas in reipublicæ æqualitate contendunt. ibi.

Status popularis diffinitur libertate, & ſumma populi poteſtate. 5. Pol.

Reſpublica maxime diſſoluitur, cum non ſeruatur iuſtitia. ib.

Nulla ciuitas permanere poteſt, niſi legibus & moribus conſtituta ſit. 6. Pol.

Ij, quos victus cauſſa laborare oportet, magis laborare, quam rebus publicis operam dare cupiunt. ib.

Vrbana turba, quæ vilia exercet, nulla eſt pars ciuitatis. 7. Pol.

Ciuitas non pro mænijs, ſed pro conſilijs, & hominũ cætu accipitur. 1. OEcon.

Aug. Ciuitas eſt hominum multitudo, aliquo ſocietatis vinculo cõiuncta. 10. de ciu. Dei

Plut. Quemadmodum vini vſus initio quidem,

dem arbitrio, atque lege bibentis regitur; vbi uero ſenſim ac placide calefecerit hominem, immutare continuo incipit, & nouis imbuere moribus. Hac ratione decet hominem virilem, & rempublicam tractare incipiẽtem, tandiu ciuium moribus conſentanee uiuere, & ſe ad eorum naturam accommodare, atque ea ſectari, quibus populus delectari, & quibus facile adduci ſoleat, donec opinione virtutis, ac fide iam comparata, auctoritate inniti poſſit. In Polit.

Eorum, qui reipublicę præſunt, non modo ſingula verba, nec res tantum publice geſtæ animaduerti, notarique ſolẽt, ſed uirtus quoque, ioci ſimul ac ſeria quæque, domus ipſa, familia, vxor, & cubile curioſius inquiruntur. ib.

Minima queq; principum & rẽpublicã adminiſtrantium errata notantur, & pro magnis habentur. ib.

Qui vult rẽpublicam regere, is mentẽ ſecum veluti gubernationem habere debet, & orationem, quæ accepta mentis imperia dęmum alijs oſtendat, ne ipſe voce extera indigere uideatur. ib.

Grauitas, & orationis amplitudo ijs, qui reipublicæ pręſunt, maxime conuenit. ibid.

Amicos habere debent, qui rẽpublicã adminiſtrant, pro inſtrumentis animatis, & ratione vtentibus. ib.

Magni eſt animi ac ſtrenui, minima

etiam ciuitatis negocia curāda ſuſcipere. ibid.

Vt manus in digitos diſtributa non idcirco redditur inbecillior, imo ad omnē vſum propterea artifex eſt aptior, ſic ad gerendam rēpublicam, qui vult alios quoque munerum participes eſſe, is efficacius ſocietate adductus opus abſoluere poteſt. ibi.

Qui recte in ciuitatibus excellere volunt, ij ciues inferiores æquitate, facilitate, ac beneuolentia allicere debent; potētiores vero obſequio, comitate, ac modeſtia lenire; omnes denique bonis rationibus pacatos, atque conſentientes retinere in ciuitate, vt id quod maxime cupiunt, rebus omnibus tranſigendis merito præeſſe posſint. ib.

Vir ciuilis nequaquam pro viribus populo permittendum cenſebit, vt in ciues per contumeliam ſeuiat, aliena bona diripiat, publica peculetur, vel perperā diſſipet, ſuadēdo, monēdo, ac deniq; terrēdo, omni petulātię ac libidini repugnabit. ib.

Quemadmodum eſt medici, magna ex parte corruptiori ſanguine diminuto, parum deinde innocui, & ſalubris cibi ægroto afferre, ſic uir ciuilis, & reipublicæ princeps prius ignominia, damno ve ciuitatis ſummoto, leui deinde gratia, & humanitate quaſcunque moleſtias & querelas leniet, atque ſolabitur. ib.

Reipublicę gubernatores non modo

ad vſum ciuitatis opes & corpora conferre debent, ſed fortunas quoque & copias vniuerſas concordibus, & conſentientibus animis contribuere, vt per ſe quiſque eã dem rem, quibus poſſit, & ſciat, curando extollat. ibidem

Populo ſeditionis vitio laboranti, non tamen graui & deplorato, ſed quod curari poſſit, partibus ſanis, & bene ualentibus temperamentum ſalubre afferri debet, & in hac medendi ratione perſeuerandum eſt, ac penitus inſiſtendum. ibi.

Optimum & potiſſimum omnium illud eſt, longe lateque proſpicere, ne ſeditio vlla irrumpat: opus profecto rationis, & diſciplinæ ciuilis maximum, & pulcherrimum. ib.

Summopere nobis cauendum eſt, & in primis optandum, ne ipſi nobis tempeſtatem aliquam concitemus, & noſtrorum malorum ſimus auctores. Verum ſi quo caſu aduerſitas irruperit, ulla nobis arte ab officio deſcendendum non erit, neq; periculoſe ciuitas commouenda, cui periclitanti ac labanti omnibus rationibus opem ferre debemus, & illam opere, ſtudio, induſtria, ac fide maximis tempeſtatibus, fluctibuſque iactatam, velut ſacra ancora ſiſtere ac, firmare. ib.

Ciuibus pereuntibus nullo ſenſu moueri, nihil dolere, animi tranquillitatem, & indolentiam prædicare, vitam ocioſam tamquam beatã extollere perinde vtiq;

eſt, ac aliorum miſerijs oblectari, & calamitatibus gaudere. ibi.

Sępe contingere ſolet, vt priuatis & paruis rebus neglectis, nulla cura, nullis medicamentis adhibitis, inde etiam publicæ calamitates ortę fuerint. ib.

In hominum ſocietate, & reipublicæ adminiſtratione leges ſeruandæ ſunt, & iuſtitia. De fortuna.

Apul. In magna ciuitate hoc hominũ genus etiam inuenitur, qui meliores obtrectare malint, quam imitari, & quorum ſimilitudinem deſperent, eorundem affectent ſimultatem, vti qui ſuo nomine obſcuri ſunt, alieno innoteſcant. lib. 1. florid.

Alcin. Tunc reſpublicæ optime, & cum iuſtitia adminiſtrantur, cum vnaquæq; ciuitatis pars ſuo munere fungitur. De Phant. & intell.

Marſ. Sicut homini natura robuſto, & victu prudenti ac temperato nulla pene vnquam opus eſt medicina; ita ciuitati & optime ab initio conſtitutæ, & in ea forma perſeueranti, neque multis ab initio legibus, neque quotidianis deinceps conſtitutionibus opus eſt. In Plat.

Ditioribus reipublicæ adminiſtrationẽ tradere, per inde eſt, ac ſi nauis non magis perito in nauigando, ſed magis locupleti gubernanda traditur. Nempe & hæc & illa periclitabitur. ib.

Nihil in ciuitate etiam minimum ſine certo quodam ordine eſſe debet, ſi quidẽ

caret

qđ caret ordine alia ordinata ꝑturbat. ib.

Cum ars gubernandæ reipublicæ diuturna exercitatione, multaque doctrina indigeat, totum hominem ſibi vendicat. ibidem

Vt partes ipſę corporis humani ſimul omnes iunctę, atque connexę vnum hoc efficiunt corpus; ſic homines ipſi diffuſi per domos ac regiones vrbis, ſimul tamē ſociati, atque in vna conuenientes mœnia corpus vnum efficiunt, quod ciuitas vocatur. lib. 4. de obed. *Ioan. Font.*

Quicquid homines agūt, id alicuius boni gratia eos agere certum eſt, & cum bonum aliud alio ſit maius, ac potius, videtur illud eſſe potiſſimum, ac maximum propter quod homines ſimul coierunt, & ciuitates conſtitutę ſunt, & cuius gratia omnes quidem omnia agunt. ib.

Eorum, qui publicas res tractant, referta eſt vita non modo laboribus, ac moleſtijs plurimis; ſed grauibus etiam caſibus expoſita. lib. 2. de fortit.

De Clementia & manſuetudine.

Difficile admodum eſt, reperire hominem ingenioſum ſimul, & præcæteris māſuetum atque virilem. In Theet. *Plato.*

Manſuetudo eſt virtus animoſę partis, *Ariſt.*

qua præditi haud facile mouentur ad iram.4.Eth.

Manſuetudinis eſt, poſſe ferre moderate obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter rapi ad vltiones, nec facile moueri ad iras; moribus comem eſſe, ac mitem, ingenio quieto, & ſtabili.ib.

Manſuetudo eſt animi compoſitio, & refrenatio iracundiæ.2. Reth.

Plot. Quanto quis melior eſt, tanto erga cæteros cum homines, tum ſuperos, benignior eſt, ac modeſtior. Enn.2.

Pyt. Facilitas, & lenitas in homines iuſtitiã adducũt, alienatio & aſpernatio contumeliam.

Expertes manſuetudinis, ſunt ad ſapiẽtiam inepti.

Sen. Illud nobis occurrat, quantum commendationis clementię fama ſit nobis allatura, & quam multos venia amicos viles fecerit. De ira

Magna laus eſt homini, ſi in alios manſuetum ſe gerat. Epiſt.96.

Nulla virtus magis homini conuenit quã clemẽtia, cum nulla ſit humanior. lib.1.de clem.

Cætera bona poſſeſſione fortunæ ſuę quiſque ſentit, aut expectat maiora, minora quę. ex clementia omnes idem ſperãt, nec eſt quiſquam cui tam valde innocentia ſua placeat, vt non ſtare in conſpectu clementiam paratam humanis erroribus gaudeat.ib.

Cle-

Clementia eſt omnibus hominibus ſecundum naturam. ibidem

Clementia in quacunque domum peruenerit, eam tranquillam, feliceṁque reddet. ib.

Nemo quiſquam excogitare poterit, quod regenti ſit magis decorum quam clementia; quocunque modo, & quocunque iure cæteris præſit. ib.

Regem ſaluum in aperto clementia præſtabit. ib.

Non minus turpia ſunt principi multa ſupplicia quam medico multa funera. remiſſius imperanti melius paretur. ib.

Nullum ornamentum eſt principis faſtigio dignius quã illa corona, Ob ſeruatos ciues. ib.

Non tam omnibus ignoſcere crudelitas eſt, quam nulli; modum tenere debemus. Sed quia difficile eſt temperamentum, quicquid æquo plus futurum eſt, in partem humaniorem præponderet. ib.

Quemadmodum non eſt magni animi qui de alieno liberalis eſt, ſed ille, qui quod alteri donat, ſibi detrahit, ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, ſed eum, qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non proſilit, qui intelligit, magni animi eſſe, iniurias in ſumma potentia pati, nec quicquam eſſe glorioſius principe impune læſo. ib.

Clementia eſt tẽperantia animi in poteſtate vlciſcendi, vel lenitas ſuperioris aduer-

aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis. ibidem

Miſericordia non cauſſam, ſed fortunã ſpectat, clementia rationi accedit. ib.

Clementia eſt, quæ alieno ſanguini tãquam ſuo parcit, & ſcit, homini non eſſe homine prodige vtendum. ib.

Clementia liberum arbitrium habet, non ſub formula, ſed ex æquo, & bono iudicat. ib.

Clementia hoc primũ ſpectat, vt quos dimittit, nihil aliud illos pati debuiſſe pronunciet. ib.

Vt generoſi, & nobiles equi melius facili freno reguntur; ita voluntaria innocentia ſuo impetu clementiam ſequitur. ibidem

Clementia nullum ex omnibus magis decet, quam regem ac principem ib.

Clementia non modo reddit homines honeſtiores, ſed tutiores; eſt que ornamentum, & certisſima regnorum ſalus. ibidem

Plut. Hominem homini nihil aliud manſuetũ ac mitem reddit, quam beneuolentia fides & certæ iuſtitiæ, ac probitatis opinio. In Polit.

Qui nõ laudat benignitatem, is profecto cor habet adamantinum, aut ferro excuſſum. De vtil. cap. ab in.

Natura in formando homine, ſe animal ciuile, ac manſuetum effingere cogitauit. lib. 9. de vſu partium.

Vir

Vir clementia inſignis neminem abſq; conſolatione punit, neminem punitũ perdit, omnes pro viribus ſeruat, & quos nece punit, profitetur à morbis animi liberare. In Plat.

Clementiam in quo eſſe cenſuimus, illum omnes admiramur, colimus, & pro Deo habemus. De Princ. *Ioan. Font.*

De Cognitione ſui ipſius.

ANimam noſſe iubet, qui præcipit, Noſce te ipſum. Quicunque igitur corpus cognoſcit, ſua quidem, non ſe ipſum nouit. In Alcib. 1. *Plato.*

Se ipſum cognoſcere prudentiæ quidẽ eſt, ſin autem nec nos ipſos cognoſceremus, nec prudentes eſſemus; poſſemus ne noſtra ſeu bona, ſeu mala noſcere? ibi.

Nunquam ſcire poterimus, qua arte meliores euadere poſſimus quandiu nos ipſos ignoramus. ib.

Difficillimum eſt, ſe ipſum cognoſcere, ſed ſiue hoc facile ſit, ſiue difficile, ſane hoc ſe habet, vt hoc intelligentes, etiam qua ratione curandi ſumus, intelligamus, hoc autem ignorantes id aſſequi minime poſſumus. ib.

Cognitio ſui ipſius ex animæ cognitione dependet. En. 4. *Plot.*

Qui ſe ipſum cognoſcit, ad ſuperna ſe ipſum extol lit, ſolumque trahit ſecum, quod præſtantius eſt in anima, quod & cõceptis alis ad intelligentiã volare poteſt. En. 5.

Præceptum illud. Cognoſce te ipſum, illos tantum admonet, qui propter multitudinem ſibi inſitam ad hoc adducuntur, vt ſe ipſos enumerent, diſcantque quot, & qualia ipſi in ſe habentes nondum omnia cognouerunt, vel nullum potius, neq; quid teneat principatum, neque ſecundũ quid potiſſimum exiſtere, ipſi iudicandi ſunt. Enne. 6.

Merc. Qui ſe ipſum cognoſcit, bonũ, quod eſt ſuper eſſentiam, conſequtus eſt; qui vero corpus amoris errore complectitur, is oberrat in tenebris, mortis mala ſenſu percipiens. In Pim.

Qui ſe ipſum cognoſcit, tranſit in Deũ quoniã vita, & luce cõſtat omnium pater, ex quo natus eſt homo. Qui igitur comprehendit ſe ipſum, ea luce, & vita compoſitum, ad vitam ſurſum, lucemque tranſcendit. ib.

Aug. Homines cæleſtium, terreſtriumque rerum ſcientiam magnifacere ſolent, in quo profecto ij ſunt meliores, qui huic ſcientiæ præponunt, noſſe ſemet ipſos. lib. 4. de Trin.

Cum nulla ſcientia ſit illa melior, qua homo ſe ipſum cognoſcit, diſcutiamus cogitationes, loqutiones, & opera noſtra.

Quid

Quid enim prodeſt nobis, ſi rerum omniũ naturas ſubtiliter inquirimus, efficaciter comprehendimus, & nos metipſos non intelligimus? De ſpiritu & an.

Nos ipſos prius cognoſcere debemus, deinde quæ aggrediamur negocia, deinde eos, quorum cauſſa, aut cum quibus agendum eſt. Ante omnia neceſſe eſt, ſe ipſum æſtimare. De Tranquil. *Sen.*

Duo ſunt ex delphicis literis ad vitam maxime neceſſaria. Cognoſce te ipſum, & Ne quid nimis. ex his reliqua pendent omnia. In orat. conſol. *Plut.*

Sapientiſſimum eſt, ſe ipſum cognoſcere poſſe. De cogn. & cur. an. af. *Gal.*

Oportet animam ſe ipſam ingredientẽ ibi verum, ac bonum, veraſque omnium rationes perſcrutari, & hinc quiſque ſui ipſius cognitionem exordiri debet. De An. & dem. *Pro.*

Quicunque optat Deum cognoſcere, ſe ipſum prius cognoſcat. In Proh. lib. De Theol. plat. *Mars.*

De Concordia & diſcordia.

Qui cæteris modeſtia præſtant, vitæ trãquillitati ſtudent, ſua ſemper priuatim agentes, pacis auidi, & concordię tam erga cęteros, quam erga conciues. In Pol.

Seditio

Seditio nihil aliud eſt, quam naturalis cognitionis corruptela, quę a quadam diſcordia proficiſcitur. In Soph.

Nihil eſt pernicioſius ciuitati quam diuiſio, nihil melius quam concordia. 5. de Rep.

Ea diſciplina ſtudio dignisſima eſt iudicanda, qua homines inſtituti diu, & optime in pace vitam agunt. 7. de leg.

Qui ciuitatem ſubijcit factionibus, & ui contra leges adhibita, eam ſeditionibus replet, hic maximus vniuerſę ciuitatis hoſtis eſt iudicandus. 9. de leg.

Non auri fulgor, non adamas, non menſę argenteę quæ apud homines habentur in pretio, ita oculis corruſcant, neque lati fundi aut pinguia culta tantum valent ad vitam, quantum mens bonorum virorum inter ſe conſentientium. Epiſt. 1.

Ariſt. Concordia ſimile quiddam amicitiæ videtur eſſe. huic autem legumlatores maxime ſtudent, diſcordiam vero vt rem inimicam expellunt. 8. Eth.

Concordes dicuntur, qui ſunt eiuſdem ſententiæ. 9. Eth.

Seditiones ex paruis rebus ad magna perueniunt. 5. Pol.

Statim diſſoluendæ ſunt illorum diſcordię qui multum in republica valent, quoniam excellentium virorum diſcordiæ totam poſt ſe trahunt ciuitatem. ib.

Pyth. Vbi eſt concordia, & legum obſeruantia, paruę res ſuppetunt, ſine quibus etiam maxi-

maximę non ſufficiunt.

Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, & conſortium charitatis: Hæc ſimultates tollit, bella compeſcit, iras componit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis eſt placida, neſcit extolli, neſcit inflari. Hanc qui acceperit, teneat, qui perdiderit, repetat, qui amiſerit, exquirat. lib. de verb. dom. *Aug.*

Pax eſt huiuſmodi bonum, vt in rebus creatis nihil gratioſius ſoleat audiri, nihil delectabilius concupiſci, & nihil vtilius poſsideri. 9. de ciu. Dei

Sine aliqua pace nulla natura ſubſiſtere poteſt. ib.

Ad pacem ineundam, & conſeruandã homo fertur quodammodo ſuæ naturę legibus. In Pſal. 84.

Sicut eſt concordia membrorum, ita & hominum eſſe debet. In Pſal. 130.

Pax cum bonis & bellum cum vitijs ſẽper habendum eſt. De temp. ſerm. 146.

Concordia paruę res creſcunt, diſcordia maximę dilabuntur. Epiſt. 95. *Sen.*

Non pudet homines mitiſſimum genus alterno ſanguine gaudere, bella gerere, gerendaque liberis tradere, cum feris etiam ſit pax inter ſe. Epiſt. 96.

Cum paribus contendere dubioſum eſt, cum ſuperiori furioſum, cum inferiore ſordidum. lib. 2. de ira

Pacem

Pacē habeas cum hominibus, bellum autem cum vitijs. lib. de Mor.

Plut. Hæc bona ciuitatibus maxime optanda ſunt pax, libertas, feracitas tum agrorum, tum hominum, poſtremo concordia. In Pol.

Ciuitates ſeditionibus agitatę funditus pereunt, niſi aliqua foris vrgente neceſsitate, maliſque caſtigatę ad ſanitatem redigantur. De Rep. ger.

Præclariſsimum eſt, in id operam dare, vt nulla vnquam oriatur ſeditio. idque artis ciuilis opus maximum, & pulcherrimum exiſtimandum eſt. ib.

Ex officio viri ciuilis ſubiectis reb⁹ hoc vnum ei reſtat, quod nulli alteri bonū pręſtantia cedit, vt ſuos ciues concordia, mutuaque amicitia inter ſe vti doceat, lites, diſcordias, omneſque inimicitias aboleat. ib.

Omne bonum concordiæ cognatum eſt, omne autem malum a diſcordia oritur. De Hora.

Non pro quibuſuis exiguis, & parui momenti rebus nouitati ſtudendum eſt, & ordo rerum omnium perturbandus, ſed aut pro neceſſarijs, & quę dilationem ſine pernicie ferre non poſsint, aut pro rebus illuſtribus, ac præclaris. ib.

Lact. Sublata hominum concordia nulla virtus eſt omnino. De vero cultu.

Diſcordia ac diſſenſio non eſt ſecundū hominis rationem. ib.

Nulla

Nulla potentia eſt maior bonorum & prudentum virorum conſenſu. In Plat. *Maiſ.*

Optime agitur cum illo populo, floret que vrbis eius opes, cuius principes idẽ vnum & ſentiunt, & volunt. lib. 4. de obed. *Ioan. Pcnt.*

Exiſtunt per ſæpe in republica ſeditiones, quæ arte, & induſtria compeſcendæ ſunt, quæ vbi ſedari & coerceri nequeunt, fortisſime eundum eſt contra, & pro libertate oppetẽda mors eſt. lib. 2. de fortit.

De Conſilio & Electione.

Conſilium eſt res ſacra, non eſt enim diuinius aliquid, de quo quis conſulere queat, quam de inſtitutione ſui, atque ſuorum. In Amat. *Plato.*

Cum e duobus malis alterum eligere cogimur nemo peius eligat, dum licet, quod minus eſt, eligerẽ In Protag.

Oportet conſultorem diligenter conſiderare vtrum ad eam rem curandam peritus ſit, cuius gratia in pręſentia deliberamus. In Iach.

In omnibus vnicum principium ijs, qui bene conſulere volunt, eſt, intelligere quid illud ſit, de quo conſultatur, vel omnino aberrare neceſſe eſt. In Phedro

Conſultare circa ea, quę accidetunt, in primis oportet, & tamquam in talorũ

iactu

iactu pro vt cecidit, quomodocunque ratio rem melius habere dicat, negocia diſponere. 10. de Rep.

Ariſt. Electio in illis verſatur, quę ſunt in noſtra poteſtate. 3. Eth.

Conſilium in ijs verſatur, quæ frequẽtius accidunt, & incerta ſunt, & indeterminata. ib.

Aliorum vtimur conſilio, cum de reb' maioribus deliberare volumus, cum nos diudicare minime valeamus, quid conficiendum ſit. ib.

Quod fit electione, ante conſiderandum eſt. 4. Eth.

Homo in perficiendo velox eſſe debet tardus autem in deliberando. 6. Eth.

Electio recta non eſt ſine prudentia. ib.

Nemo conſilium quærit in ijs, quæ finem conſequi nequeunt. ib.

Ea, quibus conſilio opus eſt, non ſtatim agenda ſunt. ib.

Cõſulta ſunt celerrime perficienda. ib.

Bonum eſt illius conſilium, quod homini eſt optimum in rebus agendis, id ratiocinando coniectura aſſequitur. ib.

Auer. Conſilium electionem præcedere debet. 5. Eth. com. 13.

Conſilium locum non habet in ijs, quę ſint neceſſaria. 6. Eth. com. 6.

Aug. Cum das conſilium, non laboras, nihil perdis, & alios iuuas. In Pſal. 125.

Conſilia à melioribus petenda ſunt. en Pſal. 145.

Qui libenter audiuerit conſilium, & fecerit, maiorem aſſequetur gloriam. De temp. ſerm. 62.

In acquirendis conſilijs plurimum valet vitæ probitas, virtutum præſtantia, beneuolentiæ vſus, & facilitatis gratia. De Doctr. Chriſt.

Neceſſe eſt, vt præſtantior ſit ille, à quo conſilium petitur, quam, qui petit. ib.

Talis eſſe debet, qui dat conſilium, vt ſe ipſum formam alijs ad exemplum bonorum operum exibeat, in doctrina, in integritate, vt eius ſermo ſit ſalubris, & inreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, & ſententia decora. ib.

Pauci ſunt, qui conſilio ſe ac ſua diſponãt, cæteri eorum more, qui fluminibus natant non eunt, ſed feruntur. Quare conſtituendum eſt quid velimus, & in eo permanendum. Epiſt. 23. Sen.

Fluctuamus inter varia conſilia, nihil libere volumus, nihil abſolute, nihil ſemper. Epiſt. 53.

Quicquid honeſte fit, ſola virtus facit, ſed ex conſilij ſententia. Epiſt. 68.

Conſilia rebus accommodantur, res noſtræ feruntur, imo voluuntur. Epiſt. 72.

Errant conſilia noſtra, quia nõ habent, quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat, nullus ventus eſt ſuus. ib.

Tunc conſilia ſalutaria aduoca, cùm tibi alludit vitæ proſperitas, tunc te velut in lubrico retinebis, nec tibi dabis impe-

tus liberos, ſed circumſpicies, quo eundum ſit,& quouſque. Epiſt.

Sine conſilio ſit, quicquid natura præcipit. Epiſt.122.

Feſtinatio,& ira velox maxime contraria ſunt conſilio, tunc enim pænitentia cõſilium ſequitur. De ira.

Peritorum conſilium ex apertis obſcura iudicat, ex paruis magna, ex proximis remota, & ex partibus totum. De quat virt.

Prudentis eſt proprium examinare cõſilia,& non cito facili credulitate ad falſa prolabi. De Mor.

Plut. Quod inconſulto, ac temere dictum, aut factum eſt, id pulchrum eſſe nequit. De lib. educ.

Ioan. Pont. In his, quę præuiſa, & bene ante proſpecta ſunt, conſilium, ratio, ipſaque animi confirmatio & ad eligendum,& ad aggrediendum plurimum adiumenti afferunt. lib. 1. de Fortit.

Quis ignorat, maximas res plerumq; conſilio geri? cum vires ſine conſilio fruſtrari ſoleant. Sed turpe ducimus, dum locus eſt opere, conſilio velle ſubuenire, quod tergiuerſantis eſſe apparet. lib. De benef.

Vt commotionum affectumque noſtrorum excitatrix eſt natura, ſic electio eſt quaſi quoddam principium in rebus ipſis conſtitutum aut laudis, aut vituperationis pro ſuſcepta ad agendum re, atque ma

teria lib.2.de prudentia

Ab electione tamquam ab aliquo fonte manant opprobrij, commendationiſq; riuuli in ſuſcipiendis actionibus habituſq; in vtramque partem comparando.ibidē.

Electio eſt voluntas, non illa quidem peruagata, nullis obſtricta regulis, aut frenis repreſſa, ſed quæ ſe ipſam moderetur, & intelligat, quid elector ipſe præſtare poſſit, quid etiam ſit hominis, quid ipſius, qui deliberat, quid tempora ferāt, quid mores vrbis, quid ratio ipſa non ſolum recti atque honeſti memor, verum etiam loci temporis, facultatum, ordinis, & fortunę.ibid.

Vnuſquiſque ingenio prędituſ ea eliget, quæ non homini ſolum ſuſceptibilia ſunt ad agendum, verum ipſi in primis, qui eligit, ſeque opeſque ſuas metienti, & rem præcipue ſuſceptam conſideranti. ibidem.

Electio eſt eorum, quæ veniunt in conſultationem, ſint nec ne agenda, & qua etiā ratione ac via. Cōſultatio ipſa talis erit, quæ nec cōſultantem dedeceat, nec ruborem afferat eligenti: ib;

Vt actionum, ſic electionum moderatrix eſt, & quædam quaſi dux prudentia. ibidem.

Cognitione opus eſt, atque ſcientia, & in eligendo, & in proſequendo.ib.

&Bonum atque honeſtum conſiliū quaſi dux quidam videtur tum ſuſcipiendi iti-

neris tum ſuſcepti, quo etiam comite ad optatum perueniatur locum, & ad finē nobis ipſis propoſitum, tanto etiam ſtudio ac ſudore perquiſitum. lib.3.de prud.

Oportet, cum plurima circumſpicere, qui bonum conſilium aut ipſe ſibi capturus, aut alijs daturus eſt.ib.

Ad cōſiliorum celeritatem maxime confert natura, inditumque ab illa ingenium, ad maturitatem vero ac perfectionem vſus ipſe, & plurima variarum rerū exercitatio.ib.

Conſultatio eſt rerum agibilium, & earum, quę ſe ſe aliter habere poſſunt, & in quibus labi, decipi, & errare poſſumus. ib

Qui bene conſulit, neceſſe eſt, vt bene etiam ſentiat, nam recta conſilia non niſi ex rectis animorum ſententijs proficiſcuntur. ib.

Omnino post electionem antequam rem ipſam aggrediamur, pro rei ſuſcipiē dę materia, ac natura ſtatim faciendus eſt apparatus, cum turpiſſimum ſit, imparatum accedere ad agendum. lib.4.de prud.

De Conſuetudine.

Ariſt. Id, in quo quiſque aſſuetus eſt, iucundum eſſe oportet: ſunt enim multa, quæ quamuis ſua natura procul ſint, & a voluptate aliena, tamen ſi in conſuetudinem ad mittuntur, grata eſſe incipiunt, & fie

ri cum voluptate. 1. Rhet.

Per ſe iucundum eſt, quicquid in conſuetudinem eſt. nam quod in conſuetudinem abijt, fere inſitum, ac natiuum effici tur. eſt enim conſuetudinis vis naturæ ſimillima: quia quod ſæpe, & frequenter fit, proximum eſt ei, quod ſemper, & perpetuo prouenit. ib.

Facilius eſt mutare conſuetudinē quā naturam. 7. Eth.

Conſuetudo quandoque naturæ principia corrūpit. In Prol. 3. Phis.

Illud, ad quod ſumus aſſueti, eſt magis applicabile animo & magis notum, & ſcire potes, quantum valeat cōſuetudo, hoc in legibus conſiderando. inuenies enim apologos & fabulas propter cōſuetudinē magis applicabiles animo quam veritatē. 2. Meta.

Aug. Ipſa quippe cōſuetudinis mutatio, etiā quæ vtilitate adiuuat, nouitate perturbat. Epiſt. 118.

Dura eſt pugna conſuetudinem vincere. In Pſal. 30.

Mala conſuetudo ex mala voluntate ſumpſit exordium. 12. de ciu. Dei

Refrenanda eſt mala conſuetudo, refrenata reſtringitur, reſtricta langueſcit, langueſcens emoritur, & malę conſuetudini bona ſuccedit. De verb. Apoſt. Serm. 17

Gal. Conſuetudo eſt ſignum naturalis cuiuſdam proprietatis, atque etiam interdum cauſa. lib. de conſu.

Non totum extrinſecus ingruit in noſtros animos vitium, ſed plurimum in ſe ipſi vitioſi homines cauſſę habent. Quod extrinſecus aduenit, longe minus eſt, proinde conſuetudine praua accedente, ſecũdum partem animæ ratione carenté praui reddimur, & falſis opinionibus imbuimur. lib.1.de nat.facul.

conſuetudo ac tempus ad effectuum motus plurimum poſſe videtur. lib.5. de plac.Hip.& Pla.

Plut. conſuetudo eſt, quæ diuturna permanet, & ſi quis proprias, familiareſque ex conſuetudinę virtutes agat, is nullo modo aberrare poſſe videtur. De lib. educ.

conſuetudo tantum abeſt, vt præter naturam ſit, vt ipſa velut in naturam quodã modo tranſeat. *De tuen. val.*

De Cõtęplatione.

Plato. Vita contemplatiua eſt omnium diuiniſſima. In Phil.

Solus homo ex omnibus animantibus antropos eſt nuncupatus, quaſi anatron contemplans quę opope, id eſt, vidit. In Crat.

Ariſt. Homines ſecundum contemplationē felices exiſtunt.10.Eth.

Hominem incolumem eſſe oportet, vt contemplationi operam nauare poſſit.ib.

Qui magis deditus eſt contemplationi magis

magis eſt felix. ibidem.

Actio fit contemplationis gratia, quare agentium finis eſt contemplatio. En. 3. *Plot.*

Ad ſuperiora confugiendum eſt, ne in ſenſualē ſpeciem delabamur, ſimulachris videlicet ſenſualibus obſequi, ne ue in vegetalem vitam precipitemur, mancipati libidini generandi, & irretiti ſuauitate ſaporum; ſed ad intellectuale, ad intellectum, & ad Deum totis viribus aſſurgendum eſt. ib.

Omnia contemplationem conſequuntur, quatenus naturalis cuiuſque habitus capere poteſt, alia verò aliter contemplantur, & conſequuntur, & alia re vera, alia vero per imitationem, imaginemque attingunt. ib.

Omnia ex contemplatione, contemplationeſque ſunt, tum vere exiſtentia, tum ex his genita, his videlicet contemplantibus ipſa facta iam contemplamina vel ſēſui, vel cognitioni, vel opinioni paſſim ſe offerentia. ib.

Sobrietate, ſolitudine, ſeparatione mētis a corpore, ac diuinorum contemplatione homines preparantur ad Deum, De miſt. Egypt. *Iamb.*

Oportet in anima excolenda, ſublatis impedimentis, ipſam rerum contemplationi applicare. De An. & dem. *Pro.*

Animę cælitus venientes, & rectiſſime educatę vitam contemplatiuam eligunt. ibidem.

Porph. Abſtinere ſe animalibus pręcipimus non autem omnibus, ſed diuina contemplaturis, qui quidem huius habitaculi ven eficia intelligunt. De Abſt. an.

Merc. Arduum eſt, conſueta, ac pręſentia relinquere, & ſe ad ſuperiora, & potiora conuertere. illa enim, quæ oculis cernimus, nimium nos delectant, quæ latent, diffidentiam pariunt. In Pim.

Phyth. Sæpe & contemplari eſt opus virtutis, & id in primis mortalibus eſt eligendum.

Actus contemplandi eſt omnium iucũdiſſimus.

Aug. Vita contemplatiua eſt excellentior actiua. 14. de Ciu. Dei.

Sen. Animus in hoc triſti, & obſcuro domicilio clauſus, quoties poteſt, apertũ petit, & in rerum contemplatione conquieſcit. Epiſt.

Vir magnus ac prudens animum de ducit a corpore, & multum cum meliori, ac diuina parte verſatur, cum hac quærula, ac frigili, quantum neceſſe eſt. Epiſt. 79.

Cogitatio noſtra cæli munimenta per rumpit, nec eſt contenta ſcire, quod oſtẽditur. De vita be.

Alcin. Qui veritatis eſt cupidus, ad rerum diuinarum contemplationem mentem conuertit, & corporis voluptates contemnit. De phant. & intel.

Cum duæ ſint vitę, contemplatiua, & actiua, contemplatiua in veritatis cognitione conſiſtit, actiua vera in eorum actione,

ne, quæ ratio dictat. ibidem.

Contemplatio eſt operatio mentis diuinæ intelligentis; actio vero eſt animæ rationalis operatio per corpus expleta. ib.

Cum homo pluribus ex partibus conſtet, ea, quæ contemplationi eſt aſſignata, quia, cæteris præſtat integram pene hominis naturam complectitur, & per eam homo maxime exiſtit. Quamobrem & illius actio nobis maxime conuenit, & incredibilem continet voluptatem. Quæ enim natura ſunt cognatiora, maiorem quippe delectationem afferre ſolent. lib. De volup. *Marſ.*

Quanto oculus præſtat manibus, ratio ſenſibus, anima corpori, finis omnibus quæ diriguntur ad finem, ſtatus motui, æternitas tempori, tanto vita contemplatiua actiuę præſtare videtur. In Plat.

Nefas eſt, animas rationales ad contemplationem abſolutam naturaliter inſtitutas diutius illa carere In Plot.

Qui in contemplatione verſatur, liber eſt, qui vero corpus, & externa curioſe colit, corpori, hominibus, & fortunæ ſeruit. ibid.

Sobrietas, & contemplatio Deo mentem coniungit. In Porph.

Homini vtrumq; eſt a natura inſitum, vt & agat, & mente perſpiciat, atque ita quidem inſitum, vt alterum alterius auxilio indigeat. lib. 1. de prud. *Ioan. Pont.*

Vt ex vitæ communitate ac ſenſuum

quædam quaſi familiaritas exiſtit homini cum belluis, ſic e cæleſtium cognitione, ac diuinarum maxime rerum quædam etiã emanat cum cælo, cælitibuſque communitas, quodque vix auſim dicere, agnatio. ibidem.

Vt contemplantis hominis vita eſt præſtantior ob cęlitum ſimilitudinem; ſic et virtus, ipſaque mentis effectio, hoc eſt contemplatio, eſt etiam præſtantior. ib.

De Continentia & incontinentia.

Plato. Pauci admodum natura homines, & hi quidem optima educatione præditi quando egeſtate, aut aliqua rerum cupiditate afficiuntur, ita ſe continere poſsũt, vt moderate ſe gerant. 6. de leg.

Ariſt. Continens eſt ille, qui cum cognouerit, cupiditates pernicioſas eſſe, ab illis ſe abſtinet. 7. Eth.

Continẽs rationi obtemperat, incontinens vero ab ea ſe alienat. ib.

Continens minime delectatur præter naturam. ib.

Continentes, & incontinentes in doloribus; ac voluptatibus verſantur. ib.

Ea incontinentia turpior eſt, quæ a libidine proficiſcitur. ib.

Continentia, & incontinentia in iiſdẽ ver-

verſatur, in quibus temperantia, & intẽperantia. ibidem.

Continentes dicuntur circa honores, lucrum, iram, & cupiditatem. 7. Eth. cõ. 12. *Auer.*

Continens propter libidinem, ac voluptatem non mutat ſententiã. eo. lib. cõ. 13.

Mira ſanè eſt vis continentiæ tum ad conſtituendum conſentaneum, & conſtãtem animi habitum, tum ad conciliandã ſocietatis coniunctionem. Hæc docet rectè vti animi imperio & corporis ſeruitio non indecore: hinc optima morum inſtituta naſcuntur, hinc voluptatum moderatio, & frena cupiditatum. *Pyth.*

Qui continentiam diligit, remouet ſuperflua, & deſiderio modum imponit. De quatuor virt. *Sen.*

Si continens fueris, eouſque peruenies, vt te ipſo contentus ſis. Nam qui ſibi ipſi ſatis eſt, natus eſt in diuitijs. ib.

Si continentiam diliges, turpia fugies, priuſquam accidant, nec quemquam aliũ magis vereberis quàm te. ib.

Si es continens, animi tui motus, corporiſque obſerua ne ſint indecori. ib.

Non diudicaremus continentiam a tẽperantia, & incontinentiam ab intemperantia circa voluptates, & cupiditates, ſi eadem eſſet animi vis, qua appetimus, & iudicamus. Ea dicitur temperantia, vbi partem concupiſcentem veluti pecus placidum, & obſequens ratio gubernat, ac *Plat.*

tractat ſibi in appetendo obedientem. Cõtinentia vero eſt illa, vbi obtinet quidẽ ratio, & imperat concupiſcentiæ, tamen non ſine moleſtia, aut vltro obtemperãti, ſed reluctanti, & oblique incedentem verbere quaſi ac freno cogit, & compeſcit, animo pleno certaminum ac perturbationum. De virt. mor.

Gal. Ille, cuius ratio affectibus reluctando ſuperior euadit, eſt, & dicitur continens tum ſui; tum ſuorum affectuum. Sin autem cupiditas ſuperuenerit, appellationem huic contrariam ſortitus, incontinẽs nominatur. lib. 4. de plac. Hip. & Pla.

Hodie continentius viuendum eſt, quã heri. De cog. & cur. an af.

Ioan. Picus. Sic a natura conſtitutus eſt homo, vt ratio ſenſibus dominaretur, frenareturque illius lege omnis tum irę, tum libidinis furor, & appetentia. In Hept.

Ioan. Pont. Qui vehementius irati excandeſcunt, aut de re amplianda, magiſtratuque fungendo adeo ſoliciti ſunt, vt victi cupiditatibus moderationis, honeſtatiique metas per tranſcant, hos incontinentes vocamus. lib. 1. de Obed.

Vt ſimus continentes, voluptates cohibendę ſunt, doloreſque ſuperandi in primis excutienda eſt mollities. ib.

Tum maxime ſeruanda erit continentia, cum quicquid libuerit, licuerit: cohibendus erit animus, ne efferatur, ne inſoleſcat, ne obliuiſcatur ſui ipſius, atq;

ita inſtituendus, vt ſe e libertate in ſeruitutem, e diuitijs in paupertatem, & ex alto, atque illuſtri loco in infima, obſcuraque deici aliquãdo cogitet. lib. De princi.

De Conuiuio.

Conuiuium eſt oblectatio inter pocula, ob gratiam in amicitiam deſinens. 1. *Symp.* *Plut.*

Si in conuiuio ſint plures literati, concedemus ijs ſermones philoſophicos, vt non minus muſis quam nimphis Baccum diluant. ib.

Exiſtimo quoddam conuiuijs accomodatum eſſe narrationum genus, quarum alias hiſtoria ſuggerit, alias e rebus occurrentibus ſumere licet, multa philoſophicæ doctrinæ exempla, multa pietatis, quibus ſi quis apud nec opinantes quicquã tale vtatˉ, is bibẽtes tamquã pedagogꝰ moderãs non minima ebrietatis mala intercluſerit. ib.

Vt vini, ita orationis quoq; ad omnes cõuiuas pertinẽs eſſe debet cõmunitas. ibi.

Sumptus, qui fit in conuiuio, ſi ordo abſit, nihil habet iucundum, nihil liberale. ibid.

Abſurdum eſt, ſi quis pro conuiuatore ſe iudicem conſtituat, ac diſceptare velit, nemine ei iudicium deferente, aut cauſam dicente, quis quo ſit melior, aut

deterior, cum conuiuę non ad certamẽ, ſed ad cęnam venerint.ib.

Multo magis animi perturbationes ex animo eluere oportet iu conuiuio, quam cænum a pedibus detergere, vt poſſimus & facile, & comiter cum alijs verſari.ib.

Illud ſanè nemo ignorat, magiſtrum conuiuij omnibus conuiuis amicum eſſe debere, atque acceptum; cum nullo ſimultates, & inimicitias exercere alioquin neque imperando tolerabilis, neque diſtribuendo æqualitatis obſeruans, neque colludendo inculpabilis erit.ib.

Conuiuij princeps merito præmium & honorem detulerit ei, qui iocũ contumeliæ purum, & obleƈtationem vtilem, riſumque non momi & iniuriarum, ſed gratiæ & comitatis ſocium in conuiuium introduxerit.ib.

Interrogationes fieri debent in conuiuio de his rebus, de qnibus in promptu ſit reſponſum, hoc eſt quarum ſit peritus, qui interrogatur. Nam de ignotis interrogari, cum non habet, quod reſpondeat, ęgre fert, tamquam id poſtulatus, quod dare non poſſit, aut demoſtrationes, argumentaque proferens parum firma perturbatur, & hęret.2.Symp.

Cauendæ ſunt in cõuiuio interrogationes de calamitatibus.ægro quidem animo narrantur damnationes ſui, filiorum mortes, aut parum fælices terra, marique negociationes.ib.

Qui

Qui voluptatem malunt quam moleſtiam in conuiuio offerre, huiuſmodi proponunt quęſtiones, quarum reſponſa nō vituperatio, ſed laus, non odium, aut inuidia, ſed beneuolentia, & gratia auditorum comitetur. ib.

Salibus qui nequit caute, artificioſe, ac tempeſtiue vti in conuiuio, omnino ijs abſtineat cenſeo. Sicut enim in lubrico etiam ij ſubuertunt, qui tantum in tranſcurſu attingunt, ita in vino quæuis oratio non ſatis commoda nobis occaſionem peccandi præbet. ib.

Conuiua non obſonij modo, vini, bellariorum, ſed & ſermonis, ioci, & comitatis in beneuolentiam deſinētis particeps futurus venit. 4. Symp.

In conuiuijs vrbani, atque belli homines ſtatim a cena ad colloquium, veluti ſecundas menſas, ſe conferentes, ijſque inuicem oblectantes, vnde ne tantillum quidem voluptatis in corpus redit, teſtatur, ſuum eſſe peculiarem penum animi voluptates, eique proprias, alienas reliquas omnes, quæ corporis contagio percipiuntur. 5. Symp.

Conuiuij magnitudo iuſta eſt, quamdiu conuiuium manere poteſt, vbi ob conuiuarum multitudinem modum excedit, vt iam compellationes, mutua comitas, & notitia excludantur, ne conuiuium quidem eſt. Oportet enim non vt in exercitu internuncijs, aut in triremi iuſſa guberna-

bernatoris renunciantibus vti, ſed vnumquemque pro ſe cum alijs colloqui, cum conuiuium in morem Chori perſonam imam ita collocare debeat, vt ſummam exaudire poſsit. Igitur non in cœnando dumtaxat, ſed & in vocando ad conuiuiũ, opus eſt moderatione. ibi.

Quamuis loci, apparatusque ſit ſatis; tamen vitanda eſt conuiuarum multitudo quę communionem ſermonis, & compellationum è conuiuio tollit: cum tolerabilius ſit vini, quam loquendi communionem a cena abeſſe. ib.

Sermonis ſocietatem tollunt, qui multos in vnam cœnam ingerunt: imo id efficiunt, vt perpauci inter ſe colloquantur. ib.

Qui raro admodum conuiuia faciunt, ijs neceſſitas incumbit, vnumquemque familiarium in numerum conuiuarum cooptandi, qui frequentius ternos, aut quaternos vocando, conuiuia, nauium inſtar, quibus amnes traijciuntur, laxa, & leuia reddunt. ib.

Vt ad deliberationem prudentes, ad cauſam dicendam diſertos, ad peregrinationem, quibus victus eſt expeditus, & ocium; ita ad conuiuia idonei ſunt adhibendi. ib.

In conuiuia illi maxime ſunt conuocandi, qui inter ſe beneuolẽtia cõiũcti ſunt. Nam diuinus quidem eſt amicorum chorus beneuole diſtributus in conuiuijs. ibi.

Cænę, & menſæ condimentum re vera diuiniſsimum eſt amicus præſens, familiaris ve, aut notus homo; non quod vnà edat & bibat, ſed propter commune colloquium, modo aliquid ſit in vltro citroque dictis operę precium. multis enim inanis inter pocula loquacitas prauos animi motus inijcit, atque peruertit. Itaque in rem eſt, non minus ſermones quam amicos probare, quos ad cœnā adhibeas. 7. Symp.

Non obſonium, non vinum, non vnguentum tantam affert voluptatem, quàtam vna accumbēs amicus, gratuſque cōuiua. ib.

Neque nauigare, neque habitare, neq; in foro verſari, quibus cum nolis, ita moleſtum eſt, vt vna cum quibus nolis, in conuiuio adeſſe: contrarium vero iucundiſſimum. eſt enim conuiuium communio ſeriorum, iocorum, actionum, & ſermonum. Itaque non quiuis id frequentare debent, ſed amicitia inter ſe deuincti, & familiares, vt hoc ſnauiter fiat. ib.

Cibos quidem coqui diuerſorum ſaporum apparant, auſteros, pingues, dulces, acreſque interſe permiſcentes, conuiuium autem bonum eſſe nequit, & gratioſum, in quod homines diuerſarum gētium, & affectionum coniecti ſunt. ib.

Oportet vocatū non minus conuiuiū præbenti, quam hunc vocato iucundum eſſe; quod fiet, ſi non modo ſe, ſed & quos

quos ſecum ducit, commodos, conſeſq; præſtet.ib.

Ad hominis omnino ignoti conuiuiũ accedere, & quocum nulla tibi vnquam fuit familiaritas, abſurdum eſt: niſi quis ſit virtute præſtans, qui amoris, & amicitiæ hoc ſtatuat initium.ib.

Qui philoſophiam e conuiuijs eiciunt, peius agunt, quam qui lumen inde tollũt. Nam lucerna ſublata, modeſti, ac pudici homines nihilo fient deteriores, quippe qui pluris faciant, mutuo ſe reuereri, quã inuicem videri. At vbi inſcitia, & bonarum artium imperitia ad vinum accedũt, iam ne aurea quidem illa Mineruæ lucerna modeſtum, gratioſumque efficiet conuiuium. 8. Symp.

Qui ſermonem in conuiuio reliquit, ordinem, & vtilitatem colloquij inde excludens, multo eſt ineptior, quam ſi quis velit conuiuas ſemper edere, & bibere, vinum autem ijs merum infundat, cibumque inconditum, & immundũ apponat.ib.

Nullus quippe cibus, nullus potus nõ, quo conuenit, modo apparatus ita in ſua uis, ita noxius eſt, vt ſermo intempeſtiue, & ſtulte in conuiuio circumvagatus. ibidem.

Marſ. Legitimum conuiuium dat corpori vires, humores reficit, animum relaxat, ſenſibus letitiam affert, rationemque nutrit, & ſuſcitat.lib. 3. Epiſt.

Conuiuium eſt laborum quies, curarũ

inter

intermiſſio, nutrimentum ingenij, amoris argumentum, ac magnificentiæ. hoc alit amorem, condit amicitiam, gratiam, vitęque ſolatium conſeruat. ibi.

Non cibi, ac potus, ſed iucundę vitę cõiunctionis gratia conuiuium fieri debet: vt quemadmodum communi corporis cibo veſcimur, ita eodem vitæ, mentis, communiſque voluntatis bono fruamur. ibidem.

Conuiuarum numerus non minor quã gratiarum, nec maior quam muſarum numerus eſſe debet. & ex hoc etiam facile intelligitur, quales conuiuæ eſſe debẽt, grati ſcilicet, iucundi, ac docti. Reijciendi ſunt igitur a conuiuio contentioſi, iracundi, & qui atra bile laborant. ib.

Quemadmodum vitæ, ita & conuiuij venenum eſt mæſtitia. ib.

Quemadmodum conuiuium nimis tenue non eſt laudandum; ita nimis lautũ, & nimio luxu apparatum, reprẽhenſione minime caret. id eſt enim, vna potius mori quam vna viuere. ib.

Vt fugere conuictum, vitioſum eſt, cũ non ſolum natura, verum etiam amicitia hanc vitæ, cenarumque conſuetudinẽ poſtulet; ſic omnem vitam in epularum apparatibus exerere, in iiſque rem familiarem profundere, ſummopere reprehẽdendum eſt. li. de conu. *Ioan. Pont.*

Ornabit, & vt ita dixerim, hilarabitq; cenam vultus placidus, & ſermones admo-

dum familiares ac iucundi, quales eiuſmodi menſa exigere ſolet. ibid.

Conſuetudini ſatisfaciendum eſt in cõuiuijs cohibendis, & is ſplendor retinendus, vt aut ſimus alijs ſuperiores, aut ſaltem pares. Quod enim multi, & ferè omnes faciunt, annitendum eſt, vt pro facultatibus, dignitateq; cum laude, & decore fiat. ib.

Cum ſolius ſplendoris gratia conuiuia parantur, tunc non modo remittendum, aut omittendum nihil eſt, verùm etiam habenę ipſę liberius laxandę ſunt, neque paſsibus, vt dici ſolet, plenioribus accedendum, ſed currendum potius. ib.

A conuiuio non modo dicta, ſed etiam geſtus, qui triſtitiam, aut perturbationem aliquam afferre poſsint, abeſſe debent. ib.

Cum ad conuiuium vocati fuerint homines indigni, præſerti frequentius, abſq; infamiæ nota fieri vix poteſt. Arguitur enim morum ſimilitudo, & eorumdem vitiorum ſtudium. ib.

De Corpore & ſenſibus.

Plato. Qui corpus curat, rem ſuam, non ſe ipſum curat: cui vero pecuniæ curę ſunt, is nec ſe, nec ſua curat, ſed quę procul ſunt. In Alcib.

Cor-

Corpus hoc ſoma nuncupatur quaſi ſima, hoc eſt animę ſepulchrum. In Crat.

Nos quidem nunc mortui ſumus, corpuſque noſtrum nobis eſt ſepulchrum. In Gorg.

Donec corpus habemus, & animus noſter tanto malo erit admixtus, nunquam quod optamus cõſequemur: corpus enim prębet innumerabilia impedimenta, propter neceſſarium ipſius alimentum. Præterea morbi ex eo nobis incidentes veritatis inueſtigationem impediunt. Nos implet amoribus, cupiditatibus, timoribus, plurimis imaginibus, multis denique nugis, vt veriſsime dicatur, nihil penſi, ac veri vnquam nobis afferre. Nam ad bella, ad ſeditiones, ad pugnas, nihil aliud quam corpus, eiuſque cupiditas impellit. In Phedone.

Si quid ocij ab ipſo corpore nobis contingit, noſque ad aliquid conſiderandum conferimus, nobis inueſtigantibus ubiq; ſe ſe opponens, uultu quodam perturbat animum, & quaſi percutiens reddit attonitum, adeo quod hoc obſtaculo impediti, verum perſpicere nequeamus. ib.

Si quando optamus aliquid pure intelligere, recedere oportet à corpore, & animo ipſo res ipſas conſiderare. ib.

Cognoſcunt profecto viri ſcientiæ cupidi, quemadmodum eorum animam ſuſcipiunt re vera ligatam in corpore, atq; implicitam, & ea per ipſum quaſi per car

cerem

cerem quendam res conſiderare cogitur, cumque per ſe ipſam id non faciat, omni prorſus inſcitia inuoluitur.ib.

Ea eſt natura corporis, vt importuna caloris, vel frigoris, & aliarum rerum nimis vehementium acceſſione lædatur; & in morbos, ſeniumque impulſum deficiat. In Tim.

Corpus bene affectum non facit ſua virtute animum bonum: ſed contra, bene affectus animus ſua virtute corpus, quo ad fieri poteſt, optimum reddit. 3. de Rep.

Plot. Corpus eſt animæ inſtrumentum. Enne. 1.

Corpus cum ſit compoſitum, tum ratione demonſtratur, perpetuo permanere non poſſe, tum ſenſu deprehenditur prorſus diſſolui, ac diſſipari, cum quodlibet eorum, quæ in eo, ſũt reuertatur a ſuũ & aliud interimat, aliud commutetque in aliud, atque diſperdat. En. 4.

Si corpus noſtrum eſt inſtrumentum, ipſum ad tempus tale nobis natura tributum eſſe oportet. ib.

Ex corporis contagio moleſtiæ, paſſionum detrimenta, & intelligentiarum impedimentum pullulat. De myſt. Egipt.

Porph. Corpus eſt animi vinculum. ib.

Corpus pinguefactum cogit animam eſurire, augetque mortale, expellens, & impediens vitam nobis ęternam. lib. de Abſt.

Vtinam abſque cibo pęnitus vitam age re

re poſſemus, ut corporis effluxum cohibentes optimis rebus ſtatim coniungeremur. ibidem.

Amor corporis eſt mortis cauſſa. In *Merc.* Pim.

Lætifera ſunt ſenſuum lenocinia. ib.

Niſi quis corpus ſuum oderit, ſe ipſũ amare non poterit. ib.

Corpus eſt indumentum inſcitiæ, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viua mors, ſenſitiuum cadauer, ſepulchrum circumque ſtile, domeſticus denique fur; qui dum blãditur, odit, dum odit, inuidet. Huiuſmodi eſt, quod circũgerimus vmbraculum inimicum. Ad ſe ipſum nos deorſum raptat, ne veritatis decorem inſpiciamus, aciem interiorum ſenſuum hebetat, & obtundit, illa craſſa materia ſuffocat, abominabili inebriat voluptate, ne vnquam audiamus, ne ue perſpiciamus ea, quę iure & audienda ſunt, & in primis inſpicienda. ib.

Duodecim ſunt in homine vltrices, ignorantia, triſtitia, inconſtantia, cupiditas, in iuſtitia, luxuria, deceptio, inuidia, fraus, ira, temeritas, vltima vero malitia. Sub ijs plures continentur, quæ per corporis carcerem incluſum intrinſecus hominem ſenſibus pati cogunt. ib.

Homo graui, & nimio corporis vitio retardatus naturæ rerum cauſſas, quę vere ſunt, videre non poteſt. In Aſcl.

Cor-

Corpus animam obtorto, vt aiunt, deti net collo, yt in parte ſui, quæ mortalis eſt, inhæreat, nec ſinit diuinitatis partẽ agnoſcere, cum malignitas immortalita ti inuideat. ib.

Pyth. Corpus mentem perturbat ne veritatẽ conſequi poſſit, ac ſapientiam. Donec igitur merſi erimus huiuſmodi cæno, nunquam ſatis poſſidemus quod optamus, ſcilicet veritatem.

Omnia mala oriuntur propter corpus, bella, ſeditiones, rixę, & ſi quando in ocio ad aliquid ſpeculandum nos conuer timus, corpus nos perturbat.

Aug. Corpus eſt vinculum noſtrum, & carcer noſter. De vtil. ieiun.

Qui de corpore cogitant ſunt ſimiles beſtijs. De temp ſerm. 56.

Qui proni ſunt ad terram, paſtum, & letitiam de ſolo corpore requirentes, beſtijs comparantur.

Fateor inſitam eſſe nobis noſtri corporis charitatem, fateor huius nos gerere tutelam, non nego indulgendum illi, ſer uiendum nego. multis enim ſeruiet, qui corpori ſeruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert. Epiſt. 14.

Sic nos gerere debemus, non tamquã propter corpus viuere debeamus, ſed tãquam non poſſimus ſine corpore. Huius nos nimius amor inquietat, ſolicitudinibus onerat contumelijs obijcit. ib.

Honeſtum eſt ei vile, cui corpus nimis cha-

charum eſt: agatur eius diligentisſima cura, ita tamen vt cum exiget ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum ſit in ignẽ. ibidem.

Natura hoc corpus vt quandam veſtẽ animum circumdedit, & eſt ipſius velamen. Epiſt. 93.

Nemo liber eſt, qui corpori ſeruit, nã vt alios dominos, quos nimia pro illo ſolicitudo inuenit, transeas, ipſius imperiũ moroſum eſt, ac delicatum. ib.

Hoc corpus non eſt domus, ſed hoſpitium, & quidem breue, quod relinquẽdum eſt, cum te hoſpiti grauem eſſe videas. Epiſt. 121.

Hęc quæ vides oſſa circundata neruis, obductam cutem, vultum, miniſtras manus, & cætera quibus inuoluti ſumus, ſunt animorum vincula, ac tenebrę. De conſol. ad Mar.

Corpuſculum hoc animi vinculum, & cuſtodia huc, atque illuc iactatur, in hoc ſupplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercẽtur. De conſol. ad Alb.

Nihil omnino nobis ab ipſo corpore ſæpe contingit, nec quicquam aliud preter bella, ſeditiones, pugnaſque corpus continet, & cupiditates, quæ ab ipſo oriuntur. In orat. cons. *Plut.*

Senſum nequaquã foris vagari oportet, veluti famulum abſque cuſtode; ſed cum ab animo dimittitur ad negocia, in illis verſari debet, celeriterque renunciare

quod

quod illi mandatum eſt, deinde rurſus intus apud rationem manere, & illi attendere. l. de Curios.

Marſ. corpus nobis eſt carcer, ac ſepulchrũ; ſenſus vero tanquam ſatellites quidam & inſidiatores, qui id potiſſimum curare, atque contendere videntur, vt in huius carceris tenebras nos altius mergant. lib. De Vol.

Nulla maior ſeruitus, nulla maior ſollicitudo excogitari poteſt quam illius, qui ſenſibus tanquam ſuis dominis, ac multis ſeruit. l. 4. epiſt,

Ioan. Pont. Vincẽda eſt ſenſuum mollities, adhibẽdusque in conſilium animus, & in acie ſtãdum aduerſus corporis mala: vt cum imperare animus debeat, ignauiter à corpore vinci, & tanquam in fugam verti, nullo modo patiamur. l. 2. de fortit.

De Dialectica.

Plato. Ille eſt dialecticus, qui interrogare, & reſpõdere non ignorat in. orat.

Magnę quælibet artes exercitatione dialectica, & contemplatione ſublimium in natura rerum indigent: ipſa enim mentis ſublimitas, et uis efficax inquauis re perficienda hinc quodammodo proficiſci videtur. in Phedro.

Studium prȩclarum eſt quando quis arte dialectica vtens animum nactus idoneum

neum ,ſermones cum ſcientia plantat, ac ſeminat qui , & ſibi ipſis , & latori ſuo opem ferre poſſunt , fructuſue producunt , & ſemina reddunt.ib.

Dialectica animi oculos cœno barbarico obrutos paulatim ſurſum trahit,ac du cit , vtens cęteris artibus tamquam adiutricibus & miniſtris. 7.de Rep.

*D*ialectica velut apex doctrinis omnibus præpoſita eſſe videtur , nec vlla doctri na eminentior reperitur , ſed in ea omniũ doctrinarum eſt finis. ib.

Dialectica ad tria eſt vtilis , ad exercitationes , ad obuiationes , & ad diſciplinã ſecundum philoſophiam. 1.Top. *Ariſt.*

Dialectica eſt inquiſitiua ad omnium methodorum principia viam habens.ib.

Logica eſt ars quædam vniuerſalis omnibus ſcientijs.2. meta.cõm.is. *Auer.*

Dialectica eſt habitus , qui ratione de vnoquoque dicere poteſt , quod ſit vnum quodque , quo ab alijs differat,quo ue cõ veniat.Enne.1. *Plot.*

Dialectica videtur eſſe pars præſtantiſſima philoſophię. ib.

Deus optimus maximus proculdubio dialecticam demõſtrauit , eamque mortalibus donauit. *Pyth.*

Omnes homines dialecticam vſurpant, eam facultatem aliqua ex parte ab incunabulis tenentes , quamquã aliqui magis, aliqui minus eam calleant . Itaque *D*eorũ immortalium munus nefas eſt pro ijcere,

imo omni ſtudio, arte, induſtria, & exercitatione, omnibus denique viribus cõfirmandum, & quo maxime fieri poteſt, augendum cenſeo.

Non eſt vlla pars philoſophię, quam quiſque abſque dialecticæ beneficio aſſequi poſſit.

Fieri minime poteſt, vt verbum vllum aut demus, aut accipiamus rite, ac decore, niſi eam ſcientiam, quæ de ratiocinãdo, ac de ſermone diſſerit, teneamus.

Aug. Dialectica eſt vtilis ad iudicandum. lib. 2. de doctr. Chriſt.

Plura didici a dialectia, quam a quauis parte philoſophiæ. lib. 3. cont. Acad.

Dialectica eſt ſcientia veritatis. ib.

Lact. Logica eſt tertia pars philoſophiæ, in qua omnis dialectica, & omnis loquendi ratio continetur. lib. 2. de fal. rel.

Incredibilis eſt vis argumentandi, diſſerendique vtilitas De Op. Dei.

Alcin. Ad dialecticam pertinet etiam recte nominibus vti. De phant. & intel.

Dialecticus eorum naturas intelligit, quæ ſub nominibus latent. ib.

De Diuitijs & paupertate.

Plato. Diuitiæ nullum ſplendorem afferunt eas cum ignauia poſſidenti. In Phed.

Quem-

Quemadmodum poëtę ſua poemata, & parentes ſuos filios diligunt, ita qui pecunias acquirunt, illis tamquam operi ſuo ſtudent, non ad vſum, & neceſſitatem vt alij. ex quo difficilis eſt eorum familiaritas, cum nihil aliud præter diuitias laudare velint. 1. de Rep.

Ita diuitiæ, & virtutes inter ſe diſcrepant, vt quaſi vtræque in lanceſtaterę poſitæ ſemper in contrariam partem declinent. Quando igitur in ciuitate diuitiæ, & diuites honorantur, virtutes bonique viri deſpiciuntur, omneſque ad ea ſtudia inflammantur, & in illis verſantur quę ſunt in honore. 8. de rep.

Fieri minime poteſt, vt in ciuitate, diuitiæ honorentur, ac temperantia retineatur. ib.

Diuitię cecæ non ſunt, ſed acute cernunt, ſi prudentiam ſequuntur. 1. de leg.

Si pecuniarum, prædiorum, & cenſus poſſeſſio excedit, & priuatim, & in ciuitatibus inimicitias, ſeditioneſque parit, ſi deficit, vt plurimum ſeruitutem. Nemo igitur liberorũ gratiam pecunijs cumulandis incumbat, vt eos ditiſſimos relinquat, id enim neque ipſis neque ciuitatibus eſt vtile. 5. de leg.

Exiſtimandum eſt paupertatem non in diuitiarum diminutione, ſed in inſatiabili acquirendi cupiditate conſiſtere. ib.

Nemo poteſt diuitijs, & bonitate præſtare. ib.

Optime ſane, ac pulcherrime viuere-mus, ſi vera ſententia de diuitijs vbique prędicaretur. Ea eſt, corporis gratia diui tias eſſe, corpus autem animi gratia. Quare cum ea bona ſint, quorum cauſſa diuitiæ ſunt poſſidendę, tertium gradum poſt virtutem animi, corporiſque tenebunt. 9 de leg.

Hoc ratio nos tamquam magiſtra docebit, hominem, qui felix futurus ſit, non quomodocunque diuitias quęrere, ſed cum iuſtitia ac temperantia. ib.

Ariſt. Homines eas diuitias magis diligunt, quas ipſi adepti ſunt, quam illas, quas ab alijs acceperunt. 9. Eth.

Diuitiarum nullus eſt finis. 1. Pol.

Pecunię cupiditas eſt præter naturam. In Proem. 1. Phis.

Pyth. Non ex pecunijs virtus, ſed ex virtute pecuniæ, & bona omnia hominibus, & priuatim, & publice proficiſcuntur.

Aug. Diuites cupiditatibus diſſipantur, timoribus cruciantur, ac triſtitia contabeſcũt. In Pſal. 29.

Nihil proſunt diuitiæ exteriores, ſi interior premit ægeſtas. In Pſal. 52.

Nemo tibi inuito diuitias interiores eripere poteſt. In Pſal. 55.

Diuites ſunt inimici veritatem dicentibus. In Pſal. 59.

Ille aurum habet, qui nouit vti auro, qui autem neſcit vti, habetur, non habet, poſſidetur non poſſidet. In Pſal. 123.

Non

*N*on ſolum pauper eſt, qui pecuniam non habet, ſed quiſque in eo eſt pauper, quo indiget. In Pſal. 125.

*D*ifficile eſt, quin diuites plures errores committant. In *P*ſal. 132.

*D*iuitiæ cum acquiruntur, falſam lętitiam tribuunt, cum amittuntur vera triſtitia afficiunt. De Sanctis ſerm. 3.

Cum pecuniæ incremento cupiditatis rabies augetur. De Sanctis ſerm. 10.

*D*iuitiæ, quæ deliciarum plenę putantur, ſunt plenæ periculorum. De temp. ſerm. 50.

Pauper eſt, qui quamuis ditiſſimus non imponit finē cupiditati. De tēp ſerm. 110.

Diuites volunt habere ſeruos fideles, ipſi vero nolunt eſſe fideles Deo. *D*e tem. ſerm. 212.

Diuitiæ ſuperbiam generant, ipſaq; ſuperbia eſt diuitiarū vermis. In Euāg. Math.

Pauperes, & diuites in hac vita ſunt ſicut vacui, & onerati in uia. ibid.

Pauperum patrimonium eſt ſanitas. Homil. 34.

*D*iuitię virtutibus inſidias parant. lib. 1 contra Acad.

Diuitiæ ſine virtutibus nocent diuitibus. 18. de Ciu. Dei.

Læta paupertas honeſta res eſt, illa vero non eſt paupertas, ſi læta eſt. Epiſt. 2. *Sen.*

Is, cui paupertas bene conuenit, diues eſt non enim qui parum habet, ſed qui plus cupit, eſt pauper. ib.

Magnæ diuitiæ ſunt lege naturæ bene compoſita paupertas. Epiſt. 4.

Facile paratur, quod natura deſiderat, ad ſuperuacanea ſudatur ibi.

Nudum latro dimittit, etiam in obſeſſa uia pax eſt pauperi. Epiſt. 14.

Si ad naturam viues nunquam eris pauper, ſi ad opinionem nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat, opinio inmēſum. Epiſt. 16.

Si uis vacare animo, aut pauper ſis oportet, aut pauperi ſimilis. Epiſt. 17.

Quemadmodum nihil differt, vtrum ęgrum in lecto ligneo, vel aureo collocces, vbicunq; eum collocaueris, eo ſuum morbum ſecū transferet, ita nihil refert, vtrū animus æger in diuitiis, aut paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur. Epiſt. 18.

Nemo Deo dignus, niſi qui opes contempſit, quarum poſſeſſionem tibi non interdico, ſed efficere volo, vt illas intrepide poſſideas, quod uno conſequeris modo, ſi etiam ſine illis te beate victurum tibi perſuaſeris, ſi illas tamquam exituras ſemper aſpexeris. Epiſt. 18.

Magnus eſt ille, qui in diuitiis eſt pauper, ſed ſecurior, qui diuitiis caret. Epiſtola. 20.

Nemo naſcitur diues, quiſquis exit in lucem, ei iuſſum eſt, vt lacte, & panno ſit contentus. ibi.

Si vis diues eſſe, non pecunię adiicien-

dum eſt,ſed cupiditati detrahendũ. Epiſtola.21.

Panem & aquam natura deſiderat, nemo in his eſt pauper, intra quę quisquis ſuum deſiderium clauſit, cum ipſo Ioue de felicitate contendit. Epiſt.25.

Aliquis omnia contemnere poteſt, omnia habere nemo poteſt. breuiſſima eſt uia ad diuitias per contemptum diuitiarum. Epiſt.63.

Si vis ſcire nihil mali eſſe in paupertate, compara inter ſe pauperum, & diuitum vultus, ſępius pauper, & fidelius ridet nulla ſolicitudo in alto eſt, & ſi qua incidit cura, velut leuis nubes tranſit. Horum autem, qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt, aut grauis triſtitia, & quidem grauior, quia interdum non licet, palam eſſe miſeros, ſed in erumnis cor ipſum exedentibus neceſſe eſt, agere felicem. Epiſt. 81.

Abſtrhaunt a recto diuitiæ, potentia, & cætera, quę noſtra opinione chara ſunt, & ſuo pretio uilia. Epiſt. 82.

Dum diuitias cõſequi uolumus, in multa mala incidimus. Epiſt.88.

Diuitiæ inflant animos, ſuperbiam pariunt, inuidiam contrhaunt, & ita mentem alienant, vt fama pecuniæ etiam nocitura nos delectet. ibi.

Illę eſt locuples, qui ſuæ paupertati ſe accommodat, & paruo ſe diuitem facit. Epiſt.109.

Turpe eſt, beatam vitam in argento &

auro reponere. Epiſt.111.

Eo omnes redacti ſunt, vt paupertas maledicto, probroq; ſit contempta diuitibus, pauperibus inuiſa. Epiſt.116.

Qui multum habet, plus cupit, quod eſt argumentum, illum non dum ſatis habere, qui ſatis habet. Epiſt.120.

Nũquam eſt parum, quod ſatis eſt. ibi.

Qui ſe ad id compoſuit, quod natura exigit, non modo non ſentit paupertatẽ, ſed neque timet. ibi.

Nulli poteſt ſecura vita contingere, qui de re producenda nimium cogitat, De paup.

Circa pecuniam plurimum vociferationis eſt, hęc fora fatigat, patres liberoſque committit, venena miſcet, gladios tam percuſſoribus quam legionibus tradit, hęc eſt noſtro ſanguine delibuta, propter hãc vxorum maritorumq; noctes ſtrepunt litibus, ac turba magiſtratuum tribunalia premit, reges ſeruiunt, rapiunt, & ciuitates longo ſeculorum labore conſtructas euertunt, vt aurum argentum in vrbium cinere ſcrutentur. lib.3. de ira.

Diuitiæ non ſunt bonę, nam ſi bonę eſſent, bonos facerent. Non poteſt bonum appellari, quod apud malos deprehenditur. *De* vita bea.

Diuitiæ apud ſapientem ſeruiunt, apud ſtultum imperant. ibi.

Optimus pecuniæ modus eſt, qui neq; cadit in paupertatem, neque procul a pau

pertate

pertate diſcedit. *De* tranquil.

Non eſt,quod ſuſpiciamus tamquam inter noſtra poſiti, mutuo accepimus, vſuſfructus noſter eſt, cuius tempora ille arbiter ſui muneris temperat. *De* conſol. ad Mar.

Qui ſe continebit intra naturalem modum, paupertatem non ſentiet,qui naturalem modum excedit, eum in ſummis etiam opibus paupertas ſequetur. Rebus neceſſarijs minima ſufficiunt, ſuperuacaneis autem nec regna.De conſol.ad Alb.

Omnia iſta, quę imperita ingenia,& ſuis corporibus nimis addicta ſuſpiciunt,ſcilicet lapides,aurum, & argentum terrena ſunt pondera, quæ ſincerus animus,& ſuę naturæ memor, amare non poteſt.ibi.

Lætiores ſunt pauperes quam diuites, quia eorum animus in pauciora diſtrahitur, ibi.

Mihi crede,nemo poteſt eſſe diues &fælix.De mor.

Diuitem eſſe,non eſt diuitias contemnere, neque immodicas opes poſſidere, ſed ſuperuacaneis non indigere. *De* cup. diui. *Plut*,

Nemo eſt pauper earum rerum, quæ naturę ſufficiunt.ibi.

Inopes & cæcas diuitias fore putamus, ſi tamquam in tragedia teſtes non habēt ſpectatores.ibi.

Aliqui opinantur, diuitias eſſe ſummũ bonum, hic error venenatus eſt,animam

ipſo bonas efficit. In Char.

Non poteſt eſſe pauper, qui ſecundum naturam viuit. ibi.

De Doctrina ac ſcientia

Plato. ALiarum omnium ſcientiarum poſſeſſio, niſi quis optimi ſcientiam nactus fuerit, raro quidem prodeſt, obeſt autem plerumque illi, qui eſt huiuſmodi ſcientiis præditus. In Alcib. 2.

Nullum eſt bonum, quod ſcientia non complectatur. In Menone.

Qui vera opinione ac ſcientia præditus eſt, aliis verè dux eſſe poteſt. ibi.

Omnis ſcientia ea pro viribus vitat, que praua ſunt, apta vero & vtilia captat. In Pol.

Multo grauius periculum eſt in diſciplinis quam in cibis emendis. etenim qui eſculenta vel poculenta emit, poteſt, ante quam his veſcatur, illa domum deferre, ibique depoſita diligenter examinare, & aliquo iſtarum rerum perito aduocato, quid edendum, bibendumve ſit, quid nõ, quantumque, & quando deliberare, quare haud graue eſt in emendo periculum. Diſciplinas autem non licet alio transferre, ſed neceſſe eſt, vt qui emit eas, animo capiat, intra ſe ferens, vel inquinatus iam, vel ad meliora prouectus. In Prot.

Scientiam præclarum quoddam, & in

homine principem arbitramur, ita vt ſi-quis bona, mala ve diſcernat, nunquam ab alia re induci poſſit, vt aliud agendum ſuſcipiat, quam quod ſcientia iuſſerit. ibidem.

In vſu bonorum, diuitiarum, ſanitatis, & formæ ſcientia ipſa dux eſt, docens his recte vti, & opus dirigens. Non igitur ſucceſſum ſolum, ſed opus bonum, vt videtur, in omni poſſesſione & actionę homini ſcientia præbet. In Euthyd.

Nihil eſt ſcientia potentius, imo vbicunque adeſt, voluptati, cunctiſque cæteris dominatur ibi.

Maius lucrum in vita facere minime poſſumus, quam multa ſcire. ibi.

Tamdiu diſcendum eſt, quamdiu viuitur. In Lach.

Qui aliquam ſpernit doctrinam, præſertim dum eſt iuuenis, neque dum ratione delectum habet, quid conferat, quid ue non conferant, diiudicat, neque diſcendi cupidus eſt, vel ſapientię amator. 5. de Re.

Qui diſciplinæ deſiderio flagrant, purã ipſius animę voluptatem experiunt, corporis autem oblectamenta deſpiciunt. 6. de Rep.

Acumen facilitatemque ingenii doctrinarum perceptioni ineſſe oportet. 7. de Rep.

His, qui in ſcientiis proficere cupiunt, opus eſt firma memoria, integritate, ac tolerantia, ibi.

Nu-

quod illi mandatum eſt,deinde rurſus intus apud rationem manere,& illi attendere.l.de Curios.

Marſ. corpus nobis eſt carcer, ac ſepulchrũ; ſẽnſus vero tanquam ſatellites quidam & inſidiatores,qui id potiſſimum curare,atque contendere videntur, vt in huius carceris tenebras nos altius mergant.lib. De Vol.

Nulla maior ſeruitus,nulla maior ſolicitudo excogitari poteſt quam illius, qui ſenſibus tanquam ſuis dominis,ac multis ſeruit.l.4.epiſt,

Ioan. Pont. Vincẽda eſt ſenſuum mollities,adhibẽdusque in conſilium animus,& in acie ſtãdum aduerſus corporis mala: vt cum imperare animus debeat, ignauiter à corpore vinci,& tanquam in fugam verti, nullo modo patiamur.l.2.de fortit.

De Dialectica.

Plato. Ille eſt dialecticus,qui interrogare, & reſpõdere non ignorat in. orat.

Magnę quælibet artes exercitatione dialectica,& contemplatione ſublimium in natura rerum indigent:ipſa enim mentis ſublimitas,et uis efficax inquauis re perficienda hinc quodammodo proficiſci videtur. in Phedro.

Studium pręclarum eſt quando quis arte dialectica vtens animum nactus idoneum

neum, ſermones cum ſcientia plantat, ac ſeminat qui, & ſibi ipſis, & ſatori ſuo opem ferre poſſunt, fructuſue producunt, & ſemina reddunt. ib.

Dialectica animi oculos cæno barbarico obrutos paulatim ſurſum trahit, ac ducit, vtens cęteris artibus tamquam adiutricibus & miniſtris. 7. de Rep.

Dialectica velut apex doctrinis omnibus præpoſita eſſe videtur, nec vlla doctrina eminentior reperitur; ſed in ea omniũ doctrinarum eſt finis. ib.

Dialectica ad tria eſt vtilis, ad exercitationes, ad obuiationes, & ad diſciplinã ſecundum philoſophiam. 1. Top. *Ariſt.*

Dialectica eſt inquiſitiua ad omnium methodorum principia viam habens. ib.

Logica eſt ars quædam vniuerſalis omnibus ſcientijs. 2. meta. cõm. is. *Auer.*

Dialectica eſt habitus, qui ratione de vnoquoque dicere poteſt, quod ſit vnum quodque, quo ab alijs differat, quo ue cõueniat. Enne. 1. *Plot.*

Dialectica videtur eſſe pars præſtantiſſima philoſophię. ib.

Deus optimus maximus proculdubio dialecticam demonſtrauit, eamque mortalibus donauit. *Pyth.*

Omnes homines dialecticam vſurpant, eam facultatem aliqua ex parte ab incunabulis tenentes, quamquã aliqui magis, aliqui minus eam calleant. Itaque Deorũ immortalium munus nefas eſt proijcere,

imo omni ſtudio, arte, induſtria, & exercitatione, omnibus denique viribus cõfirmandum, & quo maxime fieri poteſt, augendum cenſeo.

Non eſt vlla pars philoſophię, quam quiſque abſque dialecticæ beneficio aſſequi poſſit.

Fieri minime poteſt, vt verbum vllum aut demus, aut accipiamus rite, ac decore, niſi eam ſcientiam, quæ de ratiocinãdo, ac de ſermone diſſerit, teneamus.

Aug. Dialectica eſt vtilis ad iudicandum. lib. 2. de doctr. Chriſt.

Plura didici a dialectia, quam a quauis parte philoſophiæ. lib. 3. cont. Acad.

Dialectica eſt ſcientia veritatis. ib.

Lact. Logica eſt tertia pars philoſophiæ, in qua omnis dialectica, & omnis loquendi ratio continetur. lib. 2. de fal. rel.

Incredibilis eſt vis argumentandi, diſſerendique vtilitas De Op. Dei.

Alcin. Ad dialecticam pertinet etiam recte nominibus vti. De phant. & intel.

Dialecticus eorum naturas intelligit, quæ ſub nominibus latent. ib.

De Diuitijs & paupertate.

Plato. Diuitiæ nullum ſplendorem afferunt eas cum ignauia poſſidenti. In Phed.

Quem-

Quemadmodum poëtę ſua poemata, & parentes ſuos filios diligunt, ita qui pecunias acquirunt, illis tamquam operi ſuo ſtudent, non ad vſum, & neceſſitatem vt alij. ex quo difficilis eſt eorum familiaritas, cum nihil aliud præter diuitias laudare velint. 1. de Rep.

Ita diuitiæ, & virtutes inter ſe diſcrepant, vt quaſi vtræque in lance ſtaterę poſitæ ſemper in contrariam partem declinent. Quando igitur in ciuitate diuitiæ, & diuites honorantur, virtutes boni que viri deſpiciuntur, omneſque ad ea ſtudia inflammantur, & in illis verſantur quę ſunt in honore. .8. de rep.

Fieri minime poteſt, vt in ciuitate, diuitiæ honorentur, ac temperantia retineatur. ib.

Diuitię cecæ non ſunt, ſed acute cernunt, ſi prudentiam ſequuntur. 1. de leg.

Si pecuniarum, prædiorum, & cenſus, poſſesſio excedit, & priuatim, & in ciuitatibus inimicitias, ſeditioneſque parit, ſi deficit, vt plurimum ſeruitutem. Nemo igitur liberorũ gratiam pecunijs cumulandis incumbat, vt eos ditiſſimos relinquat, id enim neque ipſis neque ciuitatibus eſt vtile. 5. de leg.

Exiſtimandum eſt paupertatem non in diuitiarum diminutione, ſed in inſatiabili acquirendi cupiditate conſiſtere. ib.

Nemo poteſt diuitijs, & bonitate præſtare. ib.

Optime ſane, ac pulcherrime viueremus, ſi vera ſententia de diuitijs vbique prędicaretur. Ea eſt, corporis gratia diuitias eſſe, corpus autem animi gratia. Quare cum ea bona ſint, quorum cauſſa diuitiæ ſunt poſſidendę, tertium gradum poſt virtutem animi, corporiſque tenebunt. 9 de leg.

Hoc ratio nos tamquam magiſtra docebit, hominem, qui felix futurus ſit, non quomodocunque diuitias quęrere, ſed cum iuſtitia ac temperantia. ib.

Ariſt. Homines eas diuitias magis diligunt, quas ipſi adepti ſunt, quam illas, quas ab alijs acceperunt. 9. Eth.

Diuitiarum nullus eſt finis. 1. Pol.

Pecunię cupiditas eſt præter naturam. In Proem. 1. Phis.

Pyth. Non ex pecunijs virtus, ſed ex virtute pecuniæ, & bona omnia hominibus, & priuatim, & publice proficiſcuntur.

Aug. Diuites cupiditatibus diſſipantur, timoribus cruciantur, ac triſtitia contabeſcũt. In Pſal. 29.

Nihil proſunt diuitiæ exteriores, ſi interior premit ægeſtas. In Pſal. 52.

Nemo tibi inuito diuitias interiores eripere poteſt. In Pſal. 55.

Diuites ſunt inimici veritatem dicentibus. In Pſal. 59.

Ille aurum habet, qui nouit vti auro, qui autem neſcit vti, habetur, non habet, poſſidetur non poſſidet. In Pſal. 123.

Non

*N*on ſolum pauper eſt, qui pecuniam non habet, ſed quiſque in eo eſt pauper, quo indiget. In Pſal. 125.

*D*ifficile eſt, quin diuites plures errores committant. In *P*ſal. 132.

*D*iuitiæ cum acquiruntur, falſam lętitiam tribuunt, cum amittuntur vera triſtitia afficiunt. De Sanctis ſerm. 3.

Cum pecuniæ incremento cupiditatis rabies augetur. De Sanctis ſerm. 10.

*D*iuitiæ, quæ deliciarum plenę putantur, ſunt plenæ periculorum. De temp. ſerm. 50.

Pauper eſt, qui quamuis ditiſſimus non imponit finẽ cupiditati. De tẽp ſerm. 110.

Diuites volunt habere ſeruos fideles, ipſi vero nolũnt eſſe fideles Deo. *D*e tem. ſerm. 212.

Diuitiæ ſuperbiam generant, ipſaq; ſuperbia eſt diuitiarũ vermis. In Euãg. Math.

Pauperes, & diuites in hac vita ſunt ſicut vacui, & onerati in uia. ibid.

Pauperum patrimonium eſt ſanitas. Homil. 34.

*D*iuitię virtutibus inſidias parant. lib. 1 contra Acad.

Diuitiæ ſine virtutibus nocent diuitibus. 18. de Ciu. Dei.

Læta paupertas honeſta res eſt, illa vero non eſt paupertas, ſi læta eſt. Epiſt. 2. *Sen.*

Is, cui paupertas bene conuenit, diues eſt non enim qui parum habet, ſed qui plus cupit, eſt pauper. ib.

Magnæ diuitiæ ſunt lege naturæ bene compoſita paupertas. Epiſt. 4.

Facile paratur, quod natura deſiderat, ad ſuperuacanea ſudatur ibi.

Nudum latro dimittit, etiam in obſeſſa uia pax eſt pauperi. Epiſt. 14.

Si ad naturam viues nunquam eris pauper, ſi ad opinionem nunquam eris diues. Exiguum natura deſiderat, opinio inmẽſum. Epiſt. 16.

Si uis vacare animo, aut pauper ſis oportet, aut pauperi ſimilis. Epiſt. 17.

Quemadmodum nihil differt, vtrum ęgrum in lecto ligneo, vel aureo colloces, vbicunq; eum collocaueris, eo ſuum morbum ſecũ transferet, ita nihil refert, vtrũ animus æger in diuitiis, aut paupertate ponatur, malum ſuum illum ſequitur. Epiſt. 18.

Nemo Deo dignus, niſi qui opes contempſit, quarum poſſeſſionem tibi non interdico, ſed efficere volo, vt illas intrepide poſſideas, quod uno conſequeris modo, ſi etiam ſine illis te beate victurum tibi perſuaſeris; ſi illas tamquam exitu ras ſemper aſpexeris. Epiſt. 18.

Magnus eſt ille, qui in diuitiis eſt pauper, ſed ſecurior, qui diuitiis caret. Epiſtola. 20.

Nemo naſcitur diues, quiſquis exit in lucem, ei iuſſum eſt, vt lacte, & panno ſit contentus. ibi.

Si vis diues eſſe, non pecunię adiiciendum

dum eſt,ſed cupiditati detrahendũ. Epiſtola.21.

Panem & aquam natura deſiderat, nemo in his eſt pauper, intra quę quisquis ſuum deſiderium clauſit, cum ipſo Ioue de felicitate contendit. Epiſt.25.

Aliquis omnia contemnere poteſt,omnia habere nemo poteſt.breuiſſima eſt uia ad diuitias per contemptum diuitiarum. Epiſt.63.

Si vis ſcire nihil mali eſſe in paupertate, compara inter ſe pauperum, & diuitum vultus, ſępius pauper, & fidelius ridet nulla ſolicitudo in alto eſt,& ſi qua incidit cura,velut leuis nubes tranſit. Horum autem,qui felices vocantur, hilaritas ficta eſt,aut grauis triſtitia, & quidem grauior, quia interdum non licet, palam eſſe miſeros,ſed in erumnis cor ipſum exedentibus neceſſe eſt, agere felicem. Epiſt. 81.

Abſtrhaunt a recto diuitiæ,potentia,& cætera,quę noſtra opinione chara ſunt,& ſuo pretio uilia.Epiſt. 82.

Dum diuitias cõſequi uolumus,in multa mala incidimus. Epiſt.88.

Diuitiæ inflant animos, ſuperbiam pariunt, inuidiam contrhaunt, & ita mentem alienant, vt fama pecuniæ etiam nocitura nos delectet.ibi.

Illę eſt locuples, qui ſuæ paupertati ſe accommodat, & paruo ſe diuitem facit. Epiſt.109.

Turpe eſt, beatam vitam in argento &

auro reponere. Epiſt. *111*.

Eo omnes redacti ſunt, vt paupertas maledicto, probroq; ſit contempta diuitibus, pauperibus inuiſa. Epiſt. 116.

Qui multum habet, plus cupit, quod eſt argumentum, illum non dum ſatis habere, qui ſatis habet. Epiſt. 120.

Nūquam eſt parum, quod ſatis eſt. ibi.

Qui ſe ad id compoſuit, quod natura exigit, non modo non ſentit paupertatē, ſed neque timet. ibi.

Nulli poteſt ſecura vita contingere, qui de re producenda nimium cogitat, De paup.

Circa pecuniam plurimum vociferationis eſt, hęc fora fatigat, patres liberoſque committit, venena miſcet, gladios tam percuſſoribus quam legionibus tradit, hęc eſt noſtro ſanguine delibuta, propter hāc vxorum maritorumq; noctes ſtrepunt litibus, ac turba magiſtratuum tribunalia premit, reges ſeruiunt, rapiunt, & ciuitates longo ſeculorum labore conſtructas euertunt, vt aurum argentum in vrbium cinere ſcrutentur. lib. 3. de ira.

Diuitiæ non ſunt bonę, nam ſi bonę eſſent, bonos facerent. Non poteſt bonum appellari, quod apud malos deprehenditur. De vita bea.

Diuitiæ apud ſapientem ſeruiunt, apud ſtultum imperant. ibi.

Optimus pecuniæ modus eſt, qui neq; cadit in paupertatem, neque procul a pau-

pertate

pertate diſcedit. *De tranquil.*

Non eſt,quod ſuſpiciamus tamquam in ter noſtra poſiti, mutuo accepimus,vſuſfructus noſter eſt, cuius tempora ille arbiter ſui muneris temperat. *De* conſol. ad Mar.

Qui ſe continebit intra naturalem modum, paupertatem non ſentiet,qui naturalem modum excedit, eum in ſummis etiam opibus paupertas ſequetur. Rebus neceſſarijs minima ſufficiunt, ſuperuacaneis autem nec regna.De conſol.ad Alb.

Omnia iſta, quę imperita ingenia,& ſuis corporibus nimis addicta ſuſpiciunt,ſcilicet lapides,aurum, & argentum terrena ſunt pondera, quæ ſincerus animus,& ſuę naturæ memor, amare non poteſt.ibi.

Lætiores ſunt pauperes quam diuites, quia eorum animus in pauciora diſtrahitur, ibi.

Mihi crede,nemo poteſt eſſe diues & fælix.De mor.

Diuitem eſſe,non eſt diuitias contemnere, neque immodicas opes poſſidere, ſed ſuperuacaneis non indigere. *De* cup. diu. *Plut.*

Nemo eſt pauper earum rerum, quæ naturę ſufficiunt.ibi.

Inopes & cæcas diuitias fore putamus, ſi tamquam in tragedia teſtes non habẽt ſpectatores.ibi.

Aliqui opinantur, diuitias eſſe ſummũ bonum, hic error venenatus eſt,animam

depaſcitur, & abalienat, dormire non patitur, exagitat, præcipitat, ſtrangulat, & libertatem adimit. De ſuperſt.

Gal. Diuitiis excellere non eſt virtutis, ſed fortunæ munus, quę plerumque ſeruos ac libertos illis ditiores facit, qui generoſi & nobiles appellantur. De cogn. & cur. an af.

Lact. Nemo diues, niſi qui uirtutibus abundat. De ſal. ſap.

Diuitiæ non faciunt inſignes, niſi quos poſſunt bonis operibus facere clariores. ſunt enim diuites, non qui diuitias habẽt, ſed qui vtuntur illis ad opera iuſtitiæ. ibi.

Apul. Qui ſua paupertate recte vtitur, non ſolum nihil capiet incommodi, ſed cætera facilius & fortius feret. De Dogm. Plat.

Solus ille eſt diues, qui poſſidet virtutes omnibus theſauris pręcisſiores, nam cæteri quamuis opibus affluant, quoniam vel earum vſum neſciunt, vel illis abutuntur, inopes videntur. De Philoſ.

Paupertas non a pecuniarum indigentia, ſed ab immoderatarum cupiditatum pręſentia oritur. ibi.

Paupertas eſt vtilis, ſobria, paruo potens, laudis ęmula, habitu ſecura, cultu ſimplex, conſilio bene ſuadens, neminem unquam ſuperbia extulit, a tirannide, & a feritate aliena, ventris ac ueneris delitias nec vult vllas, nec poteſt. In Apo.

In omnibus quæ ad vitam pertinent, quidquid moderatione caret, potius eſt oneri quam vſui; diuitiæ igitur immodicæ

velut

velut ingentia pondera potius mergunt, quam iuuent, quòd habent irritam copiā & noxiam nimietatem. ibi.

Nemo noſtrum eſt pauper, qui ſupervacanea nolit, ſed poſcit neceſſaria, quæ quidem natura pauca ſunt, namq; ne is plurimum habet, qui minimum deſiderat, habet enim quantum volet, qui nolet nimium. ibidem.

Non modo nō eſt difficile, verum etiā naturale, paupertatem tranquille traducere, quoniam natura paucis contenta eſt, & vir bonus eam ſequitur ducem: lib. 2. de fortit. *Ioan. Pont.*

Si diuitijs careas, vocaberis tantum pauper, ſin illas cum poſsideas, minime vteris, earum poſſeſsio quem afferet fructū? quibus ſi male vteris, abundas iam inſtrumento ad omnem & nequitiam, & malitiam, atque ad poſtrema queq; flagitia. lib. 1. de prud.

Diuitiæ peſſumdedere ſępenumero diuites non paucos & principatus, exitiū non raro dominantibus attulerunt. ibi.

Diuitiarum ac potentiæ ſola quidem eſt materiæ ſubminiſtratio, bene vero agēdi atque recte vtendi modus, propriū eſt animi munus ac rationis, eiuſdemque vt recte, ſic eſt perfecte, & cum iucunditate. ibi.

Pecuniæ comparantur vſus gratia, quæ quamuis nec bonæ per ſe ſint nec malæ, prudens tamen & honeſtus poſſeſſor vſu

ipſo bonas efficit. In Char.

Non poteſt eſſe pauper, qui ſecundum naturam viuit. ibi.

De Doctrina ac ſcientia

Plato. Aliarum omnium ſcientiarum poſſeſſio, niſi quis optimi ſcientiam nactus fuerit, raro quidem prodeſt, obeſt autem plerumque illi, qui eſt huiuſmodi ſcientiis præditus. In Alcib. 2.

Nullum eſt bonum, quod ſcientia non complectatur. In Menone.

Qui vera opinione ac ſcientia præditus eſt, aliis verè dux eſſe poteſt. ibi.

Omnis ſcientia ea pro viribus vitat, que praua ſunt, apta vero & vtilia captat. In Pol.

Multo grauius periculum eſt in diſcipulinis quam in cibis emendis. etenim qui eſculenta vel poculenta emit, poteſt, ante quam his veſcatur, illa domum deferre, ibique depoſita diligenter examinate, & aliquo iſtarum rerum perito aduocato, quid edendum, bibendumve ſit, quid nō, quantumque, & quando deliberare, quare haud graue eſt in emendo periculum. Diſciplinas autem non licet alio transferre, ſed neceſſe eſt, vt qui emit eas, animo capiat, intra ſe ferens, vel inquinatus iam, vel ad meliora prouectus. In Prot.

Scientiam præclarum quoddam, & in

homine

homine principem arbitramur, ita vt ſiquis bona, mala ve diſcernat, nunquam ab alia re induci poſſit, vt aliud agendum ſuſcipiat, quam quod ſcientia iuſſerit. ibidem.

In vſu bonorum, diuitiarum, ſanitatis, & formæ ſcientia ipſa dux eſt, docens his recte vti, & opus dirigens. Non igitur ſucceſſum ſolum, ſed opus bonum, vt videtur, in omni poſſesſione & actione homini ſcientia præbet. In Euthyd.

Nihil eſt ſcientia potentius, imo vbicunque adeſt, voluptati, cunctiſque cæteris dominatur ibi.

Maius lucrum in vita facere minime poſſumus, quam multa ſcire. ibi.

Tamdiu diſcendum eſt, quamdiu viuitur. In Lach.

Qui aliquam ſpernit doctrinam, præſertim dum eſt iuuenis, neque dum ratione delectum habet, quid conferat, quid ue non conferant, diiudicat, neque diſcendi cupidus eſt, vel ſapientię amator. 5. de Re.

Qui diſciplinæ deſiderio flagrant, purã ipſius animę voluptatem expetunt, corporis autem oblectamenta deſpiciunt. 6. de Rep.

Acumen facilitatemque ingenii doctrinarum perceptioni ineſſe oportet. 7. de Rep.

His, qui in ſcientiis proficere cupiunt, opus eſt firma memoria, integritate, ac tolerantia, ibi.

Nu-

Nulla animæ diſciplina violenta eſt firma ac ſtabilis ibi.

Voluptas partis eius, qua diſcimus eſt vtique ſuauiſſima, & iucundiſſima eſt illius vita, in quo hec pars dominatur. 9. de Rep.

Graue eſt, durum & malum omnium rerum imperitia, ſed multo pernicioſior eſt male comparata multarum rerũ peritia ac notitia. 7. de leg.

Ariſt. Nihil eſt ſcientia potentius. 7. Eth.

Hominis perfectio a ſcientiis ſpeculatiuis proficiſcitur. In probe. 1. phis.

Omnis ſcientia & cognitio fit ex cognitione principiorum, cauſarum, & elementorum, in quibus ſunt principia, cauſæ & elementa. 1. phis.

Scientiam vniuerſalem ex experientia particulari accipimus. 7. phis.

Omnes homines natura ſcire deſiderant. In pro. 1. Meta.

Omnino ſcientis ſignum eſt poſſe docere quod potius arte quam experimento præditi facere poſſunt. ibi.

Auer. Omnis diſciplina, & omnis doctrina ex præexiſtenti fit cognitione. 1. Poſt. tex. com. 24.

Ea eſt ſcientia perfecta, quæ quidem eſt per cauſam, quæ vero cauſa caret, eſt imperfecta. 1. Phis. com. 1.

Nihil diſcere poſſumus, niſi cognitis principiis. 1. Meta. com. 49.

Sciens tunc perfectionem aſſequitur cũ

cum

cum ſcientia vtitur. 9. Meta. com. 6.

Multitudinem fugere oportet, vt veritatem ſimpliciſsimam conſequamur, multitudinem quidem exterioris populi nos plurimis modis diſtrahentis ac decipientis, interioris quoque populi multitudo multo magis fugienda eſt, hæc enim magis diſtrhait, ac fallit. Primum ergo fugiamus variam affectuum multitudinem, ſecundo ſenſuum, tertio imaginationum, quarto opinionum, quæ inde oriuntur. Omnis enim multitudo iam dicta in ſe tam diuerſa eſt, vt alia aliis in qualibet ſint contraria. Quare ad ſcientias ſe conferre oportet, in quibus multitudo nullū habet contrarium. Nam & ſi affectus affectibus contrarii ſunt, ſenſus quoque ſenſibus, imaginationes imaginationibus, opiniones opinionibus, nulla tamen ſcientia ſcientiæ contraria reperitur. In hac igitur propoſitionum, notionumque multitudine, ſimul quoque cōgregemus ſcientiarum numerum, & vno quodam vinculo connectamus. De An. & dem. *Proclus.*

Tempus matutinum ad ſtudendum eſt optimum. *Pyth.*

Neſcientem diſcere oportet quę per ſe conſequi nequit, & herere docentis arbitratui.

Addiſcendum dupliciter neceſſario ducimur auctoritate & ratione lib. 2. de ord. *Aug.*

Diſciplina non proficit, niſi mentis pra-

uitas corrigitur In Pſal.73.

Qui abiicit diſciplinam eſt infelix. De temp.ſerm.94.

Nulla doctrina poteſt eſſe ſine memoria ac ratione,& ob id neque virtus, quæ vtique dicitur.18.de Ciu. Dei

Sen. Diſtrahit animum multitudo librorũ itaque cum legere non poſſis quantum habueris, ſat eſt habere, quantum legas. Epiſt.2.

Faſtidientis ſtomaci eſt, multa deguſtare, quę cum varia ſint ac diuerſa, coinquinant, non alunt. Quare probatos auctores ſemper legere debemus, & ſi quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redeamus. ibi.

Non refert,quàm multos libros habeas, ſed quàm bonos, lectio certa prodeſt, varia delectat Epiſt.45.

Quę ſtultitia eſt maior,quam non diſcere,quia diu non didiceris? Epiſt.77.

Tamdiu diſcendum eſt,quamdiu neſcias, imo quam diu viuas.ibi.

Oportet, vt diſcas,& quod didiciſti agẽdo confirmes. Epiſt 95.

In ſtudiis verſandum eſt, & in auctoribus ſapientiæ, vt quęſita diſcamus, nondum inuenta quęramus. Epiſt.105.

Natura dedit nobis ſcientiæ ſemina,nõ autem ſcientiam. Epiſt. 121.

Si te ad ſtudia reuocaueris, omne vitæ faſtidium effugeris, nec noctem fieri optabis tedio lucis,nec eris tibi grauis,nec aliis

ſuper-

ſuperuacuus, multos, tibi conciliabis ami cos, & optimus quiſque ſe ad te conſe- ret. lib. 1. de tranquil.

Doctrinam non vni tantum familiæ aut ciuitati, vel vniuerſo mortalium generi ſubſtantiam, robur felicitatis, recta conſilia, & vtilitatem afferre videmus, ſed quãto maiora ſunt commoda, quę a doctrina, & diſciplinis oriuntur, tanto maiori ſtudio & cultu ipſa eſt digna. lib. de Mus. *Plut.*

Cum reliqua omnia a tempore diminuantur, ſcientia ſenectute augetur. De lib. educ.

Bellum torrentis inſtar omnia trahens ac ferens ſolam doctrinam eripere nequit. ibidem.

Doctrina omnium, quę nobis adſunt, bonorum ſola immortalis eſt ac diuina. ibidem.

Diſciplinæ inſtrumentum non eſt librorum poſſesſio, ſed eorum vſus, & exercitatio. ibi.

Diſciplina eſt generatio quædam, qua fætus in animo diſcentis a doctore producitur. Inaque ſi a diſcendo mortales prohibeas, & doctrinam omnem ſubſtuleris, omnia profecto extingues, & rebus ipſis interitum afferes. De doc. vir.

Illa doctrina eſt optima, quę viua voce explicatur. lib. 1. de Alim.

Aſſidua exercitatio vſum & ſcientię cognitionem conciliat. lib. 1. de dign. pul.

Diſ-

Diſciplinarum exercitatio plurimum valet ad virtutes comparandas. De cogn. & cur.an af.

Nec diuitijs,nec generis claritate, nec pulchritudine, nec robore,aut viribus fretos nos oportet artium liberalium ſtudia negligere In exhort.ad bon.ar.

Ab animis falſæ opiniones prius reiiciẽdę ſunt,quam vera diſciplina imbuantur. lib.2 de ſimpl.med.facul.

Lact. Scientia ab ingenio venire non poteſt, nec cogitatione comprehendi, quia in ſe ipſo propriam habere ſcientiam,non eſt hominis,ſed Dei. Mortalis autem natura non capit ſcientiam,niſi quę venit extrinſecus, idcirco diuina ſolertia aures, & oculos, ac cæteros ſenſus patefecit in corpore, vt per eos aditus ad mentem ſcientia peruenire posſit.lib. 3.de fal. rel.

Marſ. In ſcientia poteſtas eſt ad fælicitatem, idque tria ipſa fælicitatis nomina a priſcis grecorum auctoribus inſtituta declarant, ſcilicet, Eudemonia, eutichia, eupragia. Primum boni cognitionem ſignificat,ſecũdum conſequutionem, tertium vero vsũ, quæ omnia ſcientia nobis perficit.In Plat.

Scientia abſque morali virtute non ſapientia, ſed calliditas quedam eſt iudicãda.ibi.

Lectio,vel doctrina niſi ad optimam vitæ rationem conducit, eſt inutilis.ibidem

In toto cognitionis ordine gradum infimum tenet ſenſus, intellectus vero ſummum

mum. In Plot.

In omni poſſeſſione, vſu, & operatione ſcientia tantum eſt cauſa recte agendi, lib. 1. Epiſt.

Nihil aliud noſtrum dicere poſſumus niſi ſcientiam, cætera omnia ſunt in fortunę poteſtate. ibi.

Dicendum non eſt, eum ſatis didiciſſe, qui adhuc de aliqua re dubitat ibi.

Quicunque doctrina caret, is non modo Pauper, ſed etiam cæcus, ac mutus iudicandus eſt. lib. 3. Epiſt.

Dum a patria peregrinamur, & In hac præſentis vitæ nocte ac tenebris viuimus ea parte plurimum vtimur, quæ ad ſenſus deflectitur. Quare plura opinamur, quã ſcimus. In Heptap lo. *Ioan. Picus.*

Mirum eſt, quantum valeat ad optimã vitæ inſtitutionem aſsidua ac diligens lectio. lib. de Principe. *Ioan. Pont.*

Quid eſt tam neceſſarium quam multa ſcire? atque ea tum in cognitione naturæ & rerum occultarum, tum in memoria rerum prætentarum, & clarorum virorum exemplis poſita? ibi.

Quid homine dignius quam inter homines excellentem eſſe. excellere autem doctrina præditos, vel ex eo iudicari poteſt, quod in maximis gerendis rebus conſilijsque capiendis primum ſemper locũ hi teneant, qui docti habentur. ibi.

Scientia eſt, quæ habet rerum naturæ omnium cognitionem, & Dei, & vniuer

ſorum

ſorum, quæ cælo, terra, aquis, & aere continentur, ex ijſque & ab ijs gignuntur. lib. 1. de prud.

Animo volenti nihil poteſt eſſe difficile, nec ætas ad diſcendum tarda eſt ulla. Nam quamquam adoloſcentiæ flores magnam preſeferunt ſpeciem, omnis tamen fructus eſt in graueſcentis ętatis. In Char.

De Dolore.

Plato. DOlores veluti in quadam totius vitæ tragedia atque comedia uoluptatibus mixtos eſſe videmus. In *Phi*lebo.

Omnium dulciſſimum eſt, vniuerſam vitam ſine merore tranſigere. ibi.

Qui acerbiſsimis doloribus vexantur, vel alijs afflictionibus cruciantur, exclamant, aſſeruntque dulciſsimum eſſe, nullo dolore affici, præſentiq; moleſtia liberũ eſſe. 9. de Rep.

Ariſt. Omnem actum, & affectum ſequitur aut dolor, aut voluptas. 2. Eth.

Dolores perpeti dificilius eſt, quam ſe a voluptatibus abſtinere. 3. Eth.

Dolor quidem diſtrhait, atque corrumpit naturam habentis. ibi.

Plot. Dolor principium accipit ab opinione, & a iudicio, quaſi aliquod malum adſit vel ſibi, vel ſuorum alicui. *E*th.

Aug. Optimum in animo eſt ſapientia, peſſimum

mum in corpore eſt dolor. Summum igitur hominis bonum eſt ſapere, ſummum malum dolere. lib. 1. Solil.

Dolor nil aliud eſt, niſi quidam ſenſus diuiſionis vel corruptionis impatiens. lib. 3. de lib. arb.

Quid eſt dolor, qui dicitur corporis, niſi corruptio repentina ſalutis eius rei, quam, male vtendo anima, corruptioni fecit obnoxiam. Quid eſt autem dolor animi, niſi carere mutabilibus rebus, quibus fruebatur, aut frui ſe poſſe ſperauerat? De vera rel.

Multi dolent damnum pecuniæ, non autem dolent damnum iuſtitiæ. In pſal. 37.

Eſt dolor vtilis, cum te accuſas, cum in te reprehendis malos mores tuos, cum reprehenſos perſequeris, perſequutos excludis, illiſque excluſis mutaris. In pſal. 53.

Sen. Plus dolet, quam neceſſe eſt, qui ante dolet, quam neceſſe ſit, eadem enim infirmitate dolorem non eſtimat, qua non expectat. Epiſt. 99.

Hoc habet inter reliqua mala dolor, quod non ſuperuacuus tantum ſed ingratus eſt. Epiſt. 100.

Eſt aliquis & dolendi decor, hic ſapienti ſeruandus eſt, & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in clariſsimis ſat eſt. Imprudentum vt gaudia, ſic dolores modũ ſuperant. ibi.

Superuacuum eſt dolere, ſi nihil dolendo proficias. ibi.

Tur-

Turpiſsimum eſt in homine prudente remedium mæroris, laſsitudo mærendi. Malo relinquas dolorem, quam ab illo relinquaris, & quam primum id facere deſiſte, quòd ſi etiam voles, diu facere non poteris. Epiſt.

Dolor imminet, ſi exiguus eſt, feramus, leuis eſt patientia, ſi grauis eſt, non leuis eſt gloria. Dolor clamorem exprimit, dũ ſecreta non exprimat. Non poteſt homo par dolori eſſe, nec rationi dolor. Dura res eſt dolor, imo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt, ſimus ex paucis. Imbecilles natura ſumus, naturam accuſare nolite, illas nos fortes genuit. Fugiamus dolorem, quid? quod ille ſequitur fugientes? De remed. fort.

Ad tantas ineptias peruentum eſt, vt non dolore tantum, ſed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metus incutit vmbra & perſonarum deformitas, ac deprauata facies. De Tranquil.

Quod naturale eſt, non decreſcit mora, dolorem dies longa conſumit, licet contumaciſsimum quotidie inſurgentem, & contra remedia efferueſcentem, tamen illum efficaciſsimum mitigandę ferocię tẽpus eneruat. De conſol. ad Mar.

Animum dolentem a ſolicitudine non auertit, niſi aut oratio, aut honeſta occupatio. De conſol. ad Alb.

Plut. Cum animum multi affectus moueant, doloris ea eſt natura, vt omnium hoc grauiſsi-

uiſsime faciat, qui & nonnullis fuit inſaniæ cauſſa, & aliorum inſanabilium morborum, & nonnulli pre dolore ſibi ipſis mortem intulerunt. *De* conſol. ad Apol.

Mrore vltra modum efferri, eumque immodice cumulare, eſt præter natura, & a praua animi noſtri opinione proficiſcitur. Quare hoc vt damnoſũ, & viros virtute præditos minime decens vitemus. ibidem.

Ad parandam doloris vacuitatem non eſt certius medicamentum ratione, indeque petita ad omnes vitę mutationes præparatione. ibi.

De Educatione.

NIhil eſt, in quo maiori diligentia opus ſit, quam vt filij optimi fiant. In Amat. *Plato.*

Quo ruitis homines, neſcitis, quo feramini, neque opportunum quicquam agitis, qui omni ſtudio pecunijs cumulandis incumbitis, filios autem quibus, eas eſtis relicturi, negligitis, neque vt illis iuſte vti ſciant, iuſtitiæ præceptoribus commendatis, qui doceant iuſtitiam, ſi doceri poteſt, & ſi exercitatione & conſuetudine eſt comparanda, diligenter exerceant. In Clit.

Patres ea filios docent, in quibus non eſt aduerſus neſcientes mortis pęna propoſita.

poſita,in quibus aut mors, & exilium,aut diuitiarum ablatio, aut domorum ſubuer ſio ignaros rudeſque filios premit, in his eos negligenter erudiunt, & vbi huiuſmo di minæ vrgent,doctrina, curaque leuior adhibetur. In Prot.

Ateneris annis vſque ad uitæ finem filij erudiendi & monendi ſunt.ibi.

Viri prudentes filios ludi magiſtris cu randos tradunt, bonorumque morum di ligentiam multo magis quam litterarum doctrinam ab illis expoſcunt,prçceptores autem ſuſceptos curant,& colunt. ibidem

Diligentiſsime filiorum cura eſt ſuſcipiē da, neque agendum eſt, quod multi ſo lent, qui filios ſuos cum primum adole uerint, pro ſua libidine viuere ſinunt,imo tunc maior diligentia eſt adhibenda. In Lach.

Filijs bene male ve inſtitutis, vniuerſa domus paterna eodem modo gubernabi tur, quo & filij affecti ſunt.ibi.

In vnaquaque re principium eſt maxi mum quid, prçſertim iuueni, ac tenero cuique,maxime enim tunc inducitur, for maturque figura,quam quis vnicuique im primere velit. 2. de Rep.

Conſiderandum eſt, imitationes ſi a te neris annis incipiant, & perſeuerent, in mores,& naturam tranſire. 3. de Rep.

Bona educatio,& eruditio, ingenia quo que bona efficit, bonaque ingenia educa tionem huiuſmodi conſequta,meliora e-

tiam

tiam quam prius euadunt tum ad alia,tũ ad filios generandos.4.de Rep.

Quale cuiuſque fuerit pueriſis educationis initium, talia etiam fore,quę ſequũtur.ibi.

Parentes filiis rectores dabunt non ignauiſsimos quoſque,ſed homines, & vſu rerum,& ætate idoneos duces ac pedagogos.5.de Rep.

Animi ingenio præſtantiſsimo præditi ſi male educati fuerint,peſsimi fiunt. 6.de Rep.

Propter inſcitiam paternæ educationis in iuuenibus cupiditates coaleſcunt,multæ vehementeſque fiunt,trahunt ad ſe cõſuetudines,& dum clam ſerpunt, magnũ creſcunt in numerum,tandem iuuenilis animi arcem occupant,præſentientes,vacuum eſſe doctrinarum, honeſtorum officiorum,rationumque uerarum. 8. de Rep.

Illa ſola educatio ac diſciplina eſt appellanda,quę a pueritia deſiderari,amarique virtutem facit,&illa quidem,qua perfectus quiſpiam ciuis effectus iure imperare ſciat,ac parere. Quę vero ad colligendam pecuniam, vel ad corporis robur augendum,vel ad peritiam quandam aliam abſque mente, ac iuſtitia conquirendam tendit, eſt mechanica, atque illiberalis, & diſciplinę appellatione indigna. 1. de leg.

Homo eſt animal manſuetum,& ſi cum fęlici natura rectam quoque educationé

aſſequtus fuerit, manſuetisſimam diuiniſſimũq; animal euaderæ ſolet, ſin autem non ſatis, aut non bene educatus fuerit, ferocisſimum omnium, quæ iu terris naſcuntur, animal redditur. Quamobrem legum conditor pueritiæ educationem rẽ ſummopere neceſſariam prætermittere minime debet, ſed operam darc, vt omnium ciuium ad officia quæq; vir optimus eligatur, qui pueris educandis præſit. 6. de leg.

Recta educatio corpus & animam pulcherrimam, & optimam reddere poteſt. 7. de leg,

Acute videat, qui pueros cuſtodit, & diligentisſime eorum educationem curet, eorum naturas ſecundum leges ac bonũ ipſum dirigens atque conuertens. ibi.

Ariſt. Prouidendũ eſt ab his, quibus puerorũ cura commiſſa eſt circa educationem, & alia, vt quàm minime cum ſeruis verſentur, noceſſarium eſt enim, ut hæc ętas vſque ad ſeptimum annum domi alatur. ęquum eſt igitur præcipere, vt pueri hac ętate aba vditu & reiũ ſeruilium viſu abſint. Eth. 7.

Filij recte a parentibus educati boni euadunt. 2. æcõn.

Niſi parentes vitę exemplum filijs pręſtant, manifeſtam excuſationis cauſſam erga ſe illis relinquunt. ibi.

Pyth. Tota humanæ vitę, & ętatis ſumma in educatione pueritiæ ſita eſt, hac neglecta,

per-

perdita ſit tota reliqua uiuendi ratio.

Aetas tenera non eſt committẽda ſuo arbitrio ac libertati,ſed aſſueſcere, eamq; educare oportet ad ordinem,& modũ, quæ duo honeſta dicuntur, contraria vero turpia,vt ebrietas, & edacitas.

Non dubitandum eſt, indignam ſatio nem ,& negligentem filiorum educatio nem cauſſam eſſe nequitiæ plurimorum hominum.

Educatio facit, vt homo diſtet a pecu de,grecus a barbaro,liber a ſeruo,doctus ab imperito.

Facillime tenera ingenia ad honeſti re ctiq, amorem conciliantur.Epiſt.109. *Sen.*

Educatio maximam diligentiam, & plu rimum profuturam expoſtulat, facile eſt enim teneros adhuc animos componere. lib.2.de ira

Plurimum proderit, vt pueri ſtatim ſa lubriter inſtituantur.ibi.

Altius præcepta deſcendunt, quę tene ris imprimuntur ætatibus. De conſol. ad Alb.

Educatio, & diſciplina mores faciunt, & vnuſquiſque id ſapit,quod didicit. De mor.

Nihil maius, nihil homine libero præ ſtantius educatione, eruditioneque con grua,ac debita excogitari poteſt. De virt. morum. *Plut.*

Matres filios educare, eoſque nutrire debent,idque natura docet,cum unicuiq;

animantium generi, quæ pariunt, idcirco ſimul & lactis alimenta ſuppeditauit, eamque fuiſſe naturæ prouidentiam, vt duas mammas mulieribus adderet, ut ſi gemellos peperiſſe contingeret, dupplices ad alendum fontes haberet, prẹterea, ut eos, quos procreaſſent, maiori amore, ac beneuolentia proſequerentur. De lib. educ.

Sicut infantium membra ſimul ac nati ſunt, formari, componiq; debent, vt recta, & minime obliqua fiant, ita puerorũ mores principio apte, concinneq; fingere conueniet ibi.

Quo ruitis homines? qui in comparandis pecunijs omnem diligentiam adhibetis, filiorum vero, quibus eas relinquitis, nullam curam ſuſcipitis? ibi.

Pro uiribus laborandum eſt, ut puerorum etiam ipſorum pauperum optima ſit educatio. ibi.

Maxime ridiculum eſt, quod hodie pleriſque uſu uenit, qui cum ſeruorum, quos habent probos, alios agriculturæ, alios rei nauticæ, alios mercaturẹ, alios adminiſtrationi rei familiaris, alios vſuræ exercendæ adhibeant, ſi quod autem inueniunt mancipium ebrioſum, ac gulæ deditum, & ad omnia negocia inutile, id liberis prẹficiũt. ibidem.

Filios a flagitioſorum conſuetudine ſegregare conuenit, ne eorum malignitatẽ reportent. ibi.

Ante omnia opus eſt, ut patres non ſo-
lum

lum nihil peccando, ſed honeſta ſingula peragendo, manifeſtum ſe ſe filijs exemplum exibeant, vt in eorum vitam quaſi quoddam ſpeculum intuentes ab operum & ſermonum turpitudine ſe penitus abſtineant. ibi.

Recta educatio, legitimaque inſtitutio ad virtutem, fęlicitatemq; parandam plurimum valet. ibi.

Educatio optima conſuetudine bona, & graui diſciplina comparatur. lib. 1. de tuen. ſan. *Gal.*

Puerorum educatio ſimilis eſt culturę qua in plantis vtimur. De cogn. & cur an. af.

Optima quæque ſiue naturæ, ſiue fortunæ munera ſi vel negligenter culta fuerint, in mala, vel male culta in peſſima tandem euadunt. In Plat. *Mars.*

Non tam cogitandum eſt, filiis multa bona, quam illos bonos relinquere. lib. 1. Epiſt. Vide de Pueritia.

De Fęlicitate.

NEmo poteſt eſſe fælix, niſi ſapiens bonuſq; ſit. In Alcib. *Plat.*

Qui bene agit, eſt fęlix ac beatus, improbus, & inique agens, miſer. In Gorg.

Fieri minime poteſt, vt homines in hac vita, præter admodum paucos, fælicitatē aſſequantur, bona tamen ſpes eſt, vt poſt

uitas corrigitur In Pſal.73.

Qui abiicit diſciplinam eſt infelix. De temp.ſerm.94.

Nulla doctrina poteſt eſſe ſine memoria ac ratione,& ob id neque virtus, quæ vtique dicitur.18.de Ciu. Dei

Sen. Diſtrahit animum multitudo librorũ itaque cum legere non poſſis quantum habueris, ſat eſt habere, quantum legas. Epiſt.2.

Faſtidientis ſtomaci eſt, multa deguſtare, quę cum varia ſint ac diuerſa,coinquinant, non alunt.Quare probatos auctores ſemper legere debemus; & ſi quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redeamus. ibi.

Non refert,quàm multos libros habeas, ſed quàm bonos, lectio certa prodeſt, varia delectat Epiſt.45.

Quę ſtultitia eſt maior,quam non diſcere,quia diu non didiceris? Epiſt.77.

Tamdiu diſcendum eſt,quamdiu neſcias, imo quam diu viuas.ibi.

Oportet, vt diſcas,& quod didiciſti agẽdo confirmes. Epiſt 95.

In ſtudiis verſandum eſt, & in auctoribus ſapientiæ, vt quęſita diſcamus, nondum inuenta quęramus. Epiſt.105.

Natura dedit nobis ſcientiæ ſemina,nõ autem ſcientiam. Epiſt. 121.

Si te ad ſtudia reuocaueris, omne vitæ faſtidium effugeris, nec noctem fieri optabis tedio lucis,nec eris tibi grauis,nec aliis ſuper-

ſuperuacuus, multos,tibi conciliabis ami cos, & optimus quiſque ſe ad te conſeret.lib.1.de tranquil.

Doctrinam non vni tantum familiæ aut ciuitati, vel vniuerſo mortalium generi ſubſtantiam, robur felicitatis, recta conſilia, & vtilitatem afferre videmus,ſed quãto maiora ſunt commoda,quę a doctrina, & diſciplinis oriuntur, tanto maiori ſtudio & cultu ipſa eſt digna. lib.de Mus. *Plut.*

Cum reliqua omnia a tempore diminuantur, ſcientia ſenectute augetur. De lib.educ

Bellum torrentis inſtar omnia trahens ac ferens ſolam doctrinam eripere nequit. ibidem.

Doctrina omnium, quę nobis adſunt, bonorum ſola immortalis eſt ac diuina. ibidem.

Diſciplinæ inſtrumentum non eſt librorum poſſeſsio,ſed eorum vſus,& exercitatio.ibi.

Diſciplina eſt generatio quædam,qua fætus in animo diſcentis a doctore producitur. Inaque ſi a diſcendo mortales prohibeas, & doctrinam omnem ſubſtuleris, omnia profecto extingues, & rebus ipſis interitum afferes. De doc.vir.

Illa doctrina eſt optima, quę viua voçe explicatur.lib. 1.de Alim.

Aſſidua exercitatio vſum & ſcientię cognitionem conciliat. lib. 1. de dign. pul.

Diſ-

Diſciplinarum exercitatio plurimum valet ad virtutes comparandas. De cogn. & cur. an af.

Nec diuitijs, nec generis claritate, nec pulchritudine, nec robore, aut viribus fretos nos oportet artium liberalium ſtudia negligere In exhort. ad bon. ar.

Ab animis falſæ opiniones prius reiiciẽdę ſunt, quam vera diſciplina imbuantur. lib. 2 de ſimpl. med. facul.

Lact. Scientia ab ingenio venire non poteſt, nec cogitatione comprehendi, quia in ſe ipſo propriam habere ſcientiam, non eſt hominis, ſed Dei. Mortalis autem natura non capit ſcientiam, niſi quę venit extrinſecus, idcirco diuina ſolertia aures, & oculos, ac cæteros ſenſus patefecit in corpore, vt per eos aditus ad mentem ſcientia peruenire posſit. lib. 3. de fal. rel.

Marſ. In ſcientia poteſtas eſt ad fælicitatem, idque tria ipſa fælicitatis nomina a priſcis grecorum auctoribus inſtituta declarant, ſcilicet, Eudemonia, eutichia, eupragia. Primum boni cognitionem ſignificat, ſecũdum conſequutionem, tertium vero vſũ, quæ omnia ſcientia nobis perficit. In Plat.

Scientia abſque morali virtute non ſapientia, ſed calliditas quedam eſt iudicãda. ibi.

Lectio, vel doctrina niſi ad optimam vitæ rationem conducit, eſt inutilis. ibidem

In toto cognitionis ordine gradum infimum tenet ſenſus, intellectus vero ſummum

mum. In Plot.

In omni poſſeſſione, vſu,& operatione ſcientia tantum eſt cauſa recte agendi, lib. 1. Epiſt.

Nihil aliud noſtrum dicere poſſumus niſi ſcientiam, cætera omnia ſunt in fortunę poteſtate. ibi.

Dicendum non eſt, eum ſatis didiciſſe, qui adhuc de aliqua re dubitat ibi.

Quicunque doctrina caret, is non modo Pauper, ſed etiam cæcus, ac mutus iudicandus eſt. lib. 3. Epiſt.

Dum a patria peregrinamur, & in hac præſentis vitæ nocte ac tenebris viuimus ea parte plurimum vtimur, quæ ad ſenſus deflectitur. Quare plura opinamur, quã ſcimus. In Heptap lo. *Ioan. Picus.*

Mirum eſt, quantum valeat ad optimã vitæ inſtitutionem aſsidua ac diligens lectió. lib. de Principe. *Ioan. Pont.*

Quid eſt tam neceſſarium quam multa ſcire? atque ea tum in cognitione naturæ & rerum occultarum, tum in memoria rerum prætentarum, & clarorum virorum exemplis poſita? ibi.

Quid homine dignius quam inter homines excellentem eſſe. excellere autem doctrina præditos, vel ex eo iudicari poteſt, quod in maximis gerendis rebus conſilijsque capiendis primum ſemper locũ hi teneant, qui docti habentur. ibi.

Scientia eſt, quæ habet rerum naturæ omnium cognitionem, & Dei, & vniuerſorum

ſorum, quæ cælo, terra, aquis, & aere continentur, ex ijſque & ab ijs gignuntur. lib. 1. de prud.

Animo volenti nihil poteſt eſſe difficile, nec ætas ad diſcendum tarda eſt ulla. Nam quamquam adoloſcentiæ flores magnam preſeferunt ſpeciem, omnis tamen fructus eſt in graueſcentis ętatis. In Char.

De Dolore.

Plato. Dolores veluti in quadam totius vitæ tragedia atque comedia uoluptatibus mixtos eſſe videmus. In *Phi*lebo.

Omnium dulciſſimum eſt, vniuerſam vitam ſine merore tranſigere. ibi.

Qui acerbiſsimis doloribus vexantur, vel alijs afflictionibus cruciantur, exclamant, aſſeruntque dulciſsimum eſſe, nullo dolore affici, præſentiq; moleſtia liberũ eſſe. 9. de Rep.

Ariſt. Omnem actum, & affectum ſequitur aut dolor, aut voluptas. 2. Eth.

Dolores perpeti dificilius eſt, quam ſe a voluptatibus abſtinere. 3. Eth.

Dolor quidem diſtrhait, atque corrumpit naturam habentis. ibi.

Plot. Dolor principium accipit ab opinione, & a iudicio, quaſi aliquod malum adſit vel ſibi, vel ſuorum alicui. *E*th.

Aug. Optimum in animo eſt ſapientia, peſſimum

mum in corpore eſt dolor. Summum igitur hominis bonum eſt ſapere, ſummum malum dolere. lib. 1. Solil.

Dolor nil aliud eſt, niſi quidam ſenſus diuiſionis vel corruptionis impatiens. lib. 3. de lib. arb.

Quid eſt dolor, qui dicitur corporis, niſi corruptio repentina ſalutis eius rei, quam, male vtendo anima, corruptioni fecit obnoxiam. Quid eſt autem dolor animi, niſi carere mutabilibus rebus, quibus fruebatur, aut frui ſe poſſe ſperauerat? De vera rel.

Multi dolent damnum pecuniæ, non autem dolent damnum iuſtitiæ. In pſal. 37.

Eſt dolor vtilis, cum te accuſas, cum in te reprehendis malos mores tuos, cum reprehenſos perſequeris, perſequtos excludis, illiſque excluſis mutaris. In pſal. 53.

Plus dolet, quam neceſſe eſt, qui ante dolet, quam neceſſe ſit, eadem enim infirmitate dolorem non æſtimat, qua non expectat. Epiſt. 99. *Sen.*

Hoc habet inter reliqua mala dolor, quod non ſuperuacuus tantum ſed ingratus eſt. Epiſt. 100.

Eſt aliquis & delendi decor, hic ſapienti ſeruandus eſt, & quemadmodum in cæteris rebus, ita & in clariſsimis ſat eſt. Imprudentum vt gaudia, ſic dolores modū ſuperant. ibi.

Superuacuum eſt dolere, ſi nihil dolendo proficias. ibi.

Turpiſsimum eſt in homine prudente remedium mæroris, laſsitudo mærendi. Malo relinquas dolorem, quam ab illo relinquaris; & quam primum id facere deſiſte, quòd ſi etiam voles, diu facere non poteris. Epiſt.

Dolor imminet, ſi exiguus eſt, feramus, leuis eſt patientia, ſi grauis eſt, non leuis eſt gloria. Dolor clamorem exprimit, dũ ſecreta non exprimat. Non poteſt homo par dolori eſſe, nec rationi dolor. Dura res eſt dolor, imo tu mollis. Pauci dolorem ferre potuerunt, ſimus ex paucis. Imbecilles natura ſumus, naturam accuſare nolite, illas nos fertes genuit. Fugiamus dolorem, quid? quod ille ſequitur fugientes? De remed. fort.

Ad tantas ineptias peruentum eſt, vt non dolore tantum, ſed doloris opinione vexemur, more puerorum, quibus metus incutit vmbra & perſonarum deformitas, ac deprauata facies. De Tranquil.

Quod naturale eſt, non decreſcit mora, dolorem dies longa conſũmit, licet contumaciſsimum quotidie inſurgentem, & contra remedia efferueſcentem, tamen illum efficaciſsimum mitigandę ferocię tẽpus eneruat. De conſol. ad Mar.

Animum dolentem, a ſolicitudine non auertit, niſi aut oratio, aut honeſta occupatio. De conſol. ad Alb.

Plut. Cum animum multi affectus moueant, doloris ea eſt natura, vt omnium hoc gra-

uiſsi-

uiſsime faciat, qui & nonnullis fuit inſaniæ cauſſa, & aliorum inſanabilium morborum, & nonnulli præ dolore ſibi ipſis mortem intulerunt. De conſol. ad Apol.

Mœrore vltra modum efferri, eumque immodice cumulare, eſt præter natura, & a praua animi noſtri opinione proficiſcitur. Quare hoc vt damnoſū, & viros virtute præditos minime decens vitemus. ibidem.

Ad parandam doloris vacuitatem non eſt certius medicamentum ratione, indeque petita ad omnes vitæ mutationes præparatione. ibi.

De Educatione.

NIhil eſt, in quo maiori diligentia opus ſit, quam vt filij optimi fiant. In Amat. *Plato.*

Quo ruitis homines? neſcitis, quo feramini, neque opportunum quicquam agitis, qui omni ſtudio pecunijs cumulandis incumbitis, filios autem quibus, eas eſtis relicturi, negligitis, neque vt illis iuſte vti ſciant, iuſtitiæ præceptoribus, commendatis, qui doceant iuſtitiam, ſi doceri poteſt, & ſi exercitatione & conſuetudine eſt comparanda, diligenter exerceant. In Clit.

Patres ea filios docent, in quibus non eſt aduerſus neſcientes mortis pæna propoſita.

poſita,in quibus aut mors, & exilium,aut diuitiarum ablatio, aut domorum ſubuerſio ignaros rudeſque filios premit, in his eos negligenter erudiunt, & vbi huiuſmodi minæ vrgent,doctrina, curaque leuior adhibetur. In Prot.

A teneris annis vſque ad uitæ finem filij erudiendi & monendi ſunt.ibi.

Viri prudentes filios ludi magiſtris curandos tradunt, bonorumque morum diligentiam multo magis quam litterarum doctrinam ab illis expoſcunt,pręceptores autem ſuſceptos curant,& colunt. ibidem

Diligentiſsime filiorum cura eſt ſuſcipięda, neque agendum eſt, quod multi ſolent, qui filios ſuos cum primum adoleuerint, pro ſua libidine viuere ſinunt,imo tunc maior diligentia eſt adhibenda. In Lach.

Filijs bene male ve inſtitutis, vniuerſa domus paterna eodem modo gubernabitur, quo & filij affecti ſunt.ibi.

In vnaquaque re principium eſt maximum quid, pręſertim iuueni, ac tenero cuique,maxime enim tunc inducitur, formaturque figura,quam quis vnicuique imprimere velit. 2. de Rep.

Conſiderandum eſt, imitationes ſi a teneris annis incipiant, & perſeuerent, in mores,& naturam tranſire. 3. de Rep.

Bona educatio,& eruditio, ingenia quoque bona efficit, bonaque ingenia educationem huiuſmodi conſequta,meliora etiam

tiam quam prius euadunt tum ad alia,tũ ad filios generandos.4.de Rep.

Quale cuiuſque fuerit pucrilis educationis initium, talia etiam fore,quę ſequũtur.ibi.

Parentes filiis rectores dabunt non ignauiſsimos quoſque,ſed homines, & vſu rerum,& ætate idoneos duces ac pedagogos.5.de Rep.

Animi ingenio præſtantiſsimo prædíti ſi male educati fuerint,peſsimi fiunt.6.de Rep.

Propter inſcitiam paternæ educationis in iuuenibus cupiditates coaleſcunt,multæ veheinenteſque fiunt,trahunt ad ſe cõſuetudines,& dum clam ſerpunt, magnũ creſcunt in numerum,tandem iuuenilis animi arcem occupant,præſentientes,vacuum eſſe doctrinarum, honeſtorum officiorum,rationumque uerarum. 8. de Rep.

Illa ſola educatio ac diſciplina eſt appellanda,quę a pueritia deſiderari,amarique virtutem facit,&illa quidem,qua perfectus quiſpiam ciuis effectus iure imperarare ſciat,ac parere. Quę vero ad colligendam pecuniam, vel ad corporis robur augendum,vel ad peritiam quandam aliam abſque mente, ac iuſtitia conquirendam tendit, eſt mechanica, atque illiberalis, & diſciplinę appellatione indigna. 1. de leg.

Homo eſt animal manſuetum,& ſi cum fęlici natura rectam quoque educationẽ

aſſequtus fuerit, manſuetisſimam diuiniſſimũq; animal euaderæ ſolet, ſin autem non ſatis, aut non bene educatus fuerit, ferocisſimum omnium, quæ iu terris naſcuntur, animal redditur. Quamobrem legum conditor pueritiæ educationem rẽ ſummopere neceſſariam prætermittere minime debet, ſed operam dare, vt omnium ciuium ad officia quæq; vir optimus eligatur, qui pueris educandis præſit. 6. de leg.

Recta educatio corpus & animam pulcherrimam, & optimam reddere poteſt. 7. de leg,

Acute videat, qui pueros cuſtodit, & diligentisſime eorum educationem curet, eorum naturas ſecundum leges ac bonũ ipſum dirigens atque conuertens. ibi.

Ariſt. Prouidendũ eſt ab his, quibus puerorũ cura commiſſa eſt circa educationem, & alia, vt quàm minime cum ſeruis verſentur, neceſſarium eſt enim, ut hæc ętas vſque ad ſeptimum annum domi alatur. ęquum eſt igitur præcipere, vt pueri hac ętate aba vditu & rerũ ſeruilium viſu abſint.. Eth. 7.

Filij recte a parentibus educati boni euadunt. 2. œcon.

Niſi parentes vitę exemplum filijs pręſtant, manifeſtam excuſationis cauſſam erga ſe illis relinquunt. ibi.

Pyth. Tota humanæ vitę, & ętatis ſumma in educatione pueritiæ ſita eſt, hac neglecta,

per-

perdita ſit tota reliqua uiuendi ratio.

Aetas tenera non eſt committẽda ſuo arbitrio ac libertati, ſed aſſueſcere, eamq; educare oportet ad ordinem, & modũ, quæ duo honeſta dicuntur, contraria vero turpia, vt ebrietas, & edacitas.

Non dubitandum eſt, indignam ſatio nem, & negligentem filiorum educatio nem cauſſam eſſe nequitiæ plurimorum hominum.

Educatio facit, vt homo diſtet a pecu de, grecus a barbaro, liber a ſeruo, doctus ab imperito.

Facillime tenera ingenia ad honeſti re ctiq; amorem conciliantur. Epiſt. 109. *Sen.*

Educatio maximam diligentiam, & plu rimum profuturam expoſtulat, facile eſt enim teneros adhuc animos componere. lib. 2. de ira

Plurimum proderit, vt pueri ſtatim ſa lubriter inſtituantur. ibi.

Altius præcepta deſcendunt, quę tene ris imprimuntur ætatibus. De conſol. ad Alb.

Educatio, & diſciplina mores faciunt, & vnuſquiſque id ſapit, quod didicit. De mor.

Nihil maius, nihil homine libero præ ſtantius educatione, eruditioneque con grua, ac debita excogitari poteſt. De virt. morum. *Plut.*

Matres filios educare, eoſque nutrire debent, idque natura docet, cum unicuiq;

animantium generi, quæ pariunt, idcirco ſimul & lactis alimenta ſuppeditauit, eam que fuiſſe naturæ prouidentiam, vt duas mammas mulieribus adderet, ut ſi gemellos peperiſſe contingeret, dupplices ad alẽdum fontes haberet, prętcrea, ut eos, quos procreaſſent, maiori amore, ac beneuolentia proſequerentur. De lib. educ.

Sicut infantium membra ſimul ac nati ſunt, formari, componiq; debent, vt recta, & minime obliqua fiant, ita puerorũ mores principio apte, concinneq; fingere conueniet ibi.

Quo ruitis homines? qui in comparandis pecunijs omnem diligentiam adhibetis, filiorum vero, quibus eas relinquitis, nullam curam ſuſcipitis? ibi.

Pro uiribus laborandum eſt, ut puerorum etiam ipſorum pauperum optima ſit educatio. ibi.

Maxime ridiculum eſt, quod hodie pleriſque uſu uenit, qui cum ſeruorum, quos habent probos, alios agriculturæ, alios rei nauticæ, alios mercaturę, alios adminiſtrationi rei familiaris, alios vſuræ exercendæ adhibeant, ſi quod autem inueniunt mancipium ebrioſum, ac gulæ deditum, & ad omnia negocia inutile, id liberis pręficiũt. ibidem.

Filios a flagitioſorum conſuetudine ſegregare conuenit, ne eorum malignitatẽ reportent. ibi.

Ante omnia opus eſt, ut patres non ſo-

lum nihil peccando, ſed honeſta ſingula peragendo, manifeſtum ſeſe filijs exemplum exibeant, vt in eorum vitam quaſi quoddam ſpeculum intuentes ab operum & ſermonum turpitudine ſe penitus abſtineant. ibi.

Recta educatio, legitimaque inſtitutio ad virtutem, fœlicitatemq; parandam plurimum valet. ibi.

Educatio optima conſuetudine bona, & graui diſciplina comparatur. lib. 1. de tuen. ſan. *Gal.*

Puerorum educatio ſimilis eſt culturę qua in plantis vtimur. De cogn. & cur an. af.

Optima quæque ſiue naturæ, ſiue fortunæ munera ſi vel negligenter culta fuerint, in mala, vel male culta in peſſima tādem euadunt. In Plat. *Man.*

Non tam cogitandum eſt, filiis multa bona, quam illos bonos relinquere. lib. 1. Epiſt. Vide de Pueritia.

De Fęlicitate.

NEmo poteſt eſſe fœlix, niſi ſapiens bonuſq; ſit. In Alcib. *Plat.*

Qui bene agit, eſt fęlix ac beatus, improbus, & inique agens, miſer. In Gorg.

Fieri minime poteſt, vt homines in hac vita, præter admodum paucos, fœlicitatē aſſequantur, bona tamen ſpes eſt, vt poſt

mortem quis ea omnino obtineat, quorum deſiderio accenſus optime pro viribus egit vitam, atq; exegit. In epin.

Nec ciuitas, nec vllus homo vnquam erit fęlix, niſi & cum prudentia, & ſub iuſtitia vixerit, ſiue per ſe illas poſſideat, ſiue ſub ſanctorum principũ moribus rite educetur, & erudiatur. epiſt. 7.

Locupletes beatos appellare, ſermo eſt amens & infęlix, mulieribuſque ac pueris conuenit. epiſt. 8.

Ariſt. Fęlicitas eſt perfectum ac ſupremum bonum, nam propter ſe ipſam non propter aliud expetitur. 1. eth.

Summum hominis bonũ eſt animi, operatio ſecundum virtutem. ib.

Nemo dicitur beatus niſi peracta vita. ib.

Beatus dici poteſt, qui diuturnam vitam degit. ib.

Fęlices in dimidio vitæ a miſeris minime differunt. ib.

Operationum alię ſunt neceſſarię, & propter aliud expetendę, alię propter ſe ipſas, fęlicitas in earum numero eſt reponenda, quę propter ſe expetuntur, non autem quę propter aliud, nullius enim indiget fęlicitas. 10. eth.

Quilibet etiam abiectus non minuſquã optimus corporis voluptatibus frui poteſt, at fælicitatem nullus dicet abiecto competere, non enim in huiuſmodi oblectamentis fęlicitas conſiſtit, ſed in operationibus

ſecun-

ſecundum virtutem. 16.

Fęlicitati voluptas coniuncta eſt, nam ex operationibus virtutis ea eſt iucundiſſima, quæ eſt ſecundum ſapientiam. ib.

Homini fęlici tria bonorum genera eſſe oportet, externa ſcilicet, corporis, & animi. 7. Pol.

Fælicitas eſt proſperitas cum virtute coniuncta, vel fortunata rerum cnm virtute adminiſtratio, aut actio vel ratio per ſe ſufficiens ad bene viuendum, vel vita pleniſſima voluptatis, ſumma ſecuritate ac præſidio nixa, vel abundantia copiarum, & abſolutiſſima incolumitas corporis cum poteſtate huiuſmodi ac vi, quę ad illa paranda, & conſeruanda ſufficiat. 1. Rhet.

Bene viuere, & fęlicem eſſe, idē eſt. en. 1. *Plut.*

Virtute prędit9 eſt idoneus ad fęlicitatem, & ad boni poſſeſſionem. ib.

Intemperantia, cęteræq; corporis voluptates fęlicitatem labefactant. ib.

Ridiculum foret, ſiquis diceret, fęlicitatem ad id quoq; quod in nobis eſt, animal pertinere, ſelicitas enim non in magnitudine, bonoq; corporis habitu collocatur, neque in ſenſus perſpicacia, cum nimia corporis, ſenſuumq; proſperitas grauans animam eam ad ſe detorqueat. 16.

Si fęlicitatem in non dolendo, in non ęgrotando, & non in periclitando neq; in magnas aduerſitates incidendo ratio collocaſſet, nemo fęlix contrarijs imminentibus eſſe poſſet. 16.

Si fęlicitas eſſet bonorum ſimul ac neceſſariorum accumulatio, ſiue bonorum maiorum atq; minorum, quæ non modò neceſſaria, ſed etiam bona dicantur, hæc inſuper oporteret adeſſe. At ſi finem eſſe vnum aliquid non autem multa oportet, alioquin non finem, ſed fines homo quæret, illud ſolum conſequi oportet, quod vltimum eſt, atq; pręſtantiſſimum, quod vt intimũ ſibi fieri anima quærit. ib.

Nõ ſiquid accidat fęlici, quod nolit, propterea vlla ex parte a beatitudine decidit, alioquin quotidie permutabitur, & a fęlicitate excidet, veluti ſi filiũ amittat, vel iacturam quandã ſupellectilium patiatur. ib.

Profecto vir bonus non ſibi ſoli arrogat fęlicitatis conſequendæ poteſtatem. en. 2.

Soli boni ſunt fęlices, nam ob id ipſum dij ſunt beati. en. 3.

Si animis quoq; in hoc mundo datur facultas fęlicitatis comparandæ, non licet de hac regione conqueri, quòd aliqui non ſint fęlices, ſed eorum imbecillitatem criminamur, quoniam ſtrenue certare non valeãt, vbi virtutis pręmia propoſita ſunt. ib.

Pyth. Ille beatus eſt, qui diuina ſemper curat, & habet contubernalem ſuum genium recte cultum, & inſtitutum.

Fęlicitas vel eſt prudentia, vel non eſt ſine prudentia.

Aug. Illi, qui beati ſunt, quos etiam bonos eſſe oportet, non propterea beati ſunt, quia beate viuere voluerunt, nam hoc volunt

etiam

etiam mali, ſed quia recte viuere volunt, quod mali nolunt. lib. 1. de lib. arb.

Magnæ virtutis eſt, cum fęlicitate luctari, magnę fęlicitatis eſt, a fęlicitate non vinci. In euang. Matth.

Vere beat⁹ eſt, nõ ſi id habet, quod amat, ſed ſi id amat, quod amandũ eſt. In Pſal. 26.

Nulla infęlicitas frangit, quem nulla fęlicitas corrumpit. In pſal. 83.

Homines dũ beati eſſe volũt, ea quęrũt quibus miſeri euadunt. De tēp. ſerm. 441.

Cum ſumma beatę vitę ſit ſolida tranquillitas, & eius inconcuſſa fiducia, homines ſolicitudinis cauſſas colligunt, & per inſidioſum iter vitę non modo ferunt ſarcinas, ſed trahunt, ita longius ab effectu eius, quod appetunt, ſemper abſunt, & quo plus operę impendunt, eo magis ſe ipſos impediunt, & retro feruntur, quod euenit in labyrintho properantibus, ipſa velocitas illos implicat. epiſt. *Sen.*

Non ille beatus eſt, quem vulgus appellat, qui multis pecunijs redundat, ſed ille, cui omne bonum eſt in animo. epiſt. 45.

Non poteſt beate viuere, qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad ſuam vtilitatem conuertit. Alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere. epiſt. 67.

Summum hominis bonum eſt, ex naturę voluntate ſe gerere. ib.

Quid aliud eſt beata vita quã ſecuritas? ac trãquillitas? hanc dabit magnitudo, ac tenax bene iudicati conſtantia. epiſt. 93.

Tunc te beatum eſſe iudica, cum tibi ex te omne gaudium naſcitur. epiſt. 125.

Omnes beate viuere volunt, ſed in cognoſcendo, quod beatam vitam efficiat, decipiuntur. *De bea. vita.*

Queramus, quid ſit optimum factu, nõ quid vſitatiſſimum, & quid nos in poſſeſſione fęlicitatis cõſtituat, non quod vulgo peſſimo veritatis interpreti probatum. ſit. ib.

Beata vita eſt habere animum liberum, erectum, interritum, ſtabilem, extra metum, & extra cupiditatem poſitum, cui vnum bonum ſit honeſtas, vnum malum turpitudo. ib.

Illuc ſummum bonum aſcendit, vnde nulla vi detrahaitur, quo neq; dolori neque ſpei, neq; timori ſit aditus, nec vlli rei, quę deterius ſummi boni ius faciat ſola virtus illuc aſcendere poteſt. ib.

Lact. Non faciunt beatum vitioſę ac mortiferę voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus humanus animus illaqueatus, & etiam mancipatus eterna morte damnatur, ſed ſola innocentia, ſola iuſtitia, cuius legitima, & digna merces eſt immortalitas. De ira Dei.

Plut. Fælicitas & vita beata non in multitudine pecuniæ, aut opum mole, aut principatu potentiaq; conſiſtit, ſed in vacuitate doloris affectuum animi moderatione, animiq; affectione naturæ, finibus res omnes

circum-

circumſcribente. De aud.poe.

Fęlicitas eſt quędã agẽdi dexteritas,hęc autem eſt ſolius perfecti hominis. De fato.

Nullus locus felicitatem adimit, vt neque virtutem neq; prudentiam. De exilio.

Beatus eſt,qui ſola mente viuit.In Plot. *Mars.*

Non habitus voluptuoſus, vel ſenſus eiuſdem, ſed ratio ac mens eſt cauſſa bene beateq; viuendi. ib.

Summa fęlicitas certum poſſidet termi num, id eſt gradũ in bono ſummum, item terminum ſemper habet eumdem, ſcilicet ipſum ſummum,neq; maiorem videlicet neq; minorem quam primum ſcilicet, & quam diu eſt fęlicitas, alioquin non eſt ſumma fęlicitas.ib.

Homo ſolus appellari, & fęlix eſſe poteſt, quoniam ratione ſolus vtitur,iiſque actionibus, quibus ſolis fęlicitas compara tur. lib.1. de prud. *Ioan. Pont.*

Qui ad fęlicitatem inſtituitur, & honeſti & iuſti in primis erit ſtudioſus, quę duo & vincula ſunt ſocietatis humanę. & per ea actiones ipſe commendantur. ib.

Eſt fęlicis hominis munus maxime proprium, & bene agere,& erga plurimos benę agere, idq; aſſiduę,& cũ iucunditate.ib.

Nec fęlix quiſquam nec ſapiens dicendus eſt, nulli enim tot affuere vnquam bona,vt non ei plura defuerint, nec quiſquã tam ſapiens habitus eſt vnquam, vt non & illi ad veram perfectamq; ſapientiam multum defuerit. In Char.

Qui deſtruit finem, ea etiam deſtruit, quę ſunt ante finem. 8. phi. com. 24.

Finis humanus eſt perfectio ſpeculatiua. 3. de an. com. 14.

Qui præditus eſt intellectu non agit niſi propter finem. 2. meta. com 9.

Quod caret finali cauſſa, bono etiam carere neceſſe eſt. 5. meta. com. 3.

Omnis actio, quæ non agit propter finem, eſt ocioſa. 12. meta. com. 19.

Frocl. Ignorantia finalis cauſę in omnibus efficit, vt cęterę cauſſæ ad eandẽ pertinẽtes pariter ignorentur, quoniã finis eſt omnium cauſſarũ prima, pręcipua ac potentiſſima, huius enim gratia & cauſę efficientes faciunt, & quę ſũt, efficiũtur. De An. & dem.

Pyth. Ad finem optimũ ducunt, primo bona natura, ſecũdo boni deſideriũ & amor, tertio labor, quarto diſciplina, quinto tẽpus.

Sen. Finis omnium rerum ſpectandus eſt, & ſuperuacua dimittenda ſunt. epiſt. 120.

His admouẽda eſt manus, quorum finẽ aut cõſequi aut ſperare poſſis. de tranquil.

Cuiuſq; facti cauſſam require, cum initia inueneris, finem cogitabis. De mor.

Plut. Duobus bonis, quorum alterum ſit finis, alterum ad finem pertineat, finem eſſe potius ne perfectius bonum, nemo ignorat. Aduer. Sto.

Aug. Incepta plena ſunt ſolicitudinis, donec perducantur ad finem, quem qui aliquid incipit, maxime appetit, intendit, & expectat, nec de re inchoata, niſi terminetur, exultat.

exultat. 7. de Ciu. Dei.

Finis noſtri boni is eſt,propter quem cę tera ſunt appetēda,finis autē mali,propter quem cetera vitanda ſunt.19 de Ciu.Dei.

Finis ipſe cęteras cauſſas mouet, & ideo quodammodo omnes antecedit,vt in arte conſilioq; apparet, vbi finis in natura precedit,ad quē naturalia ordinātur.In Plot. *Mars.*

Finis nil aliud eſt, quam terminus, ad quem potiſſimum dirigitur agentis intentio.& in quo deniq; conquieſcit. ib.

Difficillimum.eſt, pręſentia recte genere, niſi de cuiuſlibet operis fine cogitamus. lib.1. epiſt.

Finis tāquam dominus eſt illis rebus digaior,quę tamquā inſtrumēta ſeruiunt.ib.

Ratio in adminiſtrandis negocijs finem vbiq; reſpicit, & ad illum ſe ſe accommodat. De Fort. *Ioan Pont.*

In qualibet re finis maxime inſpiciendus eſt, ad quem cuncta referri debeant. lib. 5. de. obed.

Et electionibus quibuſq; & actionibus noſtris omnibus finis cōſtitutus eſt aliquis cuius gratia ipſi moueamur,vbiq;enim rei alicuius ſpecies, quę optanda qu.dem appareat,& in agendo,& in eligendo ſe ſe nobis offert. lib 1. de prud.

Non modo actioni cuiq; ſed arti & facultati ſuus cuiq;cōnſtitutus eſt finis.Quocirca cum variæ ſint atq; multiplices hominū tum exercitationes, tū artes ac ſtudia, fines quoq; & ipſi cōſtituuntur non vni. ib.

Finis

Finis in rebus humanis is eſt, ad quem cuncta referantur,& cuius gratia fiunt cętera omnia. In Ant.

De Fortitudine.

Plato. OMnes quidem fortes ſunt audaces, ſed non omnes audaces ſunt fortes; adacia enim hominibus ab arte, ab ira, ab inſania datur, fortitudo vero a natura debitaq; animorum educatione oritur. In Prot.

Fortes viri neq; turpiter metuunt, ſi quando metuunt,neq; turpiter audent.ib.

Non ſolum ſunt fortes,qui aduerſus dolores metus ve ſunt conſtantes, ſed etiam illi,qui contra voluptates & concupiſcentias fortiter pugnare poſſunt. In Lach.

Fortitudo & prudentia in paucis admodum reperitur, ferocitas vero & audacia omni metu carens abſq; prudentia in multis & viris,& mulieribus, pueriſque ac feris. ib.

Siquid aduerſi inciderit,nos proſternere minime debemus,atq; vt pueri ſolent, cũ offendunt in lapidem, procidentes circa id,quod leſit,eiulandi moram trahere, ſed animum aſſueſcere, vt ad ſanandum præſto ſit,& quicquid ęgrotat,dimiſſis lamentationibus corrigat. 10. de Rep.

Prima & optima victoria eſt, vt quis ſeipſum vincat, turpiſſimum vero ac peſſimum

mum eſt, vt à ſe ipſo vincatur. 1. de leg.

Fortitudini non modo pugnandum eſt contra dolores ac timores, ſed contra cupiditates voluptateſque, ac vehementes quaſdam blanditias, quę eorum etiam qui honeſti videntur, animos flectunt, & quaſi cereos faciunt. ib.

Fortitudo eſt mediocritas circa timorem & audaciam. 2. eth. Ariſt.

Qui, quæ oportet, aut cuius gratia, & quando, & vt conuenit, ſuſtinet, ac metuit, & audet, is fortis eſt, 3. eth.

Mortem oppetere ob fugiendam paupertatem, aut amorem, aut aliud quicquã graue, non fortis eſt, ſed potius timidi; eſt enim mollities quædam laborioſa fugere, & non quia decorum ſit, mortem ſubit, ſed quia malum euitat. ib.

Qui dolore aut ira impulſi pericula adeunt, non ſunt appellandi fortes; non enim ratione, neq; decore, ſed animi perturbatione agunt. ib.

Viri fortis eſt, ea ſubire, quæ hominibus terribilia videntur, & ſunt, quia ita facere ducat, turpe autem non facere. ib.

Animus fortis in calamitatibus & iniurijs nihil abiectum facere debet. 1. œcon.

Fortitudo eſt, per quam magnæ res geruntur in ſuſcipiendis periculis, ita vt lex iubet, & per quam paretur, obtemperaturq; legibus. 1. Rhet.

Prouidenda ſunt omnia, expectanda, ac ſuſtinenda, quorum domini ipſi nõ ſumus. Pyth.

Non

Plut. Non decet eſſe rudem, ſed tamquam ſtrenuum bellatorem fortunę tela viriliter propulſare oportet. en. *1.*

Nos fortunę ictus propulſare poſſumus, ita vt animi magnitudine ac robore alij quidem ictus leuiores fiant, alij quidem minime tangant. en. 2.

Aug. Fortitudo eſt animę affectus, quo omnia incommoda & damna rerum quę non ſunt in noſtra poteſtate conſtitutę, contemnimus. lib. *1*. de lib. arb.

Qui fortis eſt, liber eſt, quoniam fortunę non ſeruit. Ad fra. in her.

Si columna fortitudinis fracta fuerit, totum bonorum operum edificiũ ruit. ib.

Vir fortis omnibus rebus bene vtitur. De vera rel.

Sen. Fortitudo eſt virtus iuſta pericula contemnens, aut ſcientia periculi repellendi vel ſuſcipiendi. lib. 2. de bon.

In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe paret, & contra fortunę iniurias inter beneficia firmetur. epiſt. 18.

Fortes eſſe debemus aduerſus fortuita, nec timendę ſunt iniuriæ, non vulnera, nõ vincula, non egeſtas. epiſt. *66.*

Omnia vincere debemus, premium etenim non corona eſt, non palma, non tubicen prędicationi nominis noſtri ſilentium faciens, ſed virtus & firmitas animi, & pax in reliquis parta, ſi ſemel aliquo certamine fortuna debellata eſt. epiſt. *77.*

Cogitanda ſunt omnia, & animus firmandus

mandus eſt aduerſus ea, quę contingere poſſunt. epiſt.91.

Omnia fortiter ſunt excipienda, quę mundi neceſſitas nobis imperat. epiſt. 95.

Vnus eſt huius vitę fluctuantis ac turbidę portus, euentura contemnere, ſtare fidenter, tela fortunę aduerſo pectore excipere. Magnanimus nos natura produxit, & vt quibuſdam animalibus ferum dedit quibuſdam ſubdolum, quibuſdam pauidum, ita nobis glorioſum & excelſum ſpiritum dedit, quærentem vbi honeſtiſſime, non vbi tutiſſime viuat. 105.

Fortitudo eſt ineſpugnabile humanæ imbecillitatis munimentum, quod qui ſibi circundedit, ſecurus in hac vitæ obſidione permanet, vtitur enim ſuis viribus ac telis. epiſt.114.

Aduerſarum rerum impetus viri fortis animum minime vertit, qui manet in ſtatu, & quicquid euenit in ſuum colorem trahit. *De* diu.prou.

Non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi ea, in quā frequens ventus incurſat, ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certius figit. ib.

Ignis aurum probat, miſeria viros fortes. ib.

Ad hoc ſacramentum adacti ſumus, ferre mortalia, nec his perturbari, quę vitare non poſſumus. De vita be.

Sua mala non ſentire, non eſt hominis, non ferre, non eſt viri. De Conſol.

Non

Nõ eſt magni animi,ſe in rebus proſperis fortem gerere, vbi ſecundo curſu vita procedit, nec gubernatoris artem mare tranquillum,& obſequens vẽtus oſtendit, aliquid aduerſi incidat, oportet, aliquid animum probet.De conſol.ad Mar.

Animus fortis magna fiducia viuit, liber,intrepidus,& alacer. De quat. virt.

Viri magnanimi eſt nõ vacillare, ſibi cõſtare,& vitę finem intrepidus expectare.ib.

Nihil aliud magnum eſt in rebus humanis,niſi animus magna deſpiciens. ib.

Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. ib.

Vir magnanimus nec pericula appetit, vt temerarius,nec formidat vt timidus. ib.

Fortior eſt,qui cupiditatem vincit, quã qui hoſtem ſubijcit. De mor.

Plut. Nulla ſit tanta fęlicitas, quæ te ita extollat,vt tibi,pluſquam oporteat,placeas, nec ſiquid,aduerſi acciderit, rurſus deprimaris,& in ſeruitutem redigaris,ſed idem perpetuo maneas, tuum vt in igne aurum ſolide ingenium ſeruans. In Orat.

In laboribus ac periculis fortitudine opus eſt ac patientia. De Fort.

Hominis fortitudo non in dentibus,ſed in ratione,& manibus conſiſtit. ib.

Eſt hominis recte inſtituti & cordati neq; mutari ob euentum rerum quę videntur proſperæ,&conſtanti animo decorũ in aduerſitatibus ſeruare. De cõſol.ad Apol.

I. Natura in formando homine animal ci-

uile

uile ac manſuetum ſe effingere cogitauit, cui vires eſſent ex ſapientia,non ex corporis fortitudine.lib.9, de vſu par.

Vir magnanimus nulla animi perturbatione vnquam inflectitur.De locis af.

Lact. Eſt viri fortiſſimi,animũ vincere,&iracũdiam cohibere.lib.1. de fal.rel.

Ille ſolus vir fortis eſt iudicandus, qui temperans eſt, moderatus,& iuſtus. ib.

Eſt magni & excelſi animi mortalia deſpicere & calcare.De vero cultu.

Apul. Vir fortis eſt ille,qui mẽtis robore ad omnia percipienda paratus eſt. De Phil.

Alcin. Fortitudo eſt legitimę cõſtitutionis ſiue ardue ſiue facilis aſſeruatio, id eſt facultas, quę cõſeruat, & exequitur legitimũ rationis propoſitum. De Phant. & intel.

Fortitudo in audacię,timoriſq; moderatione verſatur. In Plat.

Mars. Fortitudo magnanimitatis calcaribus freta dat operã,vt ad honeſta viriliter contendamus, ſpreta difficultatis, doloriſque formidine.ib.

Fortis viri mun⁹ eſt nõ ſolũ met⁹,& picula ſupare,ſed cupiditates etiã cohibere. ib.

Nemo fortis iudicari poteſt, niſi diu in laboribus & periculis verſatus fuerit. ib.

Ioan. Pont. Recte monemur,vt animo magno & elato externa deſpiciamus,aduerſaq; ita feramus,& ea, quę laboris & acerbitatis plena ſępe multa contingunt in hominum vita, vt non modo non ſuccumbamus illis, ſed viribus etiam, maioribus contra ea nitamur.lib.1.de Obed,

Stu-

mortem quis ea omnino obtineat, quorum deſiderio accenſus optime pro viribus egit vitam,atq; exegit.In epin.

Nec ciuitas, nec vllus homo vnquam erit fœlix,niſi & cum prudentia,& ſub iuſtitia vixerit, ſiue per ſe illas poſſideat, ſiue ſub ſanctorum principũ moribus rite educetur, & erudiatur. epiſt. 7.

Locupletes beatos appellare,ſermo eſt amens & infœlix, mulieribuſque ac pueris conuenit. epiſt.8.

Ariſt. Fœlicitas eſt perfectum ac ſupremum bonum, nam propter ſe ipſam non propter aliud expetitur. 1. eth.

Summum hominis bonũ eſt animi operatio ſecundum virtutem.ib.

Nemo dicitur beatus niſi peracta vita.ib.

Beatus dici poteſt,qui diuturnam vitam degit. ib.

Fœlices in dimidio vitæ a miſeris minime differunt. ib.

Operationum aliæ ſunt neceſſariæ, & propter aliud expetendæ, aliæ propter ſe ipſas, fœlicitas in earum numero eſt reponenda,quæ propter ſe expetuntur,non autem quæ propter aliud, nullius enim indiget fœlicitas. 10. eth.

Quilibet etiam abiectus non minuſquã optimus corporis voluptatibus frui poteſt, at fælicitatem nullus dicet abiecto compe tere, non enim in huiuſmodi oblectamentis fœlicitas conſiſtit, ſed in operationibus

ſecun-

ſecundum virtutem. 16.

Fęlicitati voluptas coniuncta eſt, nam ex operationibus virtutis ea eſt iucundiſſima, quæ eſt ſecundum ſapientiam. ib.

Homini fęlici tria bonorum genera eſſe oportet, externa ſcilicet, corporis, & animi. 7. Pol.

Fælicitas eſt proſperitas cum virtutę coniuncta, vel fortunata rerum cum virtute adminiſtratio, aut actio vel ratio per ſe ſufficiens ad bene viuendum, vel vita pleniſſima voluptatis, ſumma ſecuritate ac præſidio nixa, vel abundantia copiarum, & abſolutiſſima incolumitas corporis cum poteſtate huiuſmodi ac vi, quę ad illa paranda, & conſeruanda ſufficiat. 1. Rhet.

Bene viuere, & fęlicem eſſe, idē eſt. en. 1. *Plot.*

Virtute prędituſ eſt idoneus ad fęlicitatem, & ad boni poſſeſſionem. ib.

Intemperantia, cęteræq; corporis voluptates fęlicitatem labefactant. ib.

Ridiculum foret, ſiquis diceret, fęlicitatem ad id quoq; quod in nobis eſt, animal pertinere, felicitas enim non in magnitudine, bonoq; corporis habitu collocatur, neque in ſenſus perſpicacia, cum nimia corporis, ſenſuumq; proſperitas grauans animam eam ad ſe detorqueat. 16.

Si fęlicitatem in non dolendo, in non ęgrotando, & non in periclitando neq; in magnas aduerſitates incidendo ratio collocaſſet, nemo fęlix contrarijs imminentibus eſſe poſſet. 16.

Si fęlicitas eſſet bonorum ſimul ac neceſſariorum accumulatio, ſiue bonorum maiorum atq; minorum, quæ non modò neceſſaria, ſed etiam bona dicantur, hæc inſuper oporteret adeſſe. At ſi finem eſſe vnum aliquid non autem multa oportet, alioquin non finem, ſed fines homo quæret, illud ſolum conſequi oportet, quod vltimum eſt, atq; pręſtantiſſimum, quod vt intimũ ſibi fieri anima quærit. ib.

Nõ ſiquid accidat fęlici, quod nolit, propterea vlla ex parte a beatitudine decidit, alioquin quotidie permutabitur, & a fęlicitate excidet, veluti ſi filiũ amittat, vel iacturam quandã ſupellectilium patiatur. ib.

Profectò vir bonus non ſibi ſoli arrogat fęlicitatis conſequendæ poteſtatem. en. 2.

Soli boni ſunt fęlices, nam ob id ipſum dij ſunt beati. en. 3.

Si animis quoq; in hoc mundo datur facultas fęlicitatis comparandæ, non licet de hac regione conqueri, quòd aliqui non ſint fęlices, ſed eorum imbecillitatem criminamur, quoniam ſtrenue certare non valeãt, vbi virtutis pręmia propoſita ſunt. ib.

Pyth. Ille beatus eſt, qui diuina ſemper curat, & habet contubernalem ſuum genium recte cultum, & inſtitutum.

Fęlicitas vel eſt prudentia, vel non eſt ſine prudentia.

Aug. Illi, qui beati ſunt, quos etiam bonos eſſe oportet, non propterea beati ſunt, quia beate viuere voluerunt, nam hoc volunt

etiam

etiam mali, ſed quia recte viuere volunt, quod mali nolunt. lib.1.de lib.arb.

Magnæ virtutis eſt,cum fęlicitate luctari,magnę fęlicitatis eſt,a fęlicitate non vinci. In euang.Matth.

Vere beatus eſt,nō ſi id habet,quod amat, ſed ſi id amat,quod amandū eſt. In Pſal.26.

Nulla infęlicitas frangit, quem nulla fęlicitas corrumpit. In pſal.83.

Homines dū beati eſſe volūt,ea quęrūt quibus miſeri euadunt. De tēp.ſerm. 441.

Cum ſumma beatę vitę ſit ſolida tranquillitas, & eius inconcuſſa fiducia, homines ſolicitudinis cauſſas colligunt, & per inſidioſum iter vitę non modo ferunt ſarcinas, ſed trahunt, ita longius ab effectu eius, quod appetunt, ſemper abſunt, & quo plus operę impendunt, eo magis ſe ipſos impediunt, & retro feruntur, quod euenit in labyrintho properantibus, ipſa velocitas illos implicat. epiſt. Sen.

Non ille beatus eſt,quem vulgus appellat,qui multis pecunijs redundat, ſed ille, cui omne bonum eſt in animo. epiſt.45.

Non poteſt beate viuere,qui ſe tantum intuetur, qui omnia ad ſuam vtilitatem conuertit. Alteri viuas oportet, ſi vis tibi viuere. epiſt.67.

Summum hominis bonum eſt,ex naturę voluntate ſe gerere.ib.

Quid aliud eſt beata vita quā ſecuritas? ac trāquillitas? hanc dabit magnitudo, ac tenax bene iudicati conſtantia. epiſt.93.

Tunc te beatum eſſe iudica, cum tibi ex te omne gaudium naſcitur. epiſt. 125.

Omnes beate viuere volunt, ſed incognoſcendo, quod beatam vitam efficiat, decipiuntur. De bea. vita.

Quęramus, quid ſit optimum factu, nō quid vſitatiſſimum, & quid nos in poſſeſſione fęlicitatis conſtituat, non quod vulgo peſſimo veritatis interpreti probatum. ſit. ib.

Beata vita eſt habere animum liberum, erectum, interritum, ſtabilem, extra metum, & extra cupiditatem poſitum, cui vnum bonum ſit honeſtas, vnum malum turpitudo. ib.

Illuc ſummum bonum aſcendit, vnde nulla vi detrhaitur, quo neq; dolori neque ſpei, neq; timori ſit aditus, nec vlli rei, quę deterius ſummi boni ius faciat ſola virtus illuc aſcendere poteſt. ib.

Lact. Non faciunt beatum vitioſę ac mortiferę voluptates, non opulentia libidinum incitatrix, non inanis ambitio, non caduci honores, quibus humanus animus illaqueatus, & etiam mancipatus eterna morte damnatur, ſed ſola innocentia, ſola iuſtitia, cuius legitima, & digna merces eſt immortalitas. De ira Dei.

Plut. Fœlicitas & vita beata non in multitudine pecuniæ, aut opum mole, aut principatu potentiaq; conſiſtit, ſed in vacuitate doloris affectuum animi moderatione, animiq; affectione naturæ, finibus res omnes

circum-

circumſcribente. De aud.poe.

Fęlicitas eſt quędã agẽdi dexteritas,hęc autem eſt ſolius perfecti hominis. De fato.

Nullus locus felicitatem adimit, vt neque virtutem neq; prudentiam.De exilio.

Beatus eſt,qui ſola mente viuit.In Plot. *Mars.*

Non habitus voluptuoſus, vel ſenſus eiuſdem, ſed ratio ac mens eſt cauſſa bene beateq; viuendi, ib.

Summa fęlicitas certum poſſidet termi num, id eſt gradũ in bono ſummum, item terminum, ſemper habet eumdem, ſcilicet ipſum ſummum, neq; maiorem videlicet neq; minorem quam primum ſcilicet, & quam diu eſt fęlicitas, alioquin non eſt ſumma fęlicitas.ib.

Homo ſolus appellari, & fęlix eſſe ipoteſt, quoniam ratione ſolus vtitur, iiſque actionibus, quibus ſolis fęlicitas compara tur, lib.1. de prud. *Ioan. Pont.*

Qui ad fęlicitatem inſtituitur, & honeſti & iuſti in primis erit ſtudioſus, quę duo & vincula ſunt ſocietatis humanę, & per ea actiones ipſe commendantur. ib.

Eſt fęlicis hominis munus maxime proprium, & bene agere,& erga plurimos benę agere, idq; aſſiduę,& cũ iucunditate.ib.

Nec fęlix quiſquam nec ſapiens dicendus eſt, nulli enim tot affuere vnquam bona,vt non ei plura defuerint, nec quiſquã tam ſapiens habitus eſt vnquam, vt non & illi ad veram perfectamq; ſapientiam multum defuerit. In Char.

Non. ex bonorum cognitione humana exiſtit fęlicitas, ſed ex eorum poſſeſſion & uſu. ib.

De Fide.

Ariſt. Fides eſt adhibenda rationi, ſi quæ demonſtrantur, conueniunt cū ijs rebu que ſenſu percipiuntur. 3. de gen. a

Eſt natura comparatum, vt probis & honeſtis viris vehementius, celeriuſq; credimus non ſolum in ijs rebus, quę certæ exploratęque ſunt, ſed etiam in ijs, quę in vtramque partem aſſeruntur opinion arbitrio. *1. Rhet.*

Iamb. Arcanis eloquijs, & quę fari non lice fidem pręſtare decet. De myſt. ęgipt.

Pyt. Fides eſt amoris fundamentum, ea ſublata, tota amicitiæ lex, ius, vis, ac ratio pe ribit.

Sen. Laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur. 5. de ben.

Fides eſt ſanctiſſimum humani pector bonum, nulla neceſſitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur premio. epiſt. 8

Plut. Hominem homini obſequentem, vtroque manſuetum nihil aliud facit, quan fides. In Pol.

Primum & maximum omnium, quę extimationi bonorū ciuium tribui poſſunt eſt fides, quę gradum ad agendum conſtituit, & aditum magna capeſſentibus præ-

ſtat,

ſtat, propugnat ſecundo loco, bonoſq; armat, & inſtruit ciuium beneuolentia aduerſus obtrectatores & improbos, liuorem & inuidiam expellit. ęquat præterea vires, & plebeium parem facit patritijs, ignobilem illuſtribus, pauperem diuiti, priuatumq; magiſtratibus. ib.

Fides abeſt ab eis, qui præcipiunt, nec faciunt. De vera ſap. *Lact.*

Fides eſt magna pars iuſtitię. lib. diu. inſt.

De Fine.

Finis noſtri cognitio magni eſt in vita momenti, nam vt ſagittarij ſi ſcopum habemus, magis bonum & honeſtum aſſequi poſſumus. 6. Eth. *Ariſt.*

Duo ſunt, in quibus omnis commendatio bene agendi conſiſtit, vnum vt propoſitum, ac finis recte agendi recte ſubiaceat, alterum, vt eas actiones inueniamus, quę ad illum finem ducant. 7. Pol.

Finis, cuius gratia quicquam vel conſtat, vel natura cōditum eſt boni honeſtiq; obtinet rationem, 1. de part. an.

Omne, quōd eſt propter finem, ante finem eſſe oportet. 2. phi. tex. com. 29. *Auer.*

Operationis principium eſt finis cognitionis, & principium cognitionis eſt finis operationis. 2. meta. com. 23.

Res diuerſę ad finem etiam diuerſum ducunt. 3. ph. com. 9.

Qui

Qui deſtruit finem, ea etiam deſtruit, quę ſunt ante finem. 8. phi. com. 24.

Finis humanus eſt perfectio ſpeculatiua. 3. de an. com. 14.

Qui præditus eſt intellectu non agit niſi propter finem. 2. meta. com 9.

Quod caret finali cauſſa, bono etiam carere neceſſe eſt. 5. meta. com. 3.

Omnis actio, quæ non agit propter finem, eſt ocioſa. 12. meta. com. 19.

Procl. Ignorantia finalis cauſſę in omnibus efficit, vt cęterę cauſſæ ad eandē pertinētes pariter ignorentur, quoniā finis eſt omnium cauſſarū prima, pręcipua ac potentiſſima, huius enim gratia & cauſę efficientes faciunt, & quę fiūt, efficiūtur. De An. & dem.

Pyth. Ad finem optimū ducunt, primo bona natura, ſecūdo boni deſideriū & amor, tertio labor, quarto diſciplina, quinto tēpus.

Sen. Finis omnium rerum ſpectandus eſt, & ſuperuacua dimittenda ſunt. epiſt. 120.

His admouēda eſt manus, quorum finē aut cōſequi aut ſperare poſſis. de tranquil.

Cuiuſq; facti cauſſam require, cum initia inueneris, finem cogitabis. De mor.

Plut. Duobus bonis, quorum alterum ſit finis, alterum ad finem pertineat, finem eſſe potius ac perfectius bonum nemo ignorat. Aduer. ſto.

Aug. Incępta plena ſunt ſolicitudinis, donęc perducantur ad finem, quem qui aliquid incipit, maxime appetit, intendit, & expectat, nec de re inchoata, niſi terminetur, exultat.

exultat. 7. de Ciu. Dei.

Finis noſtri boni is eſt, propter quem cętera ſunt appetẽda, finis autẽ mali, propter quem cetera vitanda ſunt. 19 de Ciu. Dei.

Finis ipſe cęteras cauſſas mouęt, & ideo quodammodo omnes antecedit, vt in arte conſilioq; apparet, vbi finis in natura precedit, ad quẽ naturalia ordinãtur. In Plot. *Marſ.*

Finis nil aliud eſt, quam terminus, ad quem potiſſimum dirigitur agentis intentio. & in quo deniq; conquieſcit. ib.

Difficillimum eſt, pręſentia recte genere, niſi de cuiuſlibet operis fine cogitamus. lib. 1. epiſt.

Finis tãquam dominus eſt illis rebus digaior, quę tamquã inſtrumẽta ſeruiunt. ib.

Ratio in adminiſtrandis negocijs finem vbiq; reſpicit, & ad illum ſe ſe accommodat. De Fort. *Ioan Pont.*

In qualibet re finis maxime inſpiciendus eſt, ad quem cuncta referri debeant. lib. 5. de. obed.

Et electionibus quibuſq; & actionibus noſtris omnibus finis cõſtitutus eſt aliquis cuius gratia ipſi moueamur, vbiq; enim rei alicuius ſpecies, quę optanda qu.dem appareat, & in agendo, & in eligendo ſe ſe nobis offert. lib 1. de prud.

Non modo actioni cuiq; ſed arti & facultati ſuus cuiq; cõnſtitutus eſt finis. Quocirca cum variæ ſint atq; multiplices hominũ tum exercitationes, tũ artes ac ſtudia, fines quoq; & ipſi cõſtituuntur non vni. ib.

Finis in rebus humanis is eſt, ad quem cuncta referantur,& cuius gratia fiunt cętera omnia. In Ant.

De Fortitudine.

Plato. OMnes quidem fortes ſunt audaces, ſed non omnes audaces ſunt fortes; adacia enim hominibus ab arte, ab ira, ab inſania datur, fortitudo vero a natura debitaq; animorum educatione oritur. In Prot.

Fortes viri neq; turpiter metuunt, ſi, quando metuunt,neq; turpiter audent. ib.

Non ſolum ſunt fortes,qui aduerſus dolores metus ve ſunt conſtantes, ſed etiam illi,qui contra voluptates & concupiſcentias fortiter pugnare poſſunt. In Lach.

Fortitudo & prudentia in paucis admodum reperitur, ferocitas vero & audacia omni metu carens abſq; prudentia in multis & viris,& mulieribus, pueriſque ac feris. ib.

Siquid aduerſi inciderit,nos proſternere minime debemus,atq; vt pueri ſolent, cũ offendunt in lapidem, procidentes circa id,quod leſit,ciulandi moram trahere, ſed animum aſſueſcere, vt ad ſanandum præſto ſit,& quicquid ęgrotat,dimiſſis lamentationibus corrigat. 10. de Rep.

Prima & optima victoria eſt, vt quis ſeipſum vincat, turpiſſimum vero ac peſſimum

mum eſt,vt a ſe ipſo vincatur. 1. de leg.

Fortitudini non modo pugnandum eſt contra dolores ac timores,ſed contra cupiditates voluptateſque, ac vehementes quaſdam blanditias,quę eorum etiam qui honeſti videntur, animos flectunt, & quaſi cereos faciunt.ib.

Fortitudo eſt mediocritas circa timorem & audaciam. 2. eth. Ariſt.

Qui, quæ oportet, aut cuius gratia, & quando, & vt conuenit,ſuſtinet,ac metuit, & audet, is fortis eſt, 3. eth.

Mortem oppetere ob fugiendam paupertatem, aut amorem, aut aliud quicquã graue, non fortis eſt,ſed potius timidi; eſt enim mollities quædam laborioſa fugere, & non quia decorum ſit,mortem ſubit,ſed quia malum euitat.ib.

Qui dolore aut ira impulſi pericula adeunt, non ſunt appellandi fortes; non enim ratione, neq; decore, ſed animi perturbatione agnnt.ib.

Viri fortis eſt,eã ſubire,quæ hominibus terribilia videntur, & ſunt,quia ita facere ducat,turpe autem non facere.ib.

Animus fortis in calamitatibus & iniurijs nihil abiectum facere debet. 1. œcon.

Fortitudo eſt, per quam magnæ res geruntur in ſuſcipiendis periculis, ita vt lex iubet, & per quam paretur, obtemperaturq; legibus. 1. Rhet.

Prouidenda ſunt omnia,expectanda, ac ſuſtinenda,quorum domini ipſi nõ ſumus. Pyth.

Plot. Non decet eſſe rudem, ſed tamquam ſtrenuum bellatorem fortunę tela viriliter propulſare oportet. en. 1.

Nos fortunę ictus propulſare poſſumus, ita vt animi magnitudine ac robore alij quidem ictus leuiores fiant, alij quidem minime tangant. en. 2.

Aug. Fortitudo eſt animę affectus, quo omnia incommoda & damna rerum quę non ſunt in noſtra poteſtate conſtitutę, contemnimus. lib. 1. de lib. arb.

Qui fortis eſt, liber eſt, quoniam fortunę non ſeruit. Ad fra. in her.

Si columna fortitudinis fracta fuerit, totum bonorum operum edificiũ ruit. ib.

Vir fortis omnibus rebus bene vtitur. De vera rel.

Sen. Fortitudo eſt virtus iuſta pericula contemnens, aut ſcientia periculi repellendi vel ſuſcipiendi. lib. 2. de bon.

In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe paret, & contra fortunę iniurias inter beneficia firmetur. epiſt. 18.

Fortes eſſe debemus aduerſus fortuita, nec timendę ſunt iniuriæ, non vulnera, nõ vincula, non egeſtas. epiſt. 66.

Omnia vincere debemus, premium etenim non corona eſt, non palma, non tubicen prędicationi nominis noſtri ſilentium faciens, ſed virtus & firmitas animi, & pax in reliquis parta, ſi ſemel aliquo certamine fortuna debellata eſt. epiſt. 77.

Cogitanda ſunt omnia, & animus fir-

mandus eſt aduerſus ea, quę contingere poſſunt. epiſt. 91.

Omnia fortiter ſunt excipienda, quę mundi neceſſitas nobis imperat. epiſt. 95.

Vnus eſt huius vitę fluctuantis ac turbidę portus, euentura contemnere, ſtare fidenter, tela fortunę aduerſo pectore excipere. Magnanimus nos natura produxit, & vt quibuſdam animalibus ferum dedit quibuſdam ſubdolum, quibuſdam pauidum, ita nobis glorioſum & excelſum ſpiritum dedit, quęrentem vbi honeſtiſſime, non vbi tutiſſime viuat. 105.

Fortitudo eſt ineſpugnabile humanæ imbecillitatis munimentum, quod qui ſibi circundedit, ſecurus in hac vitæ obſidione permanet, vtitur enim ſuis viribus ac telis. epiſt. 114.

Aduerſarum rerum impetus viri fortis animum minime vertit, qui manet in ſtatu, & quicquid euenit in ſuum colorem trahit. *De* diu. prou.

Non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi ea, in quā frequens ventus incurſat, ipſa enim vexatione conſtringitur, & radices certius figit. ib.

Ignis aurum probat, miſeria viros fortes. ib.

Ad hoc ſacramentum adacti ſumus, ferre mortalia, nec his perturbari, quę vitare non poſſumus. De vita be.

Sua mala non ſentire, non eſt hominis, non ferre, non eſt viri. De Conſol.

Non

Nõ eſt magni animi,ſe in rebus proſperis fortem gerere, vbi ſecundo curſu vita procedit, nec gubernatoris artem mare tranquillum,& obſequens vẽtus oſtendit, aliquid aduerſi incidat, oportet, aliquid animum probet.De conſol.ad Mar.

Animus fortis magna fiducia viuit, liber,intrepidus,& alacer. De quat. virt.

Viri magnanimi eſt nõ vacillare, ſibi cõſtare,& vitę finem intrepidus expectare.ib.

Nihil aliud magnum eſt in rebus humanis,niſi animus magna deſpiciens. ib.

Si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. ib.

Vir magnanimus nec pericula appetit, vt temerarius,nec formidat vt timidus. ib.

Fortior eſt,qui cupiditatem vincit, quã qui hoſtem ſubijcit. De mor.

Plut. Nulla ſit tanta fęlicitas, quæ te ita extollat,vt tibi,pluſquam oporteat,placeas, nec ſiquid,aduerſi acciderit, rurſus deprimaris,& in ſeruitutem redigaris,ſed idem perpetuo maneas, tuum vt in igne aurum ſolide ingenium ſeruans. In Orat.

In laboribus ac periculis fortitudine opus eſt ac patientia. De Fort.

Hominis fortitudo non in dentibus,ſed in ratione,& manibus conſiſtit. ib.

Eſt hominis recte inſtituti & cordati neq; mutari ob euentum rerum quę videntur proſperæ,&conſtanti animo decorũ in aduerſitatibus ſeruarẽ. De cõſol.ad Apol.

A. Natura in formando homine animal ci-

uile

uile ac manſuetum ſe effingere cogitauit, cui vires eſſent ex ſapientia, non ex corporis fortitudine. lib. 9, de vſu par.

Vir magnanimus nulla animi perturbatione vnquam inflectitur. De locis af.

Eſt viri fortiſſimi, animũ vincere, & iracũdiam cohibere. lib. 1. de fal. rel. *Lact.*

Ille ſolus vir fortis eſt iudicandus, qui temperans eſt, moderatus, & iuſtus. ib.

Eſt magni & excelſi animi mortalia deſpicere & calcare. De vero cultu.

Vir fortis eſt ille, qui mẽtis robore ad omnia percipienda paratus eſt. De Phil. *Apul.*

Fortitudo eſt legitimę cõſtitutionis ſiue arduę ſiue facilis aſſeruatio, id eſt facultas, quę cõſeruat, & exequitur legitimũ rationis propoſitum. De Phant. & intel. *Alcin.*

Fortitudo in audacię, timoriſq; moderatione verſatur. In Plat.

Fortitudo magnanimitatis calcaribus freta dat operã, vt ad honeſta viriliter contendamus, ſpreta difficultatis, doloriſque formidine. ib. *Mars.*

Fortis viri mun⁹ eſt nõ ſolũ met⁹, & picula ſupare, ſed cupiditates etiã cohibere. ib.

Nemo fortis iudicari poteſt, niſi diu in laboribus & periculis verſatus fuerit. ib.

Recte monemur, vt animo magno & elato externa deſpiciamus, aduerſaq; ita feramus, & ea, quę laboris & acerbitatis plena ſępe multa contingunt in hominum vita, vt non modo non ſuccumbamus illis, ſed viribus etiam, maioribus contra ea nitamur. lib. 1. de Obed. *Ioan. Pont.*

Stu-

Studioſiſſime cauere oportet, ne ſecundis elati, & rerum copia affluentes in luxuriam, ſuperbiam, impotentiamq; dilabamur, quæ vitia fortibus viris omni ſtudio ſunt fugienda, quippe quibus illud propoſitum ſemper eſſe debet, vt nullis animi perturbationibus, affectibuſq; vincantur.

Quid enim turpius, quam quem aduerſa non potuit fortuna frangere, eum frangat ſecunda, aut qui morti, quę cum decore futura ſit, non ceſſerit, cedat iræ, libidini, inclementię, & crudelitati? ib.

Vt excellentis eſt medici, grauiſſimos morbos, lętaleſq; plagas ſanare; ſic etiam fortis eſt viri, in his verſari, ſeq; inuictum pręſtare, quę maxime omnium formidabilia videntur, ſiquidem fortitudinis materia, & quidam quaſi campus ſunt difficillima quęq; pericula, atq; illa maxime, quę mortem videantur allatura, qua nihil eſt omnino terribilius. lib. 1. fortit.

Iure illi quidem laudantur, qui res difficiles & aſperas animo erecto & magno ferentes motũ repulere, doloriſq; cuius acerrimi ſunt morſus, victores fuerunt. ib.

Forti etſi chara eſt vita, adipiſcendi tamen decoris gratia, labor atq; conatus omnis ab eo ſponte ſuſcipitur. ib.

Vir fortis eumdem vultum & animum retinebit intolerandis rebus, vt non ſolum non appareat, cum cedere, ac veluti pondere preſſum labeſcere, ſed placide etiam, ac ſedate ferre, & onus ipſum quodam mo

do con-

do contemnere, atq; ex ipſo contemptu ſe ſe ad firmitatem intendere. 16.

De Fortuna.

QVę fortuna contingunt, hominis imperio minime fiunt. In Men. **Plato.**

Si fortunam ſequimur, ſępe fœlicē ac poſtea miſerū eumdem dicemus. 1. eth. **Ariſt.**

Fortuna multa affert ac varia, parua quidem ſeu proſpera, ſeu aduerſa, nec multum habent momenti. 16.

Fortuna proſpera facit homines petulantes. 7. Pol.

Non oportet fidere bonis, quę ex fortuna, ſed quæ ex nobis ipſis pendent. 1. Rhet,

Non eſt tuum, quod fortuna tuum fecit. epiſt. 8. **Sen.**

Stultis & fortunę credentibus omnes videtur noua, & inopinata rerum facies. epiſt. 77.

Qui multa agit, ſepe fortunę poteſtatem ſui facit, quam tutiſſimū eſt, raro experiri, ſemper de illa cogitare debemus, & nihil ſibi de eius fide promittere. De trāquil.

Maxima quęq; bona ſolicita ſunt, nec vlli fortunę minus bene quam optime creditur. De breuitę.

Magna fortuna eſt magna ſeruitus. De conſol. ad Pol.

Illis fortuna eſt grauis, quibus eſt repentina, facile eam ſuſtinere poteſt, qui eum ſemper

ſemper expectat. De conſol.ad Mar.

Neminem aduerſa fortuna comminuit, niſi quem ſecunda decepit.ib.

Plut. Fortuna proſpera ingenue vti, viri eſt officium, citra inuidiam hominis moderati. De lib.educ.

Fortuna & ſapientia inter ſe maxime diſcrepant. De for.rom.

Fortuna ſuos ſublimes extollit, vt eos altius deijciat. De fort. Alex.

Quid inuenire, aut diſcere poſſunt homines, ſi fortuna omnia diriguntur? cuiuſnam vrbis curia, cujus regis concilium nō euertitur, ſi fortunę omnia parent? cui nos cecitatem exprobramus, quia in eam ceci incidimus. Qui vero non incidamus, ſi conſilij dexteritatem, quę nobis eſt oculorum inſtar, abijcientes cecam vitę ductricem eā nobis adſciſcimus. De Fort.

Improuiſa eſt fortuna, & magnam vim habet auferendi, quę nobis labore parta ſunt, & quę apparet, proſperitatem euertēdi, nec vlla conſtituta temporis vtitur ratione. De Conſ.ad Apol.

Multi omnia criminantur, & quęcumq; ſibi pręter ſpem contingunt, ex fortunę & demonum violentia fieri arbitrantur. ib.

Si recte ſapimus, penes nos eſt, quod fortuna obtulit, conuenienter accipere, & ſuo quęq; loco diſponere, vbi & propria maxime conducant, & quę pręter voluntatem, eueniunt, minime offendāt. De an.trāquil.

Rudes homines, ſepe fortuna ad dextrā

exiſtente, turpiter manu ſiniſtra eam excipiunt. Ab altera parte homines cordati, ſicut apibus mel præbet thymus herba acerba, & aridiſſima, ita ex rebus aduerſis ſæpe conueniens aliquod & commodum decerpunt. ib.

Turpiſſimum eſt, nos improbę fortunæ committere, quæ plerumque bonis viris poſt habitis, quorum oportebat rationem haberi, indignos locupletes facit; ac ne id quidem conſtanter, ſed tantiſper, donec pari, qua dedit temeritate rurſus donata eripiat. in Exhort. ad bon. ar. Gal.

Fortuna raro quicquam recte operatur. De vſu par.

Fortuna illinc eſt alieniſſima, vbi ratio, & exiſtendi cauſſa intrinſecus continetur. in Plot. Marſ.

Proſpera fortuna improbis hominibus fit aduerſa, bonis aut aduerſa fit proſpera. lib, 3. epiſt.

Cum fortuna ſit cæca, ſæpe accidit, vt cadat, ac ruat. ib

Fortuna modo cum ſummis, modo cum infimis viris iocatur, & ex hoc mutuo ioco voluptatem capit, & modo hunc, modo illum extollit. ib.

Qui fortunę fidit, is externo fauorè, non ſua virtute niſus, vbi parum ſibi aſpirantem eam viderit, ſtatim animum ſubmittit, ac de gradu deiicitur. lib. 1. de Fortit. Io. Põt.

Res prudenter adminiſtratę, actioneſq; ſecundum rectam rationem progrediẽtes

non raro propter ipſius fortunæ impetus infeliciter cedunt.lib.1.de fortuna.

Ipſa fortuna abeſt a ratione etiã quàm longiſsime,quid enim ratione ordinatius? quid fortuna minus compoſitum. rationis quidem propriũ eſt, modum adhibere,ac menſuram, & in omnibus regulam ſequi, at fortunæ exceſſus plerumque eſt, aut defectus: hæc vbique mutabilis atque inconſtans,illa ſtabilis ac certa,a rato enim ratio dicta eſt.ib.

Fortuna prudentiæ potiſſimum aduerſari videtur,quæ cum ab intellectu & cogitatione ortum ducat,quis erit,qui fortunam ad intelligentiam ac mentem referat?cum illa prudentiam ſuſcitet, hæc illi maxime aduerſetur, & ab optato fine ſæpiſſime diuertat.ib.

Fortuna eſt impetus quidam, quoniam non ordinem ſeruat, nec rationem ſequitur, progrediturque nunc violenta & incõpoſita;nunc vt repentina, ſic etiam inconſtans,iure quoque efficitur, vt ab ipſo impetu ſit terminanda.ib.

Latiſſimus eſt fortunæ campus,& in his omnibus vires extendere, ſuumque imperium exercere valet,in quibus præter ſpẽ, opinionem,propoſitum,& conſtitutum aliquid accidere valeat, omninoque improuiſum:& non modo in his patet vis illius,ſed in quocunque hominum gradu atque conditione,ſumma,humili,ingenua,ſeruili,ruſtica,vrbana,plebeia,ac patritia.li.2.d̃ For.

De homine, & hominis dignitate.

HOmo eſt quid aliud a ſuo corpore, & nihil aliud eſt quàm anima.in Alcib. *Plato.*

Solus homo ex omnibus animantibus diuinæ ſortis particeps factus eſt.in Phęd.

Homo eſt quędam Deorum poſſeſſio. in Phę.

In animantium genere,homo eſt quoddam miraculum diuinum.1.de leg.

Homo nil aliud eſt,quã anima ipſa, corpus tamquàm imaginarium quiddam hominem ſequitur.12.de leg.

Homo rebus omnibus nobilitate antecęllit.6.Eth. *Ariſt.*

*H*omo eſt animal ciuile,& natum ad vitam cum aliis agendam.9.Eth.

Homo eſt diuinum quoddam.10.Eth.

Quamuis homo ſit paruus corpore, tamẽ animi magnitudine omnia ſuperat. ib.

Cuncta animalia ſunt hominum cauſſa, 1.Pol.

Omnes homines natura ſunt pares.2. Pol.

Homo eſt particeps omnium animaliũ. 2.de hiſt.an.

Homo eſt ad vniuerſalis orbis habitum inſtitutus.ib.

Homo ex omnibus animalibus maxime

diuinitatis eſt particeps.2. de Part.an.

Plot. Data eſt hominibus facultas, per quam non indulgeant corpori, ſed quandoque puri efficiantur, contemnant mortem, ſuperiora intelligant, intellecta ſequantur. En.2.

Homo profectò eſt tam pulchrum opificium, quàm pulchrum eſſe poteſt, & in mũdo ita conſtitutus eſt, vt ſortem habeat potiorem, quàm cætera animalia.ib.

Plerique mirantur, hominem iniuſte viuere, propterea quòd exiſtimant, hominẽ in vniuerſo maxime venerandum, quaſi nihil omnino ſit ſapientius. Sed re vera homo Deorum ac brutorum eſt medius, & ad vtraque vergit: alij quidẽ diis, alij vero brutis ſimiles euadunt, plurimi autem inter hęc obtinent medium.ib.

Homo non eſt aliquid omnino ſimplex, ſed habet animam, habet etiam corpus ſiue tamquam inſtrumentum, ſiue alia quauis conditione nobis adiunctum. En.4.

Diuinum eſt illud hominum genus, qui ſupernam lucem acutè ſuſpiciunt, ad eamque perſpectam ſe prorſus attollunt, inferiorem nebulam, & caliginem tranſcendẽtes, & cum tranſcenderint, ibi permanent, hæc omnia prorſus deſpicientes, nec aliter regione ſuperna tamquam vera & propria delectantur, quàm peregrinis poſt longos errores patriæ tandem reſtitui. En.5.

Merc. Homo ex omnibus terrenis animantibus duplicis naturæ cenſetur, mortalis quidem

dem propter corpus,immortalis propter hominem ipſum ſubſtantialem,in Pim.

Natura ſe ſe homini immiſcens miraculum attulit, quod omnium miraculorum vincit admirationem.ib.

Homines generati ſunt ad diuinorum operum cognitionem,teſtimoniumque naturę,ad imperandum omnibus, quæ cælo teguntur,ad bonorum diſcretionem, ad incrementum generis, numerique propaginem, omniſque anima velata carnis vmbra culo ad celeſtium Deorum diſcurſum ſuſcipiendum,ad opera Dei, & naturæ progreſſus,ad bonorum ſigna,ad poteſtatis diuinæ cognitionem portio quædam tributa eſt, ad bonorum malorumque iudiciũ, ac bonorum varium artificium inueniendum.ib.

Homo effectus eſt diuini operis cõtemplator, quod profecto dum cõtemplatur, eius auctorem agnoſcit.ib.

Magnum miraculum eſt homo, animal honorandum & adorandum,hoc in Dei naturam tranſit.in Aſcl.

Si per ea etiam, quæ terra ſuſtinentur, Deum inquirere volumus,aſpiciamus humani corporis artificium,cuius admonitione intelligemus, quis fuerit tam pulchrę imaginis conditor, quis oculorum pictor, quis nares,aureſque tornauit,quis labia diſtendit oris,quis neruos tetendit ac ligauit, quis irrigauit venas,quis oſſa congeſsit ſolida,quis carnem tenui pellicula circumte

xit, quis digitos articuloſq; diſcreuit, quis fundamenta pedum extendit, quis perforauit foros, & meatus aperuit, quis ſplenē coegit, atq; compreſſit, quis piramidis impreſsit cordi figuram, quis iecoris porrexit fibras, quis pulmonum ſcripſit fiſtulas, quis aluo capacem amplitudinem tradidit, quis honoranda corporis membra in propatulo figurauit, quis obſcena in obſcuro prorſus abdidit, eaque ab aſpectu cernentium voluit ſecreta iacere. Vide quot diuinæ artis opera in vna materia demonſtrantur ſingulaque pulchra recteque dimenſa, nec non propriis officiis differentia. in Pim.

Maxime omniū immortalis eſt homo, qui Deum capit, qui diuinæ conformatur eſſentiæ. ib.

Vnumquodque genus reliquorum viuētium propriam mundi partem habitat; humida quidem aquam, terreſtria terram, aërem volatilia, homo autē his omnibus vtitur, terra, aëre, aquā, & igne, cœlum ſuſpicit, ſenſuque illud attingit. ib.

Homo aſcendit in cœlum, illudque metitur, cognoſcit quæ ima ſunt, quæ ſublimia, & reliquā omnia diligenter inquirit: quodque maius eſt, terram haud dimittēs in cœlum attollitur, tam ampla eſt humanæ naturæ poteſtas. Quamobrem audendum eſt dicere, terrenum hominem, Deū vero cæleſtem hominem immortalem. ib.

Pyth. Homo omnium animantium ſapientiſſimus factꝰ eſt, vt res ipſas ſpeculari poſsit.

Ho-

Homo diuinitus conditus eſt ad ſapientiam & ſpeculationem.

Ex omnibus animantibus, ſolus homo creatus fuit corpore ad cœlum erecto, vt ipſius etiam animus ad cęleſtia erectus foret. con. Man. *Aug.*

Tria ſunt in homine, natura, doctrina, & vſus, natura ingenio, doctrina ſcientia, vſus autem fructu diiudicandus eſt. 10. de Ciu. Dei.

Omni miraculo, quod fit per hominem, maius miraculum eſt homo. ib.

Diuina ſemina in hominibus diſperſa ſunt, quæ ſi bonus cultor excipit, ſimilia origini prodeunt, & his paria ſurgunt, ex quibus orta ſunt. Epiſt. 74. *Sen.*

Homo natura eſt animal mundum & elegans Epiſt. 93.

Homo eſt res ſacra. Epiſt. 96.

Nihil agilius equo, nihil velocius, ſed hominibus currit. Canis eſt animal ferox & iracundum, ſed hominem cuſtodit. Multum carnis habet porcus, eſu ſuauiſſimus eſt piſcis, alimento & obſonium ſunt homini. Quid maius elephāto? quid aſpectu terribilius? verum & hic ludicrum hominis factum eſt & ſpectaculum. Atque hęc nō inutiliter ſpectanda proponūtur; eo enim ſpectant, vt diſcamus, quo hominem attollat ratio, & quibus rebus eum ſuperiorem faciat, vtque omnia in ſuam redigat poteſtatem. De Fortuna. *Plut.*

Homo eſt animal ſapiens, & ſolum inter- *Gal.*

terreſtria diuinum. De vſu par.

Lact. Homo eſt Dei ſimulachrum, quoniam ſentit, mouetur, & multæ, magnæque ſunt illius actiones. lib. 2 de fal. rel.

Quod oculis ſubiectum eſt, non eſt homo, ſed hominis receptaculum, cuius qualitas ac figura non ex lineamentis corporis, quo continetur, ſed ex moribus & ex factis cognoſcitur. ib.

Quis tam indoctus, vt neſciat, quis tam imprudens, vt non ſentiat, in homine aliquid eſſe diuinum? De ira Dei.

Homo recto ſtatu, ore ſublimi, & ad mũdi contemplationem excitatus, confert cũ Deo vultum, & rationẽ ratio cognoſcit. ib.

Magna eſt hominis vis, magna ratio, magnum ſacramentum. De Opi. Dei.

Errat quiſquis hominem carne metitur, nam corpuſculũ quo induti ſumus eſt hominis receptaculum; ipſe homo neq; tangi, neque videri, neque comprehendi poteſt, qui latet intra hoc, quod videtur. ib.

Ex omnibus terrenis, nihil eſt homine præſtantius. De dogm. Pla.

Marſ. Homo omnia diuinæ naturæ opera imitatur, & naturæ inferioris opera perficit. 13. de Theol. Plat.

Homo nil aliud eſt, quàm anima, corpus autem eſt hominis vmbra lib. 1. Epiſt.

Io. Picus. Hoc præcipue gloriari poteſt humana conditio, vt illi ſeruire nulla creata ſubſtãtia dedignetur, huic terra & elemẽta, huic bruta præſto ſunt, & famulantur, huic mili

tat

taſ cœlum, huic angelicæ mentes ſalutem, bonumque procurant. In Hept.

Homini mancipantur terreſtria, homini fauent cęleſtia, quia & cęleſtium, & terreſtrium eſt vinculum ac nodus. ib.

Abdala Saracenus interrogatus quid in hac quaſi mundi ſcena admirandum maxime ſpectaretur: nihil ſpectari admirabilius homine reſpondit. In Orat. de hom. dign.

Homo eſt animal feliciſsimum, & omni admiratione dignum, & in vniuerſi ſerie cõditionem ſortitus eſt non modo brutis, ſed aſtris, ſed vltramundanis mentibus inuidioſam. Res ſupra fidem & mira, quid ni? nam & propterea magnum miraculum, & admirandum profectò animal homo iure dicitur, & exiſtimatur. ib.

Naſcenti homini omnifaria ſemina, & omnigenæ vitę germina indidit pater, quę quiſque excoluerit, illa adoleſcent, & fructus ſuos ferent in illo. Si vegetalia, planta fiet; ſi ſenſualia, obruteſcet; ſi rationalia, celeſte euadet animal; ſi intellectualia, angelus erit, & Dei filius; ſi nulla creaturarum ſorte contentus in ſuę vnitatis centrum ſe receperit, vnus cum Deo ſpiritus factus in ſolitaria patris caligine, qui eſt ſuper omnia conſtitutus, omnibus antecellet. ib.

Quis hominum non admiratur, cum ſe ipſum in omnis carnis faciẽ, in omnis creaturę ingenium effingit, fabricat, & transformat? ib.

Naturę merito aſſurgendum eſt, & illi *Io. Pō.*

gratię quàm maximę agendę ſunt, quæ vt hominem ipſum ſumma cum excellentia omniũ animalium genuit, ſic eam illi vim, ea inſtrumenta, vigorem illum, eam poteſtatem atque aptitudinem indidit, vt quas ad res natus eſſet, eadem ipſa & genetrix & altrix illum item ſic inſtruxerit, vt ad eas habilis & accommodatus inueniatur, vt nihil ei prorſus deſit. pręterquam ſi ipſe ſibi deeſſe velit, aut tributis ſibi a natura muneribus perperam vti ac peruerſę malit. lib. 2. de prud.

Quid excellentius, quàm in hoc perexiguo tam vaſti ęquoris meditullio, quę terra dicitur, habitantem hominem, & terras, & maria, & ſpiritum, & cœlum omne tot tãtoſque ſtellarum orbes ac globos, tantam vniuerſi molem, tantam rerum infinitatem ſuę cognitioni ſubieciſſe? mortaliq; in corpore immortalem ſubeuntem perſonam id curare, ſciſcitari, perueſtigare, comprehendere, tandem ſcire, quod deorum eſt munus proprium ac peculiare? ab iiſque in homines translatum beneficium. In Actio.

De Honeſtate.

Plat. VIri honeſto habitu pręditi cum effinguntur, delectari ſolent. illud quippe conducit: honeſtorum enim honeſtę ſunt imagines. In Menone.

Omnes

Omnes actiones honeſtas bonas eſſe oportet. In Thetet.

Exercitationes honeſtę ad virtutem acquirendam conducunt; turpes vero ad prauitatem. 4. de rep.

Laudanda quidem eſt honeſtiſſima vita, non ſolum quia gloriæ habitum ſuperat, ſed quia ſi quis guſtare velit, nec inde ſtatim a iuuentute fugere, eo quoque ſuperat, quod omnes expetimus, vt in omni vita magis lętemur quàm doleamus. 5. de leg.

Omnes virtutis actiones in honeſto continentur. 1. Eth. *Ariſt.*

Maior hominum pars magis pœnæ quã honeſtati paret. 10. Eth.

Honeſtum eſt, quicquid ſua ui, & natura nos alliciens eſt laudabile. 1. Rhet.

Honeſta ſunt, quorum pręmium eſt honor & laus, & longe ſunt præſtantiora quã ea, quorum pręmium eſt pecunia. ib.

Quamuis omne honeſtum vtile, & omne vtile honeſtum eſſe ſubtiliter defendi poſsit, tamen magis proprie honeſtum dicitur, quod per ſe expetēdũ eſt, vtile quod ad aliquid aliud eſt referendum. De diuer. quæſt. *Aug.*

Omne honeſtum eſt in arduo, & quod proximum eſt honeſto. 2. de ben. *Sen.*

Ad alliciendas hominum mentes ſumma eſt honeſti potentia, cuius pulchritudo omnes circumfundit, ſuique luminis ſplendore admiratione delinitos rapit. 4. de ben.

Nunquam in rerum honeſtarum certa-

mine vinci turpe eſt, dummodo arma non proiicias, & victus quoque vincere velis. 5. de ben.

Si ſunt honeſta quæ facis, omnes ſciant; ſi turpia, quid refert neminem ſcire, cum tu ſcias? O te miſerum, ſi hunc teſtem contemnis. Epiſt. 43.

Vna hęc eſt via ad tuta vadenti, & externa deſpicere, & honeſto contentum eſſe. Epiſt. 75.

Animi omnium rerum honeſtarum ſemina gerunt, quę admonitione excitãtur, nõ ſecus ac ſcintilla leui flatu adiuta, ignẽ ſuum explicat. Epiſt. 95.

Honeſtum eſt perfectũ bonum, quo beata vita perficitur; & illius cõtactu alia quoque bona fiunt. Epiſt. 119.

Bonum fit honeſti ſocietate, honeſtum per ſe bonum eſt. ib.

Nunquam ita intercluſa ſunt omnia, vt nulli actioni honeſtę ſit locus. De Tranquil.

Pacem demus animo, quam dabit aſsidua præceptorum ſalutarium meditatio, bonique rerum actus, & mens intenta ad vnius honeſti cupiditatem. De Ira.

Plut. Eſt viri pręclari omnia honeſta quouis tempore aggredi. De Hom.

Contentus eris te ipſo, ſi didiceris, quid bonum ſit, quid honeſtum. De vir. & vi.

Marſ. Honeſtum eſt rerum vtilium principiũ ac finis. In Pla.

Io. Põt. Ratio ipſa pręcipit, vt nullus animi motus,

tus,nulla noſtra actio vel electio recedat ab honeſtate; & nos ita inſtituamus, vt nihil niſi quod honeſtum, & iuſtum ſit, aut appetamus,aut agamus.lib.1.de Obed.

Tanta eſt vis honeſti, vt maiores illi noſtri laudatiſsimi viri cum aliquam mulierem inſigni ſpecie laudare vellent,facie honeſta eam eſſe dicerent, & cum genus cuiuſpiam ac familiam commendare, honeſtis illum è parentibus ortum prædicarét. lib.1.de prud.

De honore & nobilitate.

OMnes, quanta ex honore voluptas proficiſcitur, vſu ipſo intelligunt. 9. de Rep. *Plato.*

Malorum nihil eſt honorandum. 5.de Leg.

Honor eſt, meliora ſequi & ex peioribus quęcunque meliora fieri poſſunt ad melius quàm optimè reducere.ib.

Qui bonis abundat, quę in cęteros conferri poſſunt,ſi ea cæteris impartitur,is tãquam vir ſummus eſt honorandus. ib.

Honorentur boni viri,qui aut fortitudine, aut bellica quadam peritia ciuitatem totam ſeruauerint; & maximi honores illis primo rribuantur, qui bonorum legum conditorũ leges pręcipue coluerunt.11.de leg.

leg.

Ariſt. Vir bonus dũtaxat eſt honorãdus.4.Eth.

Nobiles,potentes,ac diuites honore digni habentur.ib.

Honor eſt pręmium virtutis. 8.Eth.

Vita breuis & cum honore coniuncta potius eſt eligenda,quàm diuturna,& cum dedecore.9.Eth.

Honor ſemper ſeniori ſecundum ętatẽ eſt tribuendus.ib.

Nobilitas apud omnes honoranda cenſetur.3.Pol.

Nobiles ac boni nuſquam centũ repe riuntur.5.Pol.

Nobilitas alia eſt ſecundum genus, alia ſecundum opes, alia ſecundum virtutem. 8.Pol.

Vnicuique moleſtum eſt, honore ſuo priuari.2.Aecon.

Honor eſt ſignificatio eius opinionis, quæ de alicuius beneficẽtia & liberalitate habetur. Sanè quanquam iure eos potiſsimum honoramus, qui iam in nos benefici extiterunt, tamen & illos honore afficere ſolemus, qui benefacere poſſe iudicantur. 1.Rheth.

Omnes fere honoris cupiditate afficiuntur.ib.

Hi, quos honore proſequimur, magna ex parte res illas nobis habere videntur propter quas honoribus afficiuntur. ib.

Cum fere omnes honorem appetant,neceſſe eſt,iucundum videri,aliis antecellere

ac

ac præeſſe, & in quo ſe quiſque plurimum valere ac præſtare intelligit.ib.

Nobilitas eſt quidam maiorum ſplendor & claritas.2.Rhet.

Qui remotus eſt a nobilitate, eam conſequi non poteſt, niſi plurimis actionibus, & laboribus.1.cæli com.62. *Auer.*

Nobilitas in medio loco eſſe debet. 2. cæli com.74.

Homo nõ acquirit nobilitatem, niſi per intellectus actionem.2.Meta.com.51.

Magnum eſt, hominum laudibus & honoribus non lętari, ſed omnem pompam inanem præcidere, & ſi quid inde neceſſarium retinetur, id totum ad honorantium vtilitatem conferre.Epiſt.64. *Aug.*

Non eſt honorãdus diues, neglecto paupere docto ac iuſto.Ad Hier.

Nemo eſt altero nobilior, nſi cui rectius eſt ingenium, & bonis artibus magis accõmodatum.3.de ben. *Sen.*

Qui imagines in atrio exponunt, vt ſuæ familiæ longo ordine, ac multis ſtemmatũ illigata flexibus in prima parte ædium col locant, magis noti ſunt quàm nobiles.ib.

Non facit nobilẽ atrium plenum fumoſis imaginibus, nemo in noſtram gloriam vi xit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt, ani mus facit nobilem, cui ex quacunque con dõne ſupra fortunã ſurgere licet.Epiſt.44.

Ex quo pecunia in honore eſſe cępit, ve rus honor rerũ cecidit; mercatoreſq; & venales inuicem facti, quærimus non quale

ſit

quidque,ſed quanti. Epiſt. 116.

Plut. Stulti quidem ſunt, qui intelligere nequeũt, honorare quàm honorari quid præſtet, & quàm ſæpe ſit glorioſius, & honorificentius. In Pol.

Magni honores, vt potè ſuperbi & tumidi æque vt corpora vaſtæ & immoderatæ proceritatis, cito ſimul ac facilè corruunt. ibid.

Honores, qui ſpectaculorum, largitionũ aut gladiatorum editione comparantur, falſo appellãtur honores, quippe qui à meretriciis adulationibus nihil differunt. ib.

Spes honoris, & formido pęnè ſunt tamquam virtutis elementa. De lib. Educ.

Apul. Non licèt honoris inſignia temere vel veſtitu, vel ornatu vſurpare. 1. Flor.

Marſ. Vera nobilitas in virtutibus eſt collocãda. In Pla.

Io. Picus. Non recuſandi ſunt honores, qui honeſtis artibus comparantur. In Hept.

Io. Põt. Inter homines nihil honore habetur aut exiſtimatione maius, aut amplitudine ẽt dignius, nihilq; ipſis populorum rectoribus optabilius. lib. 1. de Magn.

Honor videtur eſſe pręmium virtutis, earumque actionum, quæ & virtutes conſtituunt, & ipſę quoque eędem ſunt virtutes. ib.

Honor exhibetur bene merentibus, vt recte factorum præmium, & laudatorum facinorum. ib.

Honorem, primum quidem tenere locum

cum humanis,ciuilibuſque in rebus oportet, maximumque omnino eſſe bonorum omnium,externorum,atque vt maximum, ſic etiam pulcherrimum,& ſummopere expetendum.

Honorem verum,ſincerum, ſolidum,& viro dignum,niſi per virtutem aſſequutus eſt nemo.ib.

Vt Sol terras & cœlum ſuis radiis illuſtrat:ſic honor hominum actiones,præclariſſimaque facinora.ib.

Honor maxime eſt expetendus,iis præſertim,qui in luce hac ciuili, hominumq; ſocietate verſantur, vt potè illuſtrium factorum omnium, laudabiliumque actionũ teſtimonium,ac meritum.ib.

Vt quiſq; maxime generoſo eſt animo, ita honoris maxime cupidus,quam ad rem natura ipſa duce rapitur.ib.

Praui homines honore ſunt indigni;qui ſi ob virtutem honorari velint, ſeque honore dignos putent, nimirum omni ex parte ridendi ſunt, perinde vt ſtulti, ſtolidi ac deſipientes. ib.

Nihil eſt in hominum conſuetudine atque opinione honore maius, quo & Deos & hoc eodem virtutes quoque proſequimur.ib.

A grauibus ac præſtantibus viris, & quorum intereſt, & de quibus probitatis & integritatis eſt opinio, & expetendus, & excipiendus eſt honor:namque vt improbitati, & prauitati nullus debetur honor, ſed

potius

potius vituperatio; ſic à nefarijs & improbis viris verus honor expetendus non eſt, minus etiam ſi offeratur accipiẽdus. lib.2. de magn.

De Ignorantia.

Plato. IGnorantia eſt malorum cauſa, & quando eſt circa maxima, tunc eſt deterrima atque turpiſſima. in Alcib.

Potentum hominum ignorantia, hoſtilis eſt ac teterrima. in Phil.

Malum quidem eſt ignorãtia, ac ſtoliditas quædam, & vt ſummatim dicã eſt quoddam vniuerſæ improbitatis genus. ib.

Quæ ignoramus, nemo nos, vt lubet, agere permittet, ſed omnes pro viribus repugnabunt, non extranei tantùm, ſed parentes etiam, & quod nobis propinquius eſt, ipſi nos quoque non nobis, ſed alijs miniſtrantibus. in Liſide.

Ignorantia eſt quædam animi dementia. in Soph.

Animam ignorantem, inconcinnam ac deformem vocare decet. ib.

Aduerſus ignorantiam nullum aliud remedium inuenitur præter doctrinam. ib.

Cum quis illa, quæ neſcit, ſe ſcire putat, ab hac ignorantia omnes, quæ nos fallunt, opiniones proficiſcuntur. ib.

Multo maius beneficium confertur, ſi anima ab ignorantia, quã ſi corpus ab ęgritudine

tudine liberatur. in Hippia.

Ridiculum eſt, aliena perſcrutari, ſua vero ignorare. in Phedro.

Ignorare quid verum ſit, quid falſum, quid iuſtum, aut iniuſtum, quid bonum aut malum, quãuis vniuerſum vulgus laudauerit, fieri nunquam poteſt, quin ſit re uera turpiſſimum. ib.

Ea eſt ignorantia appellanda, cum animus ſcientiæ, opinioni, vel rationi aduerſatur. 3. de leg.

Ignorãtia ciuitatib⁹ eſt pniciofiſſima. ib.

Hoc ratum habeatur, nihil ciuibus ignorantibus committendum eſſe, imo vt ignorantes improbandi ſunt. ib.

Turpe eſt, rerum magnitudine, & pulchritudine excellentium tam nomina, quã rationes ignorare. 12. de leg.

Ignorantia fit propter irrationalis potẽtiæ dominatum, cognitio propter rationalis potentiæ imperium. De An. & dem. *Pro.*

Animæ noſtræ premuntur duplici ignorantia, putantes quidem ſe plurima noſſe, ob ingenitas ſibi rerum ab initio notiones, ignorantes autem propter obliuionem. Qui igitur hac duplici premitur ignorantia, nihil ultra perquirit, ſicut neque ſapiens ipſe quærit, atque in hoc ipſo eſt ſapienti quodammodo ſimilis. ib

Cur o viri terrigenæ præcipites in mortem ruitis? cum vobis immortalitatis conſequendæ facultas minime deſit? reuocate iam vos ipſos qui laboratis inopia, ignorantiæ *Merc.*

rantię tenebris inuoluti; diſcedite ab obſcuro lumine; aſciſcite immortalitatē, & corruptionem fugite. in Pim.

Quo ruitis mortales ebrij, qui merum ignorantiæ combibiſtis? cum id ferre nequeatis, euomite, viuite ſobrij, mentis oculis inſpicite; ignorantiæ peſtis omnem terram ſubuertit, & animam corporis vinclis incluſam corrumpit, nec ſinit, eam ſalutis iter inquirere. ib.

Anima naturæ rerum, boniq; ignorās, oculis orbata, ſe ſe corporis paſſionali implorat. ib.

Anima ſeipſa ignorans corporibus abiectis, monſtriſque deformibus ſeruit; corpus ſuum velut onus infeſtum circumfert, non præſidens corpori, ſed ob ignauiā ſubiugata. ib.

Perſeuerante imperitia & ignorantia, vitia omnia conualeſcunt, & vulnerant animam. in Aſcl.

Ariſt. Homo propter ignorantiam fit iniuſtus. 3. eth.

Omnis ignorans malus. ib.

Qui admiratur, ignorare videtur. 1. Meta. in Prohe.

Pyth. Omni ſtudio morbus à corpore fugaris debet, igneq; ac ferro amputari; ab anima vero ignorantia.

Gab. Hominum imperitorum infelicitas tanto eſt illuſtrior, quanto eorum genus eſt clarius. in exhor. ad bon. ar.

Verè ſunt cæci, qui tenebris ignorantiæ circun-

circumfuſi, cæleſtia non videntes, terrena & caduca venerantur. De fal. ſap.

Ab ignorantia omnia delicta proficiſcũtur. lib. de volup. *Marſ.*

Duo ſunt præcipue, quæ nos à felicitate alienant, & in miſeria verſari cogunt, ignorantia, & flagitioſorum conſuetudo. ib.

Qui ſe ſcire putat, cum ignoret, reddit animum ſuum indocilem in Plat.

Ignarus atq; inſcius vel potius ignorãs quid factu dignum ſuſcipere? quid poſt ſuſceptũ illud cum laude agere? aut recta cũ ratione moderari valet? lib. 2. de prud. *Ioan. Pont.*

Ipſius delectus, & rationis rectę peſtis data & corruptela eſt ignorantia, quàm multa ſimul grauiaque circumſiſtunt mala. ibid.

De ingratitudine.

INgrati quàm plurimi ſunt, & magis bene ſuſcipere q̃ bñ facere appetũt. 9. eth. *Ariſt.*

Multos experimur ingratos, plures facimus, quia aliàs graues exprobratores, exactoreſque ſumus, aliàs leues, & quos paulo poſt ſui muneris pęniteat, aliàs queruli, & minima momẽta calumniantes, omnem gratiam corrumpimus, non tantum poſtquam dedimus beneficium, ſed etiam cum damus. 1. de ben. *Sen.*

Inter plurima, maximaque vitia nullũ eſt frequẽtius quàm ingrati animi vitiũ. ib.

Ingratus

Ingratus eſt qui beneficium ſe accepiſſe negat, quod accepit; ingratus qui diſſimulat, ingratus qui non reddit, ingratiſſimus omnium qui obliuiſcitur. 3. de ben.

Beneficijs gratiam nõ referre, turpe eſt, & apud omnes habetur. ib.

Quis ingratum non deteſtatur, omnino ſibi ipſi inutilem? 4. de ben.

Nihil tam humani generis concordiam diſſoluit ac diſtrahit quàm ingratitudo. ib.

Sæpe etiam qui gratiam refert, ingratus eſt, qui non refert, gratus. ib.

Propoſitum eſt & optimi viri, & ingentis animi, tãdiu ferre ingratum, donec feceris gratum. 5. de ben.

Qui in optimis artibus, quæ vitam cõſeruant, aut exornant, ſe nihil plus debere exiſtimat, quàm pepigit, ingratus eſt.

Ingratus non illos, à quibus beneficiũ accepit, afficit iniuria, ſed ſe ipsũ. 7. de ben.

Præcludendæ ſunt excuſationes ingratis, ad quas refugere poſſint, & ſub quibus inficiationem ſuam tegere. ib

Eſt graue ingratitudinis vitium, eſt intolerabile, & quod diſſociet homines, q̃d concordiam, qua ĩmbecillitas noſtra fulcitur, ſcindat ac diſſipet, ſed vſque eò vulgare eſt, vt illud nec qui queritur, quidem effugerit. ib.

Quidam quò plus debẽt, magis oderũt, leue æs alienum facit debitorem grauem inimicum. Epiſt. 48.

Ingratus eſt, qui reddit beneficium ſine vſura.

vſura. Epiſt. 82.

Ingratus torquet ſe ipsũ & cruciat, odit quæ accepit, quia redditurus eſt, & extenuat, iniurias vero auget, & amplificat. ib.

Ingratitudinem vitemus, non aliena cauſa ſed noſtra. Venenum quod ſerpentes in alienam perniciem proferunt, ſine ſua continent, non ita ingratitudinis vitium continetur. epiſt.

Quid eſt eo miſerius, cui beneficia excidunt, & hærent iniuriæ? ib.

Eo productus eſt furor, vt ſit res pericoloſiſſima, magna beneficia, in aliquem conferre: nam quia turpe putat non reddere, non vult eſſe, cui reddat. ib.

Quid iniuſtius, quam non reſpondere beneficijs? aut improbioris exempli quã per ingratitudinem deterrere alios ab officio & a beneficentia? lib. de liber. *Ioan. Pont.*

De Ingenio.

COnſentaneum eſt, ingenia eſſe meliora in genere nobili quàm ignobili. in Alcib. 1. *Plato.*

Ingenium honeſtum & pulchrum ineſt omnibus natura. 1. de part. an. *Ariſt.*

Ingenium nõ eſt in rebus neceſſarijs, ſed rebus difficilibus, in quibus conſilium verſatur, & ob id ingenium eſt in ijſdem rebus, in quibus eſt prudentia, tamen nõ eſt ingenium & prudentia res vna, nam prudẽ- *Auer.*

tia,

mentorum,alimentorumq diuerſitas,diuina ,celum,ſydera,numinumq; poteſtas. ib.

In adminiſtrandis negocijs, & gerendis rebus perficitur ingenium, & honeſtatur vis illa cęlitus nobis indita lib.4.de prud. *Io.Pōt.*

Ingenium cum ſit vis & aptitudo quędā animantibus à natura indita, atq; homini præſertim, videtur nomen eius ex eo ductum, quòd ſit ab ipſa natura nobis ingenitum. ib.

Quibus in hominibus mens ipſa uiget, ineſtque naturale acumen ad rerum naturas cognoſcendas, & ad uitę tum publicæ, tum priuatę adminiſtrationem, eos ingenioſos dicimus. ib.

Inter ingenium & mētem hoc intereſt, quod mens diuina res eſt, cę litusque dela pſa, ingenium uero exiſtit ex ipſa corporis, animæque compage, atque conſtitutione, atque ex humorum, ex quibus conſtamus, temperatura. ij n. plurimū ingenio ualēt, quorum in corde ac ſanguine maior ineſt calor,& agilior. Torpeſcunt illi contra,qui bus ſanguis frigore concretus ſubeſt, multumq. lenteſcit. ib.

Propter diuerſitatem concretionis corporeæ eueniunt tam multæ ingeniorum varietates,vt quot homines,tot etiam ſint ingenia. ib,

De Iniuria.

Magis cauendum eſt, iniuriam facere q̃

 pati

pati, idque uiro præ cæteris omnibus meditandum, non vt bonus videatur, ſed vt re vera ſit bonus publice ac priuatim. in Gor.

Iniuriam inferre eſt maximum omniũ malorum. ib.

Non lege tantum turpius eſt iniuriam facere quam pati, ſed ipſa etiam natura. ib.

Neque viciſcin, neque cuique nocere decet, quodcunque ipſe ab alijs paſſus fueris. in Crit.

Honorandus eſt, qui nullam infert iniuriam, qui vero nec alios id facere patitur, duplici honore, imo etiam magis honorandus eſt 5. de leg.

Feliciter viuentibus hęc in primis neceſſario ineſſe oportet, vt nec ipſi a lijs, nec alij ipſis iniuriam inferant. 8. de leg.

Semper credendum eſt antiquis, ſacriſque verbis, quę nobis ſignificant, animã im mortalem eſſe, iudiceſque habere, & ſupplicia maxima pati, poſtquam à corpore ſeparata fuerit. Quare minus malum exiſtimandum eſt, grauiſſimas iniurias ſuſtinere quàm inferre. ib.

Id nunquam eſt facile, vt qui multa alijs inferunt damna, ipſi non multa ab alijs viciſſim patiantur. epiſt. 7.

Ariſt. Ea nõ eſt appellãda iniuria, quę non infertur animo, ac voluntate iniuria afficiendi. 5. eth.

Aequũ eſt, & iniurias forti animo ferre &

& ratione potius digladiari quàm ferro. 1. Rhet.

Iniuriæ maiores habentur, quæ à maiori iniuſtitia oriuntur. ib.

Illa grauis cenſetur iniuria, aduerſus quam nullum eſt remedium, quia vel difficile aboleri, vel nulla ratione leuari ac elui poteſt ib.

Illud deteſtabiliſſimum uidetur, ſiquis bene de ſe merito iniuriam attuliſſe dicatur, & peccatum duplex, tum quòd offendit, tum quod accepti beneficii gratiã minime refert. ib.

Certamen religioſæ pietatis hoc eſt. Deum agnoſcere, & nemini iniuriam inferre, in Pim. *Merc.*

Iniuriæ acceptæ obliuiſci eſt laudabile ac glorioſum in Euang. *Math.* *Aug.*

Remedium iniuriarum eſt obliuio. epiſt. 95. *Sec.*

Eſt magni animi, iniurias deſpicere. ibid.

Non expedit omnia videre, omnia audire, multę nos iniuriæ tranſeant, ex quibus pleraſque non accipit qui neſcit. ib,

Non vt in beneficijs honeſtum eſt, merita meritis repenſare, ita iniurias iniuriis. ibi.

Eſt magni animi proprium, placidum eſſe ac tranquillum, & iniurias, offenſioneſque ſemper deſpicere. De Clem.

Aequo animo cõtumelię ferendę ſunt. *Ga.*

De cur. an, af.

Lact. Non modo iniuriam inferre non oportet, ſed ne illatam quidem vindicare. De diu inſt.

Alc. Tam magnum malum eſt iniuſtitia, ut iniuriam pati præſtet, quam inferre.

Plut. Qui dimittunt iniurias, quibus affecti ſunt, his, qui contendere, & uincere litigando inſtituerunt, non modo æquitate, & benignitate, ſed etiam animi magnitudine ſunt potiores: & cum de ſuo iure paululũ remiſerint, in pulcherrimis, maximiſque rebus victoriam reportant. De pręcep. reip. ger.

Io. Pic. Beneficium contulit, qui abſtinuit iniuria, quam inferre potuit. lib. 1. Epiſt.

Io. Pōt. Non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam, magni ſunt animi. lib. 1. de Obed.

Omnino magni eſt animi, obliuiſci iniuriarum, atque ubi res tulerit, præter ſpem atque opinionem illis adeſſe, cum quibus ſimultates intercedunt, aut aperta etiam odia. Quo tempore beneficium ipſum uidetur eo maius, quo minus expectatum, eo acceptius, quo minus debitum. lib. de beneficen.

Quid indignius, quàm iniuriarum perpetuam habere memoriam, vulneraque refricare poſt obductam etiam cicatricem? lib. 1 de magn.

Ira ipſa, libidoque vlciſcendi nunquam tanta eſſe debet, ut naturæ obliuiſcamur, humanæque ſocietatis; nihil enim tanto-

pere

pere ad immanitatem impellit & raptat, quàm reponendæ uin dictæ auiditas. lib. de Imman.

De Inuidia & Odio.

ODium tunc maxime contra homines oritur, cum alicui nimium credimus abſque arte, putamuſque ipſum omnino uerum, ſincerum, fidumque virum eſſe, poſtea prauum infidumque deprehendimus, rurſuſque alium eodem pacto. Itaque quando quis ſæpius offenſus ita decipitur, præſertim ab his, quos familiariſſimos exiſtimabat, odit tandem plurimum vniuerſos, putatque nihil omnino apud quemquam eſſe ſincerum. in Phed. *Plato.*

Inuidus dum cęteris derogando pręſtare putat, ipſe minus recte ad veram tendit virtutem, & competitores iniuſta uituperatione tardiores efficit. ideoque vehemens acquirendæ virtutis ſtudium è ciuitate tollens, ipſam pro virili parte gloriæ amplitudine priuat. 5. de leg.

Inuidum vituperare debemus, quia ſpõte nihil boni cæteris conferat. ib.

Inuidia eſt dolor, quem quis propterea capit, quód multis bonis abundare intelligit aliquos ſibi pares, nec ſua aliqua cauſa, ſed illius odio cui inuidet. 2. Rhet. *Ariſt.*

Si inuidere ſolent, quibus parum deeſt, quo minus omnia conſequuti uideantur: ex quo fit, vt qui res magnas & arduas gerunt, quibuſq; feliciter omnia contingunt; inuideant plerunque ſucceſsibus aliorum, quaſi præripientium ea quæ ipſi tantum ſibi debere atbitrantur. ib.

Qui cupidi ſunt honorum, ſunt magis inuidi, quàm qui ab illa ambitione ſunt alieni. ib.

In quo quiſque laudem & cõmendationẽ magna ſolicitudine quærit, in eo ſolet inuidus eſſe. ib.

Si præcipue tabeſcunt inuidia, qui humili ſunt animo, & abiecto, quod ijs minima quęque magna ac pręſtantia uideantur. ib.

Aug. Tolle inuidiam, & tuum eſt, quod habeo: tolle inuidiam, & meum eſt, quod habes. iu Euang. Ioan.

Sen. Importunum malum eſt inuidia, quæ nos exagitat, dum comparat: hoc mihi præſtitit, ſed illi plus, ſed illi maturius; & dein de nullius cauſſam agit, contra omnes ſibi fauet. 2. de ben.

Inuidia uiris optimis telum eſt pernicioſum, inopinantes ſecuroſque diſiecit procellę more, quę in ipſa ſereni fiducia ſolet emergere, aut ſubiti fulminis, ad cuius ictum etiam uicina tremuerunt. Epiſt. 75.

Inuidia ſemper eſt inimica alienis ſucceſſibus. De Conſol. ad Pol.

Quem

Quem diuitiæ, gloria, aut aliorum pulchritudo urit, is inuidus eſt, nam moleſte fert res aliorum ſecundas. De Aud. *Plut.*

Inuidia cum liuore quodam & maleuolentia nullam ad rem vtiliter adhibetur, ſed omnibus bonis eſt impedimento. ib.

Iis magis inuidemus, quos ad virtutem recto tramite progrediẽtes intuemur. De od. & inuid.

Quemadmodum cantharides lætioribus frugibus, & recentioribus roſis maxime innaſcuntur, ita inuidia eos præcipue tangit, qui boni ſunt; & qui in uirtute & gloria proficere uidentur. ib.

Qui deiicitur animo, penituſque liuore contabeſcit, propterea quod credit, ſe ab inimico ſuperari, uel in gerendis magiſtratibus, uel in agendis cauſſis, uel gratia & auctoritate apud amicos, aut optimates, ac non potius conatur aliquid, & æmulatur, hunc ocioſa quædam, & iners habet inuidia. De vtil. capit. ab inim.

Odium naſcitur, cum opinamur, eum quem odio habemus, malum eſſe, aut in vniuerſum, aut quoad nos attinet, De Od. & inu.

Omnes facile oderunt, quod timent. ib. *Gal.*

Inuidia eſt dolor, qui oritur ex alieno bono. De cogn. & cur. an. af.

Inuidia eſt omnium vitiorum fœdiſſima.ib.

Lact. Cupiditatibus & voluptatibus dediti inuident ei, qui virtutem conſequi potuit, & inique ferunt, aliquem id habere, quod ipſi habere nequeunt. De vero cultu.

Summum humani generis vinculum eſt humanitas, quod qui diſſoluerit, nefarius ac parricida exiſtimandus eſt. Nam ſi ab vno homine omnes orimur, certe conſanguinei ſumus, & hac de re maximum ſcelus putandum eſt, odiſſe hominem etiam nocentem.ib.

Marſ. Aliorum inuidia ab eo ſuperatur, qui virtute omnium opinionem ſuperat.lib.1. Epiſt.

Detractores prius ſibi ipſis quàm cæteris detrahunt, nam ſtatim detractorum & inuidorum nomen aſſequuntur.ib.

Si inuidorum iniuria vlciſci volumus, curandum eſt, vt quotidie magis nobis inuideant. lib. 2. epiſt.

Io.Pōt. Proſequimur odio turbulentos ciues, & inquietos, & quorum etiam vim timemus atque iniurias, quoſque aduerſari rebus noſtris aut ſcimus iam, aut etiam ſuſpicamur.lib.2.de prud.

De ioco & riſu.

Plato. IN nimium riſum profuſos eſſe minime decet, vehemens enim mutatio riſum ſe-

ſequitur. 3. de Rep.

A primis annis pueri in iocis honeſtis exercendi ſunt:nam ſi iocis minus decenti bus aſſueſcunt, nunquam legitimi,probique viri euadere poterunt.4 de rep.

A nimio riſu & lachrimis abſtinendum eſt,& omnibus pręcipere oportet,vt nimia lætitia,ac triſtitia compreſſa, in habitu honeſto ſe contineant.5.de leg.

Ioco quidem vti licet ſic, vt ridiculum abſque ira dicatur.ij.de leg.

Iocus relaxationis cauſſa eſſe dét.4.eth.

Iocus eſt neceſſarius in vita.ib. *Ariſt.*

Qui cum moderatione iocatur, comis dicitur.ib.

Qui riſum mouent magis quem oporteat,ſcurræ dicuntur, & moleſti ſunt: nam riſum ſequuti,magis cogitant,quemadmodum illum mouere poſſint,quàm quemad modum honeſte loquantur, nec quemquam offendant.ib.

Qui nec dicunt aliquid iucundum, nec alios dicere patiuntur,rudes,& agreſtes videntur.ib.

Qui iocatur in aliquem,recte iocatur,ſi dicit ea,quæ decent ingenuum.ib.

Cum ludus atque omnis relaxatio animi, riſus item & iocus inter res feſtiuas iucundaſque habeantur; neceſſe eſt iucunda quoque eſſe ridicula & iocularia omnia hominis dicta ac facta. 1.Rhet.

Pergrata eſt illorum conſuetudo, qui iocis tũ ſalſe & commode inferendis, tum

facile & æquo animo perferendis, dexteritate quadam ingenij, habilitateq; & comitate excellunt: quia eodem properare, ac tendere, quo amici videntur ij, qui & dictum excipere, & perpeti leniter poſſunt, & contra vrbane ac venuſte ſalem inurere. 2. Rhet.

Aug. Riſus frequens mores corrumpit. De temp. ſerm. 97.

Sen. Iocos nonnunquam ſerijs miſcebis, ſed temperatos, ac ſine detrimento dignitatis ac verecundię. *De* quat. viræ.

Riſus reprehendendus eſt, ſi erit immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus. ib.

Si ipſos iocos exigis, hoc cum dignitate ſapientiæ gere, ne tanquam aſperum te accuſent, aut tamquam vilem te contemnant. ibid.

*F*ugienda eſt ſcurrilitas, grataque vrbanitas ſeruanda. ib.

Sales debent eſſe ſine mordacitate, ioci minime viles, riſus autē ſine cachinno. ib.

Riſus aut ſuperbus, aut clarus, aut malignus, aut furtiuus, aut alienis malis euocatus, hominē in odium adducit. De mor.

Plut. Non alienum eſt ab oratione ciuili, cauillo nonnunquam vti, atque interdum ridiculo, modo non ad contumeliam fiat, neque ſcurriliter. in Pol.

Morſu omni contumelia carente aliquē petere per luſum & comitatem, dummodo id fiat hilari animo, exporrectaq; fron-

te,

te, iocoſum quidem eſt, argutum & homine libero dignum. De off. aud.

Seria iocis temperare oportet, vt & iocantes ſerium aliquid ſectentur, & ſeria agentes animum relaxent. In Symp.

Ingenijs eorum, quibuſcum agimus, & moribus conſideratis, iocis vti oportet, idq; eniti, vt abſque moleſtia, & cum gratia colloquamur. ib.

Si gratioſe, & eleganter iocantur, qui opportunitatem norunt, & obſeruant. ib.

Ludos & iocos non ſine liberali ſermone obire debemus. ib.

Licet ioco & riſu aduerſus amicos vt cũque vti, ſed libertas in dicẽdo ſeria eſſe debet ac modeſta. De diſcr. adul. & am.

Nubem quippe ſerenitati inducit, qui inter iocos & hilaritatem orationem inducit, quæ ſupercilių̃ attollat, & vultus ſeueritatem afferat. ib.

Quoniam hominum uita cum corporis, tum animi laborum plena eſt ac moleſtiarum: idcirco poſt labores ceſſatio quęritur, in qua relaxetur animus, atque inter moleſtias iocus. Natura enim duce ad requiem trahimur ac uoluptatem. lib. 1. de ſerm. *Io. Põt.*

Ioci non ſolum digni eſſe debent dictu, ſed etiam auditu, ne aut ridiculum faciãt dicentem, aut contemnendum, aut moleſtia afficiant auditores, cum ex iocis relaxatio non moleſtia quęratur. lib. 3. de ſerm.

Agreſtis eſt viri tum abhorrere adicendis facetijs, & a iocando, tũ etiam ab audiendis, quæ cum iucunditate dicantur. ib.

Qui neque in dicendo, neque in iocando, aut tempus, aut locum, aut dignitatem ſeruant, inepti dicuntur. ib.

Eſt faceti hominis proprium in dictis factiſque, in ſerijs ac iocis, in dicendo & audiendo quæ ad recreationem ſpectent, animorumque relaxationem, mediocritatem ſequi, ex qua id aſſequitur, vt facetus ipſe iure ſuo & ſit, & habeatur, ib.

Ioci ſuapte natura iucunditatem pariunt, curas ſedant, & animos tranquillos reddunt. lib. 4. de ſerm.

Vt ſerijs, quæ ad vſum ſpectant, quędam tamen regula ac norma à ratione conſtituta eſt: ſic iocoſa, quę ad iucunditatem, quodam etiam fræno ſunt tamquam præſepibus alliganda ib.

Facetum hominem plurima comitate aſperſum eſſe oportet, quod ipſarum facetiarum eſt condimentum ib.

Vir facetus in iocando eſt ſuauis & hilaris, vultu placidó, & ad refocillandum compoſito, in reſpondendo gratus, in motu vrbanus, a ſcurrilitate abhorret vt à ſcopulo; obſcęna etiam fugit. lib. 6. de ſerm.

De

De Ira.

Vir etiam prudens iraſcitur, eo tamen pacto, vt eius affectus dulcior ſit melle. in Phil. *Plato.*

Ira ſępe naſcitur ex ignorantia iudicandi, in Euthyp.

Ira eſt inexpugnabilis & inuicta, qua pręſente omnis anima eſt ad omnia intrepida & inuict. 2. de Rep.

Ira nonnunquam pugnat aduerſus concupiſcentiam. 4. de Rep.

Qui iraſcitur quibus, & quando non oportet, ſe ipſum deſtruit. 4. eth. *Ariſt.*

Acerbi dicuntur, qui iraſcuntur, quibus non oportet, & magis quàm oporteat, & longiori tempore infenſi ſunt. ib.

Ira fit cum dolore, quare non utitur ratione. S, Pol.

Fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ, & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium unà oderunt. 7. Pol.

Iracundi quãuis celeriter iraſcantur, celeriter etiam ab ira deſiſtunt. ib.

Nos iraſci ſolemus, non pro ijs tantum, quæ corpus patitur, ſed pro ijs etiam quę homines nobis chari patiuntur, atque omnino eorum cauſſa, quæ indigne aut nobis, aut noſtris inferri putamus. En. 4. *Plot.*

Iraſcendi & appetendi uires in naturam abeunt, ratione carente in Pim. *Marc.*

Ira nil aliud eſt quàm ulciſcẽdi libido, *Aug.*

quam-

quamuis nonnunquam homo, ubi uindictæ nullus eſt ſenſus, etiam rebus inanimatis iraſcatur. 14. de Ciu. Dei.

Ira cum diu perſeuerauerit, fit odium, cum odium fiet, iam homicida es. in Pſ. 25

Iram vincere, plus eſt, quàm ciuitatem capere. in Pſal. 92

Turbari & iraſci, bonorum & malorum cõmunis eſt conditio, ſed in ira perſeuerare diabolicum eſt. Ad fratres in her.

Fugienda eſt ira, quę rationem ſuffocat, menſuram iuſtitiæ ignorat, amicitias rumpit, facile animo pacem aufert, ſapientiam calcat, ſapientes in inſaniam adducit, ſolem iuſtitiæ neſcit, caſtitatem penitus tollit, & grauitatem in paſtoribus dilacerat. ib.

Sen. Vt ſcias inſanos eſſe, quos ira poſſedit, illorum habitum intuere. Nam ut furentium certa inditia ſunt, audax & minax vultus, frons triſtis, torua facies, citatus gradus, manus inquietæ, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria: ita iraſcentium eadem ſunt ſigna. Flagrant & micant oculi, multus ore toto rubor, exæſtuante ab imis præcordiis ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac ſubriguntur capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, gemitus mugitusque, & parum explanatis uocibus ſermo prçruptus, humus pulſata pedibus, & totum concitum corpus, fœda & viſu horrenda facies deprauantium ſe atque intume-

tumeſcentium. lib. de *Ira*.

Cætera licet abſcondere, & in abdito alere. Ira ſe profert, & in aciem exit, quantoque maior eſt, hoc efferueſcit manifeſtius. ibid,

Vt in præceps datis corporibus nullum ſui arbitrium eſt, nec reſiſtere, morariue deiecta poſſunt, ſed conſilium omne irreuocabilis præcipitatio abſcidit; ita animus, ſi in iram, aliosque ſe proiecit affectus; non permittitur reprimere impetũ, rapiat illum oportet, & ad imum agat ſuum pondus, etiam vitiorum natura procliuis. ib.

Ira eſt breuis inſania: æque enim eſt impotens ſui, decoris oblita, neceſſitudinis immemor, in quod cæpit pertinax & intenta, rationis conſilijſque præcluſa, varijs agitata cauſſis; ad æquitatem & veritatem inhabilis, & ſimillima ruinis, quæ ſuper id franguntur, quod oppreſſerunt. ib:

Nullum eſt animal tam horrendum, tamque pernicioſum natura, vt non appareat in illo, ſi ira inuaſit, nouæ feritatis acceſſio. ib.

Homo in adiutorium mutuum generatus eſt, ira in exitium, ille vult congregare illa diſpergere, hic prodeſſe, illa nocere, hic etiam ignotis ſuccurrere, illa etiã cariſſimos perdere. ib,

Danda eſt opera, ne incidamus in irã, nã ſi nos transferre cæpit, difficilis eſt ad ſalutem

ſalutem recurſus, quoniam nihil rationis eſt, vbi ſemel affectus eſt inductus, & illi ius aliquod uoluntate noſtra datum eſt; faciet quantum uolet, non quantum permiſeris. In confinibus hoſtis arcendus eſt, nã cùm intrauit, & portis ſe intulit, modum à captiuis non accipit. ib.

Ira non eſt vtilis, ne in bello quidẽ, prona eſt enim in temeritatem, & dum pericula vult inferre, non cauet. ib.

Nullus affectus eſt magis uindicandi cupidus quàm ira, & ob id ipſum ad uindicandum inhabilis, rabida & amens, vt omnis ferè cupiditas ipſi ſibi in id, in quod properat, opponitur. Itaque nec in pace, nec in bello vnquam bona fuit pacẽ enim ſimilem belli efficit, in armis vero obliuiſcitur, mortem eſſe communem, uenitque in alienam poteſtatem, dum in ſua non eſt. ib.

Corrigendus eſt qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & aſpere, meliorq; tam ſibi quàm alijs faciendus, non ſine caſtigatione, ſed ſine ira. Qui enim iraſcitur, cui medetur? ib.

Nihil minus punientem decet, quàm iraſci. ib.

Cum ira ſit animi delictum, peccantem non oportet peccata corrigere. ib.

Ratio id iudicari vult, quod æquũ eſt: ira id ęquum videri vult, quod ipſa iudicauit. ib.

Habet iracundia hoc mali, non vult re-

gi, iraſcitur ipſi ueritati, ſi cõtra uoluntatẽ ſuam apparuerit.ib.

Non habet ira cui inſiſtat, non ex firmo manſuroque oritur, ſed uentoſa & inanis eſt, tantumque abeſt ab animi magnitudine, quantum á fortitudine audacia.ib.

Ira eſt vitium maxime muliebre, ac puerile. ib.

Iracundiæ comes eſt triſtitia, & in hanc omnis ira vel poſt pęnitentiam, vel poſt repulſam reuoluitur.ib.

Nihil magis facit iracundos, quàm mollis educatio & blanda. ib.

Felicitas iracundiam nutrit, ubi ſuperbas aures aſſentatorum turb circumſtetit. ibi.

Stultum eſt ijs iraſci, quæ iram noſtram nec meruerunt, nec ſentiunt. ib.

Aut rerum ignorãtia, aut inſolentia nos iracundos facit. ib.

Quale intra pectus putas eſſe irati animũ, cuius extra imago tam fœda eſt? q̃ illi intra pectus terribilior vultus, acrior ſpiritus eſt, intenſior impetus rupturus ſe, niſi eruperit? Quales ſunt hoſtium, vel ferarũ cędc madentium, u el ad cędem euntium aſpectus, qualia poetæ inferni monſtra finxere ſuccincta ſerpentibus & igneo flatu, quales ad bella excitanda, diſcordiamque in populos diuidendam, pacemque lacerandam teterrimæ inferni furiæ exeunt, talem nobis iram figuremus.ib.

Cætera

Cætera vitia impellunt animos, ira præcipitat.ib.

Sępe ad nos ira uenit: ſępe nos ad illam, quę nunquam accerſenda eſt, etiam cum incidit, reiiciatur.ib.

Maximum iræ remedium eſt dilatio, ut primus eius feruor langueſcat, & caligo, quæ mentem premit, aut reſideat, aut minus denſa ſit.ib.

Si iram uincere non potes, illa te uincet. ib.

Ferarũ mehercule, ſiue illas fames exagitat, ſiue infixum uiſceribns ferrum, minus tetra facies eſt, etiam cum uenatorem ſuum ſemianimes morſu ultimo petunt, quàm hominis ira flagrantis. ib.

Quemadmodum aduerſus peſtilentiam nihil prodeſt firmitas corporis, & diligens valetudinis cura, promiſcue enim imbecilla robuſtaq; inuadit; ita ab ira tam inquietis moribus periculum eſt, quam compoſitis & remiſſis, quibus eo turpior eſt, ac periculoſior, quo plus in illis mutat.ib.

Plut. Quemadmodum illi, qui ſeſe una cum ipſis ędibus incendunt, ita ira tumultu, fumo, & caligine intus omnia replet, ut nec videre poſſis, nec eos audire, qui ſubuenire cupiunt. De cohib. ira.

Ira aſſidua ac frequens habitum peruerſum gignit in animo, quem appellant iracundiam, huc tandem deducens hominẽ, vt facile commoueatur, vt ſit amarulentns ac moroſus.ib.

Vt

Vt incendium extinguit, qui non addit materiam, ſic & iram, quiſquis non aluit naſcentem, nec eam flatu concitauit, ſe ipſum ſeruauit, ac ſubtraxit incendio. ib.

Eſt quoddam initium iræ diſſoluendę, ſi illi imperanti non obtemperas, vt uocem extollas, ut truci ſis aſpectu, ut cędas te ipſum: ſed ſi quieſces, nec iram clamore reddes vehementiorem. ib.

Nihil eſt, quod ira non inuadat, & in quod impetum non faciat, ſed iraſcimur inimicis, & amicis, liberis, ac parentibus, etiam diis, denique beſtiis, & anima carentibus. ib.

Iraſcentium lingua poſtquam facta eſt ſordida, ac diffluens in ſermones abſurdos, emittit ſermonem ferocem & contumelioſum, immedicabilis inimicitiæ parentem, ac latentis maleuolentiæ proditorem. ib.

Maximę eſt prudentię, hominem ad irã procliuem, naturaque aſperum & iracundum ſe ipſum non ignorare, ſed cauere ſibi, & euitare cauſſas iraſcendi, eminuſque ſe ratione pręmunire, ne uel inuitus in eam perturbationem delabatur. De aud. poe.

Ardua res eſt, iram compeſcere. ib.

Quod furore, & ira corruptum eſt, facile frangitur, eſtque putridum. ib.

Si quis ad iram propenſus eſt, & ingenium habeat irritabile & aſperum, idq; nõ ſine periculo, cum hoc eũ minime lateat,

obſeruetque cauſſas omnes de quibus ſuſpicetur, ratione prius diu præſumpta, ne inuitus in eum incidat affectum. non ne maximæ prudentiæ hoc præbet argumentum? ib.

Quemadmodum equis in ipſo curſu nemo inijcit frænum, ſed multo ante: ita qui in iram ſunt animo præcipiti, & ad res moleſtas facile irritabiles, quibuſdam rationibus multo ante præſumptis, in certamen ſunt producendi: ib.

Eſt hominis modeſti ac prudentis, iram & inimicitias vitare. in Symp.

Gal. Ira eſt veluti feruor caloris in corde. lib. 2. de ſan. tu.

Iraſcentis impetus nihil ab inſania differt De cogn. & cur. an. af.

Iracundia igneum reddit calorem innatum. De An. mor. & corp. temp.

Iracundia eſt veluti feruor quidam, ac motus vehemens potentiæ iraſcibilis, quæ in corde locata eſt. De dif. feb.

Auic. Ira excitat animæ calorem, & interdum eſt cauſſa, vt corpus detrimento afficiatur. Tract. 1. 1. par. can. cant.

Lact. Tres ſunt affectus, qui homines ad omnia facinora præcipites agunt. Ira, cupiditas, & libido. Propterea poetæ tres furia eſſe dixerunt, quæ mentes hominum exagitant: ira vltionem deſiderat, cupiditas opes, libido voluptates. De vero cultu.

Marſ. Optimum eſt ac tutiſſimum, nunquam iraſci: quoniam nil aliud eſt ira inflammatio

quàm

quàm ebrium & inſanum fieri. lib. 5. epiſt.

Ira cum vehementior fuerit, hominem ita præcipitem agere conſueuit, vt eum in ſui ipſius obliuionem inducat. lib. de imman. *Io. Pät.*

De Iuſtitia & iniuſtitia.

QVi iniuſte vixerint, diuinitatis expertes, in tenebras intuentes, ſimilia tenebris opera, quemadmodum neceſſe eſt, facient, ſe ipſos penitus ignorantes. in Alcib. *Plato.*

Idem eſt iuſtitia, quod ſanctitas, aut inuicem quàm ſimillima, vt maximę omnium talis ſit iuſtitia, qualis ſanctitas, & qualis ſanctitas, talis ſit iuſtitia. in Bot.

Quiſquis vel iuſtitiæ vel pudoris eſt expers, tamquam peſtis quędam ciuitatis, vltimo ſupplicio afficiatur. ib.

Omnibus prodeſt communis iuſtitia & virtus. ib.

Vir iuſtus neminem lędit, ſed in omnibus vnicuique prodeſt. in Clit.

Qui punitur, dum iniuſtitiæ dat pęnas, iuſta patitur, in Gor.

Sanum eſt in ordinatione corporis, ex quo in ipſo fit ſanitas, & alia corporis virtus, legitimum vero & lex eſt in ordinatione animi, vnde legitimi fiunt homines atque decori. idque eſt iuſtitia ac temperantia. ib.

Hic eſt optimus viuendi modus, vt iuſtitiam in omni vita exerceamus. ib.

Quicumque multas inuenerit in ſua vita iniquitates, ex ipſo ſomno tamquam puer excitatus extimeſcit, & peſſima in ſpe viuit: qui autem iuſte ac ſanctè vitam degit dulcis eum ſpes comitatur, cor nutriens, ſenectutemque fouens. 1. de Rep.

Iniuſtitia parit ſeditiones, inimicitias, & contentiones: iuſtitia vero concordiam, & amicitiam. ib.

Iniuſtitia eſt omnium malorum maximum, quotcumque ſuſtineat animus: iuſtitia vero eſt maximum bonum. 2. de Rep.

Callidi homines & iniqui, perinde faciunt ac curſores illi, qui ab inferioribus bene currunt, a ſuperioribus minime. Nam primo celeriter exiliunt; riſum denique reportant, auribus demiſſis, & ſine corona diſcedentes. Veri autem curſores ad finem perueniunt, adeptique premium coronantur. Viris iuſtis idem ſimiliter vt plurimũ accidit, nempe in fine cuiuſque actionis, conſuetudinis, & vitæ probantur, muneraque ab hominibus referunt. 10. de Rep.

Viam ſemper ad ſuperiora ducentem ſequamur, & iuſtitiam omni ratione colamus, vt & nobis ipſis, & dijs amici ſimus. ib.

Sanum eſſe, videre, & audire, & omnia facile ſentire, & viuere etiam immortalem peſſimum eſt, ſi cum horum omnium poſſeſſione vixeris expers iuſtitię. 2. de leg.

Iniuſtitia & intemperantia vna cum imprnden-

prudentia nos corrumpunt: iuſtitia vero ac temperantia cum prudentia ſalutem nobis afferunt. x. de leg.

Iuſtitia eſt habitus, ex quo ad agendum res iuſtas homines idonei efficiuntur, ex quo iuſte agunt, & iuſta volunt. ib.

Iniuſtitia eſt habitus ille, ex quo homines agunt iniuſte, & iniuſta volunt. ib.

Iuſtitia omnes virtutes morales complectitur. ib.

Iuſtitia eſt virtus perfecta: nam qui eam habet, non ſolum ſecum, ſed cum alijs etiã virtutẽ vti poteſt. ib.

Iuſtitia non eſt pars virtutis, ſed tota virtus. ib.

Iniuſtitia nõ eſt pars malitię, ſed tota. ib.

Ii magis iniuſti ſunt, qui occultas inſidias parant, quàm qui apertas. 7. eth.

Virtutes omnes neceſſario iuſtitiam ſequuntur. 3. Pol.

Nihil magis alienum eſt à iuſtitia quàm hominem interficere. *Pyth.*

Omnium virtutum ſumma, & quaſi theſaurus eſt iuſtitia, ad quam veluti ad ſignũ ſpectant, & in qua omnes comprehenduntur.

Quuemadmodum ſol eximiò ſuo ſplendore omnium ſiderum claritatem obtenebrat, ita iuſtitiæ ſplendor omnibus virtutibus antecellit.

Nihil Deo ſimilius homine iuſto.

Remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi ſumma latrocinia? 2. de Ciu. Dei. *Aug.*

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUELE III ROMA

Vbi non eſt iuſtitia;ibi nec reſpublica eſſe poteſt,nec populus.19.de Ciu.Dei.

Pulchritudo iuſtitię ſuos amatores inflammat.in.Pſal.32.

Iuſtitia eſt omnium virtutum comes. Ad fra.in her.

Quid eſt iuſtitia niſi tacita naturę conuentio,in adiutorium noſtrum inuenta? De quat.virt.

Iuſtitia non noſtra conſtitutio, ſed diuina lex eſt, & vinculum ſocietatis humanę. ib.

Amabilis eris Deo,ſi in hoc illum imitaberis, vt velis omnibus prodeſſe, & nulli nocere; & tunc te virum iuſtum appellabunt omnes,ſequentur,venerabuntur,& diligent.ib.

Iuſtus vt ſis,non ſolum non nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis: nam nil nocere non eſt iuſtitia, ſed eſt alieni abſtinentia. ib.

Plut. Quemadmodum Deus in cœlo ſolem pulcherrimum ſui ſimulacrum, quod ſe ceu ſpeculo referat, oſtendit his qui per ſe illum intueri poſſunt, ita in virtutibus iuſtitię lucem, huiuſque rationem velut imaginem conſtituit. De doct.princ.

Iuſtitia eſt medicina animæ & ars omnium maxima. De his qui à num.pun.

Lact. Vitijs deditis, & inique viuentibus amara ſunt præcepta iuſtitiæ. De fal.rel.

Sicut ignis ardere, & viuere non poteſt, niſi aliqua pingui materia teneatur,iniqua

habeat

habeat alimentum, ſic animi materia, & ei bus eſt iuſtitia, qua tenetur ad vitam. ib.

Iuſtitia eſt mater omnium uirtutum. ib.

Tanto quiſque eſt ſublimior, quanto eſt iuſtior. De fal. ſap.

Tanta eſt vis iuſtitiæ, vt cum oculos in cęlum ſuſtulerit, a *Deo* omnia conſequãtur. ib.

Nihil eſt tam præclarum, & nihil tam homini conuenit, quàm homines ad iuſtitiam erudire. De uero cultu.

Primum iuſtitiæ munus eſt, coniungi cũ Deo, ſecundum cum homine. ib.

Iuſtitia eſt uis quædam, per quã animæ uires ſibi inuicem conſonant, & unaquęq; ſecundum dignitatę proprio munere fungitur. De Phant. & intel. *Alcin.*

Siquis optime ſciuerit, quàm optimum bonum ſit iuſtitia, & quàm magnum pręmium expectet: & contra, quàm magnum malum ſit iniuſtitia, & quantum ſuppliciũ huic debeatur, is proculdubio iniuſtitiam fugiens, iuſtitiam complectetur. in Plat. *Mar.*

Iniuſtus etſi cuncta bona, quæ ab hominibus habentur, poſſidet, eſt infelix, quamdiu ita uiuit, & ei utilius eſſet mori quàm uiuere. ib.

Omniũ vitiorum peſſimum ac deterrimum eſt illud, quod aduerſus naturã maxime nititur, & à ratione quàm longiſſime abeſt. Nititur autem aduerſus naturam illud maxime, quod eſt contra uniuerſam humani generis communitatem, ac recto- *Io. Pet.*

rē eius, id aūt eſt iniuſtitia. lib. 1. de Obed.

Qui iuſte erga hoīes ſeſe hēt, erga Deū quoque ipſum pie, reuerenter, religioſeq; ſe ſe habeat, neceſſe eſt. lib. 1. de prud.

De labore & ocio.

Corporis habitus ocio ac torpore corrumpitur, exercitatione uero ac motu plurimū conſeruatur, animę quoque habitus diſciplina & meditatione, quę motiones ſunt, doctrinam conſequitur, & perficitur, ocio autem hoc eſt negligentia & pigritia, nihil penitus diſcit, & ſiquid didicerit, obliuiſcitur. in Theæt.

Plat.

Ocioſi in quacunque fuerint ciuitate, eā perturbant, quemadmodum bilis, & pituita corpus 8. de Rep.

Quis à laboribus originem trahit, & à turpi ocio & negligentia labores naſci ſolent. 6. de leg.

Nihil exercitationis corporeæ, nihil doctrinarum animi & morū propter alia negocia negligendum eſt, tota enim dies, totaque nox iſta diligenter curanti vix ſatis eſt, vt ea prorſus aſſequatur. Quare ordo totius tēporis liberis hominibus ab ortu ſolis perpetuus ad alterum ſolis ortum habendus eſt. 7. de leg.

Ridiculum eſt, fruſtra aliena in re ſumpſiſſe laborem, nec aliquid ſtabile fundaſſe. 12. de leg.

Ariſt. Quod maiori labore acquiritur, magis diligitur. 9. eth.

Tem-

Tempore pacis & ocij homines petulá tes euadunt. 7. Pol. (Pol.

Qui laborant, relaxatione indigent. 8.

Quicquid eſt ociosum, eſt imperfectum. in Pim. *Mer.*

Ocium nomen profecto uanum nullis in mundi partibus reperitur. ib.

Ibi labor, ubi multa quæruntur, & diliguntur. Epiſt. 45. *Aug.*

Laboris ſolatiũ eſt ſpes præmij. Ep. 199.

Si uis ſuſtinere laborem, attende mercedem. in Pſol. 36.

Ad ea, quæ ſunt præſtantia, non niſi labore peruenimus. in Euang. Matth.

Ocium nil aliud eſt, quàm uiui hominis ſepultura. Ad fra. in her.

Turpiſſima eſt iactura, quæ fit per negligentiam, & ſi uolumus attente conſiderare, magna pars uitę elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Epiſt. 1. *Sen.*

Inter ſe iſta miſcenda ſunt, & quieſcenti agendum, & agenti quieſcendum eſt. cum rerum natura delibera, illa tibi dicet, ſe & diem feciſſe, & noctem. Epiſt. 3.

Dãdũ eſt aliquãdo interuallũ animo, ita tamẽ ne reſoluatur, ſed remittatur. ep. 15.

Non eſt uir ſtrenuus ac fortis, qui laborem fugit. epiſt. 22.

Labor nutrit animos generoſos. epiſt. 31.

Non eſt uiri timere ſudorem. ib.

Nihil tam certum eſt, quàm ocii uitia negotio diſcuti. epiſ. 57.

Ocium ſine literis mors eſt, & uiui hominis ſepultura. epiſt. 83.

Nemo vllum auferat diem, nihil dignũ tanto impendio redditurus. De Tranquil.

Omnis labor aliquò referatur, & aliquò reſpiciat. ib.

Quorundam non ocioſa vita dicenda eſt, ſed deſidioſa occupatio. De bre. vi.

Non ſemper in actu ſis, ſed interdum animo tuo requiẽ dato, & requies ipſa plena ſit ſapientię ſtudiis, & cogitationibus. Nam prudens nunquam ocio marcet; habet aũt aliquando animum remiſsum nuñ quã ſolutum. De mor.

Plut. Quod eſt natura præſtantius, eo magis ſi per ocium & negligentiam omiſſum fuerit, perditur. De lib. educ.

Laboris condimentum eſt ocium, idque non modo in animatibus, ſed etiam in his, quæ anima carent, fieri videmus; arcus. n. lyraſq; remittimus, vt tendere poſſimus; & ſummatim corpus quidem indigentia ac repletione, animus vero relaxatione ac labore conſeruatur. ib.

Sin. Res magnę ac ſplendidę laboribus parantur. Aduer. ſto.

Non ſolum virtutes, ſed cętera quoque præclara ſudore ab hominibus comparantur. De ſom.

Gal. Ignauia robur diſſoluit. li. 6. de locis af.

Marſ. Grauiores ſunt animi labores, quàm corporis. in Plat.

Io. Pot. Labores improbandi non ſunt, quoniã

ad agendū naſcimur, nec niſi agendo virtutem & felicitatem aſſequi poſſumus. Nulla etiam de minoribus vel artibus vel diſciplinis abſque labore, aut comparari, aut cõparata diutius retineri poteſt, ſine multa etiam exercitatione. lib. 1. de fortit.

Si quiſpiam in tanto conſtituatur ocio mentis & corporis, vt nihil omnino ei ſit cogitandum, ac ne piantula quidem ei mouenda ſit pedis, quid erit homine hoc miſerius? qui ne hominis quidem nomine cẽſetur appellandus. ib.

Vehementer grati, ac iucundi ſunt labores, cum finem pertigerint, qui quidem ſit plenus honeſtiſſimæ voluptatis. ib.

Mollis atq; imbecilli eſt animi laborioſa ac moleſta vitare velle, quodque pulchrum eſt toleratu, non modo nolle perpeti, verum quod laborioſum eſſe appareat, prorſus recuſare, & ſponte etiam fugere. ib.

Vt agrum, quamuis vbere ſit ſolo, prudens tamen agricola ceſſare patitur, qui tamen ſi diutius ceſſet, ſentibus, fructicibuſque obſitus ſquallet, ſic vbi animũ ocio nimio torpore patiemur, efficitur, vt iure illa in nos dicantur. Pluma Sardanapali. Epicuri de grege porcum, & ſiq ua dici, aut fingi poſſint indigniora opprobria. lib. de Princ.

Ocium aduerſatur negocio, voluptas mala labori, quia actionum omnium eſt comes. lib. 1. de Prud.

Temperare appetitum libidinis, ſedare dolores, nonne eſt in primis difficile? quod difficile, nunquid nō & laborioſum & graue? itaque labores qui tollunt, & honeſtas, & preclaras actiones tollunt, quæ ſunt ipſius humanę uitę fructus, tollunt denique & uirtutem, & laudem, & gloriā, quæ quaſi lux quædam & actiones illuſtrat, & ipſos auctores. ib.

Omnis ceſſatio ab agendo turpis, niſi quæ relaxationis & quæ reparandarum uirium gratia, perinde ut ſomnus ipſe, quia natura tributus eſt, ut per eum ceſſetur a laboribus, ad quos poſtea fiat reditus recētiori cum uigore, & robore. 16. ib.

Qui in ocio, atque in ſolitudine procul à negociis deſides ac marceſcentes uiuūt, non ne naturales illos igniculos, quib⁹ ad agendū atq; in ſocietate uiuendum naturaliter trahimur, multo tepidiores, remiſſioresq; ſortiti ſunt, quàm qui in luce uerſātur, aluere, & in magna hominum frequentia clareſcere. lib. 1. de fort.

Ocium nunquam probatur, niſi quod cū reficiendis corporibus, cum leuandis animis conceditur. in Char.

Labor in voluptate non ſentitur, & omnis etiam actio in ipſo agendi curſu eſt perjucunda. ib.

Homines nati ſunt ad comparandā uirtutem, & ad excolendos animos, nemo autē ſine plurimis laboribus hoc aſſequi poteſt. in Ant.

De laude & gloria.

Diligenter cauere decet, quoties uirũ aliquẽ laudaturus aut uituperaturus es, ne aberres. Atq; huius gratia in primis curãdũ eſt, ut bonos ac malos homines dignoſcamus. Deus quippe nimium indignatur, quoties illius ſimilem quiſpiam improbat, aut diſſimilem probat. in Minoe. *Plato.*

Neſcienti quid laudat, aut quid vituperat, nõ eſt adhibenda fides. in Theęt.

Non admodũ nobis curandum eſt, quid de nobis multi loquantur, ſed quid dicat is unus, qui intelligit iuſta & honeſta, & quid ipſa ueritas. in Crit.

Recta laudãdi ratio ſola in omnibus eſt illa, quà illius natura, de quo agitur, prius oſtenditur, poſtea quorum cauſſa eſt, declarator. in Conui.

Eos potiſſimum laudamus, qui viuẽtes propria uirtute ſuos mirifice delectauerunt, & pro viuentium ſalute morti ſe offerre non dubitarunt. in Men.

Omni ratione qui iuſta laudat, vera loquitur, qui iniuſta, mentitur. 9. de Rep.

Laus & gloria tã apud homines quàm apud deos bonum quidem eſt atque honeſtum. 2. de leg.

Mortui laudandi ſunt, ſi corporis vel animi viribus res arduas, præclaraſq; geſſerint,

rint, viuentes autem laudibus hymniſque honorare tutum non eſt, priuſquã vitæ ſua ctũs quiſpiam finem viuendi preclarum fecerit. 7. de leg.

Maximum ſanè atque rectiſſimum eſt, ut cum ſis probus, ita gloriam quæras; aliter minime. 12 de leg.

Fit natura quadam, vt ignauiſſimi homines, nihil curent, quę de ipſis opinio futura ſit: probatiſſimi autem viri cuncta faciunt, ut in futuris ſeculis bene inter homines audiunt. epiſt. 2.

Qui honeſta agunt, & re uera boni ſunt viri, dignam gloriam conſequuntur. Ep. 4.

Ariſt. Laus tantum uirtutis eſt. 1. eth.

Is laudandus eſt, qui continet animam ſuam à voluptatibus. 3. eth.

Laudandi ſunt, qui moleſta potius ſubire voluerunt, quàm turpia agere. ibi.

Laus eſt oratio, quæ virtutis magnitudinẽ indicat. 1. Rhet.

Bonum nomen atque exiſtimatio ea re conſtat, ſi ab omnibus probi & ſtudioſi habemur, aut ſi tale aliquod ornamentum in nobis elucet, quod ab omnibus vel à pluribus deſideretur, quodque à bonis vel à prudentibus appetatur ib.

Plot. Gloria iuſtè uel iniuſtè habetur, ſi iuſtè, tum officiis, tum exiſtimantium ęquitate comparata eſt, ſi iniuſtè, ex honorantium iniuſtitia proficiſcitur. En. 2.

Dementis eſt, gloria cuncta metiri, ea *Plut.* præſertim, quæ multitudine circumfertur.

Rectè

Rectè enim ſentire.& arbitrari,ſapientibus & paucis quidem datur.

Gloria non exoritur ſubito, ſed poſt diuturnum tempus capit auctoritatem.

Quicunque uerè eſt uir bonus, hic non alieno ornamento circumpoſito gloriam quęrit,ſed ſua virtute.

Inſanit,qui laudat, quod bonum nō eſt. in Pſal.132. *Aug.*

Falſa laus nil aliud eſt quàm adulatio. in Pſal.140.

*M*ulti laudantur,quorum facta non ſunt laudanda.epiſt.41.

Laudari ab hominibus,ſpreto conſcientiæ teſtimonio,eſt iactantiæ vitium. 12. de Ciu.Dei.

Quid ſtultius quàm in homine aliena laudarę? quid eo dementius, qui ea miratur,quæ in alium protinus tranſferri poſsūt? epiſt.41. *Sen.*

In homine id laudandum eſt, quod eſt ipſius. Familiam. pulchram habet, ac domum pulchram,multum ſerit,multum fęneratur. nihil horum eſt in ipſo, ſed circa ipſum:lauda in ipſo,quod nec eripi,nec dari poteſt.ib.

Qualis quiſque ſit,intelliges, ſi quemadmodum laudetur,aſpexeris. epiſt.53.

Gloria vmbra virtutis eſt, etiam inuitos comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando ſequitur, vel eſt à tergo,ita gloria aliquādo ante nos eſt,& ſe uiſendam præbet,aliquando eſt in

auerſo,& maior quo ſerior, vbi inuidia receſſit.epiſt.80.

Non eſt glorioſum, quod fit ab inuito ac tergiuerſante.epiſt.83.

O quàm ignorant homines gloriæ cupidi, quid illa ſit, aut quemadmodum petenda.epiſt.96.

Ad gloriam & famam non ſatis eſt vnius opinio. Epiſt.103.

Licet vir bonus taceat, ſed aliquem iudicet dignum laude, laudatus eſt.ib.

Cum dicimus aliquem laude dignū, nō illi benigna hominum verba ſed iudicia promittimus.ib.

Diſplicere malis, eſt laudari. De rem. fort.

Id optimū nobis videtur, quod petitores, laudatoreſque multos habet, non id, quod laudandum eſt ac petendum. De bea. vi.

Lauda parce, vitupera parcius, nam pariter reprehēdenda eſt nimia laudatio, vt nimia vituperatio, illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. De quat. virt.

Plut. Quemadmodum non quæuis arbor vitis amplexus admittit, quin pleræque vitē ipſam præfocant, atque eius inoleſcentes progreſſus retundunt, ita in ciuitatibus qui gloriæ dumtaxat omnem operam nauare uidentur, atq; obnixe ſtudere, hi iunioribus nullam volunt exhiberi occaſionem rerum egregie gerendarum, cum præ-

clariſſimas quaſque res tamquam futuræ gloriæ ſegetem clam per inuidiam ſubtrahunt, & iuuentutis florem flaueſaciunt. in Pol.

Oportet etiam malam ſuſpitionem de nobis vel tenuiſſimã fugere, qui enim peccatum magis deteſtatur quàm ſiniſtrã hominum de ſe opinionem, famam omnium rerum præclariſſimam negligit, & vitam etiam honeſtam infamia labefactat. ib.

Si amicis laudem tribues, nihil te minus quàm illos ornare videberis ib.

Laudes, quæ ab improbis tribuuntur, cũ ſint fuco plenæ, & minime ſinceræ, omnibus modis cauendę ſunt. De vit. verb.

Errant, qui in laudando verborum qualitate licentius abutuntur. De off. aud.

Gloriam ab initio in republica ſibi parare, non eſt facile, augere partam, & conſeruare creſcentem quibus vis actionibus eſt in promptu. An ſeni ſit ger. reſp.

Sic natura comprobatum eſt, vt quem laudes, etiam ames. 2 Flor. *Apul.*

Ea vera eſt laus, quę à viro laude digno proficiſcitur. in Plat. *Marſ.*

Maiorum ſplendor in filijs obſcurus euadit, quando propter ipſorum ignauiam ad poſteros non tranſmittitur. ibi

Equa laus eſt, à laudatis laudari, & improbari ab improbis. lib. 1. epiſt. *Io. Pic.*

Honeſte generoſęque factorum fideliſſima ubique comes eſt laus & commendatio lib. 1. de prud. *Io. Pon.*

Laus tota & integra oritur ab habitu diuturnis laboribus, ſummo ſtudio, præclaris difficillimiſq; in rebus conſtantiſſimo propoſito, firmiſſimo conſilio, ratione ubique & duce & comite, comparato, lib. 2. de prud.

De lege.

LEX eſt vera gubernandi ratio, quæ ad finem optimum per commoda media gubernata dirigit, tranſgredienti penam, obedienti præmium ſtatuens. in Min.

Lex eſt inuentio veritatis, ib.

Lege ſublata, legitimè in ciuitate viuere minime poſſumus. in Hip.

Lex eſt omnium regina mortalium, & immortalium. in Gor.

Quiſquis eſt corruptor legum, is potiſſimũ & iuuenũm, & hominum imperitorũ corruptor eſſe uidetur. in Crit.

Omnes quidem natura bonum appetũt, lege autem ac ui ad æqualitatem ſeruãdã ducuntur. 2. de rep.

Leges non curant, ut vna tantum pars ciuitatis ſit beata, ſed tota ciuitas. 7. de Rep.

Lex quidem ciuile cętũ homines congregat, non ut permittat vnumquemque quo lubet, ferri; ſed ut ipſis ad copulam ciuitatis utatur. ib.

Eſt aurea atque ſacra ea rationis productio,

ctio, quæ ciuitatis lex communis appellatur. 1. de leg.

Nos pulcherrimam legis ductionē ſemper ſequi, eique fauere oportet. ib.

Omnis legumlator', ſiquid profuturus eſt, ita leges condet, ut non aliud quàm virtutem reſpiciat. ib.

Legislator conari debet, ut ſuos ciues prudentes reddat, & ab illis omnino ignorantiam auferat. 3. de leg.

Eum quippe ſolum rectè leges ferre exiſtimo, qui velut ſagittarius illuc ſemper animum intendit, vnde ſemper aliquid eorum ſequatur, quę bona ſunt, cętera uero relinquit, ſiue diuitias, ſiue aliquid huiuſmodi, quod ſeparatum ſit à uirtutibus. 4. de leg.

Cum in eodem homine ſumma potentia cum prudentia ac temperantia ſimul coniuncta erit, tunc demum optimæ gubernationis, optimarumque legum elucebit origo, aliter autem nunquam. ib.

Non ſunt rectę leges illę, quæ non ſunt communiter totius ciuitatis gratia poſitę. Qui enim aliquarum partium gratia leges condunt, ii non ciues, ſed ſeditioſi iudicantur, ib.

Quicunque illa, quæ legislator turpia malaque eſſe iudicat, omni ſtudio non fugit, nec pro uiribus ea ſequitur, quę pulchra ac bona ſtatuit, non uidet in his omnibus, quàm turpiter & abſurdè animū ſuum diuiniſſimum afficiat. 5. de leg.

Quic-

Quicquid in ciuitate legis & ordinis eſt particeps,cuncta ex eo bene ſequatur, quę uero ordine carent, uel male ordinata ſunt,ea etiam confundũt,quæ bene sũt ordinata.6 de leg.

Legiſlatorem oportet ſolum de honeſto,bono,iuſtoque conſulere, & docere, qualia hæc ſint,& quomodo his agenda, qui felices futuri ſunt.9.de leg.

Sic leges ciuitatibus inſcribantur,ut patris matriſque perſonam legumlator penitus gerat,& ſcripta charitatis, prudentiæque uirtutem potius habeant, quàm domini tyrannicę imperium minitantis tantum ac deſcribentis, rationem uero nullam penitus aſſignantis.ib.

Optimarum legum munus eſt, ita animos hominum inſtituere, ut oderint iniuſtitiam,iuſti uero naturam uel diligãt, uel ſaltem non oderint.ib.

Neceſſe eſt leges hominibus ponere,ut uiuant ſecundum leges,nam ſi abſque his uiuerent,nihil ab atrociſſimis feris diſcre parent. Cuius rei cauſſa eſt, quia nullius hominis ingenium ita natura inſtitutum eſt,ut quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, ſatis cognoſcat,ut optimum id,quod nouit,ſemper agere poſſit ac uelit.ib.

Siquis diuinæ ſortis fauore ea natura prędirus eſſet,vt publicum bonum cognoſceret,illique ſemper incumberet, nullis legibus indigeret.ib.

Legum alię ad bonorum hominum doctrinam ponuntur, ut per eas intelligant, quo pacto interſe amice uiuant, aliæ ad compeſcendam illorum pertinaciam, qui natura ſunt indomiti, ſpretaque omni diſciplina, nulla ratione mouentur, quin ad omnem ruant improbitatem. ib.

Leges tales eſſe debent, vt nō ad opes, pecuniaſque comparandas, neque ad libidines conuertant mentes, ſed cum tria ſint, anima, corpus, & pecunia, animæ virtutem præcipue anteponant, ſecundo loco corporis uirtutem animæ ſeruientem, tertio & ultimo gradu pecunias collocēt animo corporique miniſtrantes. Quæcūque lex hæc efficit, recta eſt, & re uera beatitudinē utentibus affert. 8.

Leges non modo ciuibus dominari debent, ſed ipſis etiam regibus, ſi quid egerint contra leges. ib. *Epiſt.*

Quæ à legibus proficiſcuntur, iuſta ſūt. 5. eth. *Ariſt.*

Lex precipit uiuere ſecundum omnē virtutem. ib.

Leges ſunt vniuerſales, & vniuerſaliter loquuntur. ib.

Homo ſi a legibus & a iudiciis eſt alienus, eſt peſſimus omnium animalium. 1. Pol.

Leges nihil proſunt, niſi qui gubernant, moribus ac diſciplina imbuti ſunt. ib.

Leges omnes ad rempublicam ſunt accommodandę.4.Pol.

Non eſt reſpublica, ubi leges non dominantur.ib.

Neceſſe eſt,leges non homines dominari. ibid.

Vtile eſt ad componēdas leges, non ſolum perdiſcere, quæ reipublicę inſtitutorumque forma expediuerit ętate maiorū, & in noſtra ciuitate, ſed etiam noſſe, quæ apud alias nationes expediant, & quæ quibus locis congruere, & conuenire videantur.1.Rhet.

Pyth. Omnis uirtutum chorus legum percurrit ſanctiones, inde vrbium & rerumpublicarum optima adminiſtratio, inde in vniuerſum genus humanum utilitas longè lateque propagatur.

Legum obſeruantia & publice, & priuatim eſt optima, transgreſſio uero pernicioſiſſima.

Non aliter felices erimus quàm per legum obſeruantiam, & niſi quilibet proprię uitę legem conſtituet.

Lex eſt recta ratio dictans, quę agere oporteat, & quæ agenda non ſunt, diſſuadés in uniuerſo orbe, in urbibus, in domibus, & apud ſe ipſum.

Sen. Leges proficiunt ad bonos mores, cum non modo imperent, ſed etiam doceant. epiſt.95.

Legem nocens uerctur, innocens fortunam. in Prouerb,

A legibus ciuitatis paterfamilias ſuæ do mus præcepta ſumere debet. De ciu. Dei. *Aug.*

Tot rantiſque muneribus, quæ Deus ipſe nobis largitur, non licet frui nec rectè uti, ſi deſit lex, iuſtitia, & princeps. De doctri. prin. *Plut.*

Lex ſemper ei, qui iuſta facit, & utilia cognoſcit, primum in republica locum tribuit. De reip. ger. prec.

Leges uniuerſaliter proponunt præmia & pœnas. De fato.

Legum in viros, non uirorum in leges debet eſſe auctoritas. De Lacon. inſt.

Nihil aliud leges, omneſque doctrinæ contendunt, quàm homines ita inſtituere, ut turpia fugiant, honeſtaque ſequātur, in Plat. *Marſ.*

Quid aliud legem eſſe dicimus, quàm rationalem quandam regulam, quæ quodā ordine homines ad bonum perducit. ib.

Lex eſt diſciplinæ ciuilis forma, diſciplina uerò ciuilis eſt forma ciuitatis. ib.

Quemadmodum medicus corporis ſanitatem, ita legislator animi ſanitatem ſpectat. ib.

Lex non extra animum, ſed aciem ſuam in animum ipſum dirigit, ad eum ex omni parte perficiendum. ib.

Iura ipſa ſeruanda ſunt, & legibus parendum eſt; ut, cum ad cætus colendos, ſocietatemque retinendam nati ſimus, noſtrum munus impleamus. lib. I. de obed. *Io. Pi.*

De

De libertate ac ſeruitute.

Plato. TIbi ipſi dominari contendas, ut ueram libertatem cõſequaris. In Men. Si quis alicui ſeruit, ut in ſapientia, uel in alia quauis parte uirtutis proficiat, huiuſmodi ſeruitus neque dedecori eſt ſeruienti, neque adulatio uocari debet. in Conu.

Nimia libertas non in aliud cõuertitur quàm in nimiam ſeruitutem, & publice, & priuatim. 8. de Rep.

Iupiter dimidium mẽtis illis adimit, qui ſeruitutem ſubeunt. 6. de leg.

Qui rebus omnibus preferunt uiuendi libertatem, iugum uero ſeruitutis tamquã malum fugiunt, ij caueant, ne inſatiabili importune libertatis auiditate, dum nulli parere uolunt libertatis amore, intemperãter utantur. Epiſt. 8.

Seruitus ac libertas ſi modum excedat, vtraque eſt mala, ſi modum ſeruat utraq; bona. ib.

Ariſ. Libertas eſt popularis reipublicæ propoſitum. 6. Pol.

Sen. Nulla ſeruitus turpior eſſe poteſt quàm uoluntaria. Epiſt. 47.

Libertas eſt, nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus, & fortunam in ęquũ deducere. epiſt. 52.

Sui corporis contemptus uera eſt libertas.

tas. Epiſt. 66.

Libertas non poteſt gratis conſtare, hãc ſi magno æſtimas, omnia paruo æſtimanda ſunt. Epiſt. 105.

Nemo liber, qui corpori ſeruit. Epiſt. 93.

Graue eſt, non aſſuetis ceruicibus ferre iugum. De diu. prou.

Mala, & noxia ſeruitute premuntur, qui uoluptatibus ſeruiunt. De uit. bea.

Quippe natura nos liberos, ſolutoſque dimittit, ipſi noſmet deuincimus, in anguſta conſtudimus in arctumque ſe compellimus. De exilio.

Maxima res eſt libertas, quam qui ſapit, non permutaret cum Perſarum regno. De la con. inſt.

Liberi hi ſolum habendi ſunt, qui rationi parēt, ſoli n hi uiuunt, ut uolūt, qui quid uelle debeat didicerunt, ineruditi uero, & rationis expertes animi incitationes atque actiones exilem quandam, ignobilemque uoluntatis libertatem multa cum pœnitē-tia coniunctam habent. De Aud *Marſ.*

Ille in primis eſt liber, qui mente uiuit, ſola contemplatione contentus, cæteris omnibus neglectis in Plot.

Nimia ſeruitus populi beneuolentiam erga principem, & charitatem erga patriã ita e medio tollit, ut leui de cauſa uel princeps uel patria pereat. Nimia uero libertas primo laſciuiam parit, deinde contemptum legum poſtea frequentes ſeditiones, denique ſeruitutem. in Plat.

Io. Põt. Qui ratione abiecta appetitioni ſemper ſeruit, is quidem uerè, naturaliterque ſeruus eſt, atque in pecudum potius numero habendus quàm hominum. lib. 4. de obed.

Apud rectè ſentientes illi & habentur, & ſunt liberi, qui perinde ut debent, uiuunt, funguntur que uiri boni, patriſſamilias, frugi, & iuſti ciuis officio. ib.

Vera libertas eſt ſeruare leges, tueri iura, eaque agere, atque afferre in medium, quę ad tuendam, confirmandamque hominum coniunctionem quàm maxime conferant. ib.

Cum libertas inter præcipua bona habeatur, quid libero homini ſeruitute indignius accidere poteſt? lib. 2, de fortit.

Cum cætera bona ſeruitus nobis abſtuliſſe uideatur, ne animo quoque bona auferat, uiriliter pugnandum eſt. Eripitur quidem libertas inuito, bona uero animi præterquam uolenti eripi nullo modo poſſunt. ibid.

De libidine & concupiſcentia.

Plato. EOS, qui uentri dediti per inertiam & laſciuiam uitam agunt, & pudorem negligunt, aſinos & ſimilia ſubire decet. in Phedone.

Quando cupiditas abſque ratione ad uolu-

uoluptates trahit, nobiſque imperat, hoc imperiura libido uocatur. in Phedro.

Libido cum ſit multiformis, multarumque partium, multas vtique appellationes habet, & harum formarum quæ precipue in aliquo exuberat, ſua appellatione illum nominatum reddit, nec ſuis vllum decorum, aut dignum tribuit cognomentum. ibid.

Ardor concupiſcentiæ in quocumque plurimus eſt: quare cauere oportet, ne uoluptatum expletione auctus maior, ac fortior euadat, nolitque dumtaxat ſuo officio fongi, ſed illa ſibi ſubiicere contendat, quibus imperare non debet, atque ita uniuerſam uitam peruertat. 4. de rep.

Virtus concupiſcibilis nihil audit ab intellectu. 7. eth. *Ariſt.*

Virum improbum, & libidini obnoxiũ quaſi belluam ſub iugo coerceri oportet. 10. ethic.

Animalia, quæ multum coeunt, cito ſeneſcunt. De long. & bre. ui.

Concupiſcentiæ uehementius animam occupantes ducunt, atque trahunt, nec permittunt ulterius penes hos actiones eſſe, ſed paſſiones. En. 2. *Plot.*

Quid miramur, multos quidem ſecundũ uitam eſſe lupos, multos vero porcos, plurimos autem alia quadam brutorum, ſpecie circumfuſos? cũ terrenus locus Circes ipſius ſit diuerſorium, animęque multę ob immoderatam concupiſcentiam venenoſis *Pro.*

pocylis captæ ſint.illud potius miramur,ſi qui reperiuntur huiuſcemodi potionibus non permulcti,nec irretiti. De An.& dem.

Aug. Cõtra libidinis impetũ apprehẽde fugã, ſi uis obtinere uictoriam. De honeſt. mul.

Graue eſt,uirũ forte, qui ferro nõ uinci tur,à libidine ſuperari. De tẽp.ſerm. 243.

Quod eſt in luxuria uentris, & gutturis illicitus cibus,hoc idem eſt in libidine nullam prolem quærente illicitus concubitus. De bono con.

Sen. Nihil eſt tam mortiferũ ingeniis quàm luxuria.in prol. decl.

Concupiſcentię frenum ac modum imponere oportet,& omnia blandimẽta reiicienda ſunt, quæ occultam trahunt uoluptatem. Dè quat.uirt.

Gal. Libido nos belluis reddit. De cogn.& cur.an.af.

Quemadmodum nonnulla corporis uitia propter mahnitudinem ſanari non poſſunt; ſic uis illa, cuius eſt, temere concupiſcere, plerumque accenditur amore inſatiabili nõ modo corporum,quæ pulchra ſunt,aut rerum,quę ad uenerem pertinẽt, ſed etiam crapulæ,uinolentiæ, & obſcenitatum,quę præter naturam parantur.ib.

Marſ. Qui corporis libidinis ſeruit,is proculdubio tyranno ſeruit inſano In Plat.

De lucro.

Plato Lucri cupidi dicuntur,qui propter inexple-

plebilē auiditatē minima, & uiliſſima quæque, & nullius pretii mirum in modum fiunt, & in his etiam lucrum quærunt. In Hipparcho.

Hi lucri cupidi iudicantur, qui his ſtudent, & ex his lucrandum putant, ex quibus boni uiri nunquā lucrari inſtituunt. ib.

Nemini licet illiberali quęſtui incumbere, neque illud mechanicum, & infame lucrum quęrere, quod mores generoſos corrumpit. neque ullo pacto exiſtimare, ex rebus uilibus ac turpibus pecunias cumulandas eſſe. 5. de leg.

Omnes ſtudia, & artes complectuntur, ex quibus lucrum conſequi poſſint, cætera autem ſpernunt, 8. de leg.

Ariſt. Duo ſunt, pro quibus homines contendūt, lucrū & honor, & eorū cōtraria, 5. Eth.

Lucrū facit homines deteriores. 3. Po.

Lucra nō debēt fieri ex magiſtratib. 5. Pol.

Auer. Lucrum, quod per regimen ciuile quæritur, bonum non eſt, 1. Eth, com. 6.

Aug. Lucri promiſſio eſt quaſi eſca in muſcipula. in Pſal. 64.

Lucrum in iuſtum non eſt ſine iuſto dāno. De temp. ſerm. 225.

Sen. Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt in Prou.

Plut. Lucrum dulce eſt, quamuis ex fraude naſcatur, De aud. poæ.

Lact. Voluntas fingendi ac mentiendi eſt eorum, qui opes appetunt, & lucra deſiderāt. De falſ. rel.

De

De magiſtratu.

Plato. SI eorum vitam, qui magiſtratus gerere debent, ipſis magiſtratibus meliorē inueneris, tunc primū ciuitas opitmè inſtituta eſſe cebit. 7. de rep.

Magiſtratus dandi ſunt hominibus imperandi minimè cupidis, alioquin ſimultas inter æmulos orietur. ib.

Magiſtratus legum miniſtri eſſe debent. 4. de leg.

Interitus paratus eſt illi ciuitati, in qua non lex magiſtratibus, ſed magiſtratus legibus præſunt: illi vero ſalus, in qua lex ſeruientibus magiſtratibus dominatur. ib.

Si quis ciuitati nō idoneos magiſtratus conſtituat, quamuis leges bene poſitę ſint, tamen non modo id nihil proderit, ſed ciuitati maximas calamitates pariet. 6. de leg.

Eos, qui rectè magiſtratus accepturi ſunt, oportet primo ab adoleſcentia ſatis probatos fuiſſe, tam ipſos, quam ſuos vſq; ad ipſam electionē. Deinde etiam, qui ſuffragia ferunt, legitimis moribus educatos eſſe, vt facile queant admittendos, & repellendos cognoſcere, & erga vtroſq; pro priū dignitate ſe gerere. ib.

Magiſtratus etiam nocte vigilare debet. vigilantes enim malis hominibus tum hoſtibus, tum ciuibus terrori ſunt, amandi iuſtis, ac temperatis, ſibique & vniuerſæ ciuitati

uitati utiles.7.de leg.

Sunt quidam magiſtratus neceſſarij, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt, ſunt etiã quidam ad cultum, & ornatum pertinentes, ſine quibus ciuitas habitari nõ poteſt. 6.eth. *Ariſt.*

Qui egenus eſt, magiſtratum gerere minime debet. 2. Pol.

Iis, qui neque opes neque ullam uirtutem habent, tutum non eſt, magiſtratus trãdere propter iniuſtitiam, & ignorantiam, per quas in multis errarent. 3. Pol.

Ciuitas abſque magiſtratibus eſſe nõ poteſt, neceſſarium eſt igitur, eſſe quoſdam, qui magiſtratus gerere ualeant uel perpetuo uel ad tempus. 4. Pol.

Illi ſunt magiſtratus appellandi, quibus datum eſt deliberare de quibuſdam, & ſtatuere & iubere. ib.

Tria debent habere, qui ſummos magiſtratus ſuſcepturi ſunt, primum ut ament præſentem ciuitatis ſtatum, deinde ut maximam habeant poteſtatem ad ea exequẽda, quæ magiſtratus requirit, tertium ut habeant uirtutem & iuſtitiam. 5. Pol.

Magiſtratus ſine lucro ſtatuendi ſunt. ib.

Pauperes nolunt magiſtratus accipere, ſi nihil eſt lucri. ib.

Magiſtratuum prȩſentia ante oculos poſita gignit ueram reuerentiam, liberalemque pudorem. 7. Pol.

Magiſtratus honorem præcipue conſequetur ex concordia & collegarum conſen- *Plu.*

ſu, & quidem multo maiorem, quam qui impoſitione coronæ, purpura, & auro comparatur. in pol.

Pulcherrimum & vtiliſſimum diſciplinæ ciuilis hoc eſt, ut principibus ac magiſtratibus quiſque obtemperet, etiam ſi opibus, ac natalibus aliquanto inferiores eſſe videantur. Nempe, dum magiſtratus exiſtimationi per contemptum detrahitur, ipſius reipublicę dignitas deijci, & opprimi videtur. ibidem.

Maius ornamentum, ac decus affert homini in ciuitate potenti, ſi magiſtratum ipſe deducit, & ei ſe comitem adhibet, quam ſi ipſe deducatur à magiſtratu, imo hoc inuidiam parit, illud ſolidam arguit gloriam, vt quæ à beneuolentia honorem habentium proficiſcitur, ciuitati etiam ipſi dignitatem addit & decus. ibid.

Moſ. Genus humanum abſq; optimis gubernatoribus, uel honeſte uiuere, uel feliciter gubernari non poteſt. in Plat.

Abſque probatiſſimis magiſtratibus leges etiam optimæ mortuæ ſunt, magiſtratus autem optimi uiuæ ſunt leges. ibid.

Magiſtratus memoria teneat, ſe non ſecus ſubeſſe legibus, ac priuatos magiſtratibus. lib. 1. epiſt.

Illis cla-

Illis elaborandum eſt, qui cæteris præeſſe debent, ut aliis tantum pru-dentia, ac ſapientia præſtent quantum caput ipſum cetera membra ſenſuum copia & iudicio ſuperat libro 6. epiſt.

Animaduertendum eſt, non in manibus, aut pedibus ineſſe cogitationem ſed in capite. Quare qui cæteris præſunt, ſemper prudenter cogitare, & conſulere debent, ut ex eorum cogitationibus, & conſiliis cęteri utilitatem capere poſſint. ib.

Eorum, qui in una ciuitate, ac ſub ijſdem viuunt legibus, duo ſunt genera. alij namque priuati ciues, alij magiſtratus vocantur ſunt autem magiſtratus qui Reipublicæ gerunt munera, quæ cum ſint diuerſa, diuerſos quoque magiſtratus eſſe neceſſe eſt. atque alios quidem minores, maiores alios. Sed in omni repub. vnus aliquis maximus eſt, atque ampliſſimus magiſtratus, cui ceteri omnes pareant. lib. 5. de obl. *Io. Pőt.*

Totius ciuilis obedientiæ fundamentum in colendis magiſtratibus, qui publici ſunt patres, collocatum eſt. ibidem.

Magiſtratus legum ſunt cuſtodes, leges ciuilis ſocietatis, humanæque coniunctionis, ad quam celebrandam ſi naturali

inſtinctu mouentur homines, eadem quoque natura magiſtra legibus,& magiſtratibus parere docentur, ut obediendi naturalis quędam ſit neceſſitas.ib.

Edictis,magiſtratuumque decretis parẽdum eſt,faciendaque eorum iuſſa & pacis & belli temporibus, ſeruandæque leges, quas iidem ſtatuunt, & cuique tenendum quid publice, priuatimque pręſcribant. ibid.

Arrogantia in primis ab ijs qui gerunt magiſtratus,remouenda eſt, retinenda tamen maieſtas, quo tempore minime ſunt exercendæ ſimultates,quòd ſi in contentionem ueniendum fuerit, ita quidem contendendum eſt,ut appareat non priuati odij, ſed publici boni gratia talis ſuſcepta ſit cõtentio,quę etiam acerbitate ſit uacua. lib. 2.de fortit.

Quid magiſtratibus pro ſuſceptis publice,ac priuatim tam multis, tamque urgentibus curis,moleſtiis, ac laboribus retribui maius poteſt,autque referri conuenientior gratia quàm honor? quam reuerentia,illeque cultus,& maieſtati debitus, & ipſis illis,qui paternum pro nobis, ac de rebus quoque noſtris patrocinium ſuſcipiunt.lib. 1.de magn.

Nihil tam dedecet magiſtratum, quam leuitas.quę non in rebus modo adminiſtrãdis,in concionibus,in deliberationibus,in familiaribus, & ſermonibus:uerum in oculis,in manuum commotionibus,& in inceſ

ſu

ſu habenda eſt quam inde centiſſima.lib.2. de magn.

Magiſtratus,honoresque inuenti ſunt,ut qui illis pręſunt, tranquillitati, & ciuium commoditati publice ac priuatim conſulant, conſeruandiſq; populariũ rebus, ibi.

Qui magiſtratum gerunt. his nunquam ſine negotio otium eſſe debet, nam & in otio cogitare oportet de negotio,& ubi liberior aliquanto factus eſt animus curis, quia tum longe maxime quod uerum ſit cernit,is exercendus eſt. Char.

De malitia.

HOmines plerique leonum ſimiles fiunt,& centaurorum, aliorumque huiuſmodi,plerique etiam ſatyrorum,& multiformium beſtiarum, citoque tranſmutant & inuicem formas, & uim alternant.in Pol. *Plato.*

Conandum eſt pro uiribus educationis ſtudiorum,& doctrinarum diligentia, improbitatẽ reiicere, & probitatem aſſequi. in Timeo.

Duo ſunt malorum genera,quorum alterum communiter improbitas nominatur, qui animæ proculdubio morbus eſt, alterum quidem ignorantiam nuncupant. in Soph.

Si boni viri ſunt utiles, mali inutiles erunt. in amat.

Mali ſunt, qui ſibimet imperare non poſſunt.in.1.de leg.

Ariſt. Malum ſe ipſum deſtruit. 4. Eth.

Malus homo plus nocet, quam mala beſtia.7.Eth.

Malus homo ſimilis eſt ciuitati prauas leges habenti.ibid.

Malus homo ſibi, ceteriſque nocet; dum prauas uoluptates ſequitur, 6. Eth.

Improbus omnia ſui cauſa facere uidetur, & eo magis, quo eſt improbior, ibid.

Improbus libidinibus obnoxius quaſi bellua quædam ſub iugo poſita, per dolorem coercendus eſt.10.eth.

Auer. Malitioſus & homo iniquus, uel uehementer miſer & infelix. 9. Eth.comment. 5.

Malitioſus eſt ille, qui omnia ſua tantū cauſa agit.9.Eth.com 9.

Plot. Homini prauo vita claudicat, non ſecus ac oculo non pure uidenti, cum opus proprium minime peragat, Enn.1.

Malus omnis in primis id habet, ut deos deſpiciat, nec prius totus eſt malus, quam deſpiciat ſuperos; & ſi nondum in aliis omnibus malus eſt, tamen ex hoc uno in cunctis malus euadit. Enn. 2.

Merc. Qui malus eſt, & corporis fetidi ſeruus, non poteſt ipſum bonum percipere. in Pim.

Mali

Mali ſunt coercendi timore penarum. Epiſ.48.

Aug. Leuis eſt malitia, ſæpe mutatur, non in melius, ſed in aliud. epiſt.4.

Sen. Illa bona ſunt, quibus admixta eſt uirtus, turpia uero quibus malitia coniuncta eſt; honeſta enim ac turpia, uirtutis, & malitiæ ſocietas efficit. Epiſtola. 31.

Quid prodeſt abdere ſe, & oculos hominum aureſque uitare? bona conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolicitudine anxia eſt, atque ſolicita. Epiſtola 45.

Non eſt extrinſecus malum noſtrum, intra nos eſt, in ipſis uiſceribus ſedet: & ideo ſumma cum difficultate conualeſcere poſſumus, quia nos ęgrotare neſcimus. Epiſt. 51.

Nullum ſcelus, licet illud exornet fortuna muneribus ſuis, licet tueatur ac uindicet, impunitum eſt, quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt. Epiſt. 98.

Plut. Praui homines malitiam in ſe ſuam contemplantes, ob uoluptatem inanem ſtatim gratiam habêtem inueniunt ſpei inanem eſſe, eamdemque ſemper abundare metu, dolore, memoria triſti, & de prçſenti ſtatu diffidentiæ, de futuro malarum opinionum plenam eſſe. De his qui ſero à num. pun.

Malitia aſſidue geſtat dolorem coniunctum, & ipſam corruentem, non modo

poſt perpetratnm ſcelus, ſed cũ maxime flagitiorum pœnam ſoluit, cùm iniuriam acerrime inferre videtur.ib.

In quibus malitia præualet, ac ſuperat, in his nihil ſincerum, purum, firmum, ac ſtabile eſſe poteſt.ibi.

Mali ſeſe ad flagitia capeſſenda exhortātur, atque excitant, quod ni mirum malitia fructum ſtatim maturum, & ante oculos locatum prębeat, pœna autem ſero, demum, & longe poſt fruitionem ſub ſequatur. ibid.

Mar. Homo prauus, dum graui miſeria premitur, tum ceteros detorret à uitiis, cum cõpatatione declarat, quanta ſit in uirtute felicitas.in Plot.

Sicut ipſum bonum ſibi & omnibus eſt amabile, ita ipſum malum nec aliis, nec ſibi erit amandum.ib.

Malus neque cum aliis conſentit, neque ſecum.in prod.

Improbus re ipſa eum uituperat, quem verbis laudat, quam primum enim eum ſibi ſimilem, & amicum eſſe, cenſetur. lib. 1.Epiſt.

De matrimonio & cura familiari.

Plato. NOn ne uidemus quam grauiter affi ciantur animantia cuncta, quæ gra- diuntur,

diuntur, & quę uolant, cum ad generationem toto impetu deferuntur? in conu.

Natura mortalis ſemper, & immortalis eſſe pro uiribus nititur, hoc autem generatione duntaxat aſſequitur. ib.

Optimos uiros optimis mulieribus iungere oportet. 5. de rep.

Mulier matrimonio iungenda eſt uigeſimo anno, uir autem trigeſimo. ib.

Quiſq; vxorē ducere det ab anno trigeſimo uſque ad trigeſimum quintum, cogitans natura quadam humanum genus quodammodo immortalilatem cōſequi; cuius rei quiſq; ſummopere natura cupidus eſt. Nemo eſt enim, qui non deſideret, perpetuum apud poſteros nomen habere. Genus itaque hominum hoc modo fit immortale ac ſempiternum; quod filiorum filios relinquendo, vnum & idem ſemper immortalitatem per generationem adipiſcitur. Nefas autem eſt, ſponte ſe ipſum immortalitate priuare; hac autem ille ſe priuat, qui filios & vxorem negligit. 4. de leg.

Qui ex bonis parentibus ortus eſt, eas nuptias ſequi debet, quas uiri prudentes honeſtas iudicant. 6. de leg.

Sponſus & ſponſa omnino cogitare debent, quo pacto quam pulcherrimos & optimos liberos ciuitati procreare poterunt. ibid.

Omnibus turpe & illiberale uideri debet, ut ciuis aliquis per totam noctem dormiat, nec primus excitetur & ſurgat, ita ut

L 5 hoc

hoc toti familię pateat; quin etiam vt domina ab ancillis, non ancillæ ab ipſa excitentur, turpe dicendum eſt apud ſeruos, ancillas, pueros, & vniuerſam denique domum. Nocte igitur exurgant; & magiſtratus publicum aliquod: patres uero ac matres familias in propriis domibus rem ſuam curent 1. de leg.

Ariſt. Maſculi & feminæ ſocietas neceſſitate conſtituta eſt. 1 pol.

Vir & vxor ſunt patres domus. ibi.

A ſeniore domus regenda eſt, & ab vno tantum ibid.

Dominus prius expergiſci debet, quàm ſeruus, & cubitum ire poſterius. ib.

Dominus nunquam cuſtodia carere debet. ibi.

Ante lucem ſurgere oportet, quod & ſanitati, & curę rei familiaris, & ſtudio plurimum prodeſt. ibi.

Aedes parādę ſunt, vt rerum poſſeſſarũ, ſanitatis commoditatiſque rationem habeamus. ib.

Viri eſt acquirere, mulieris autem conſeruare. 3. pol.

Neque domus neque ciuitas permanere poteſt, ſine bono coniugali. 1. œcon.

Mulier in omnibus uiro parere debet, ibid.

Feminę & maſculi ſocietas eſt ſecundũ naturam. ib.

Vir vxorem iniuria afficit, cum utitur aliarum mulierum concubitu. 29.

Seruos

Seruos ſtudioſos parare oportet. ibidem.

Patri familias non modo acquirere conuenit; ſed conſeruare, ornare, & frui ibi,

Nullus parem curam habet rerum ſuarum, & alienatum. ibi.

Mulier exiſtimare debet, mores viri eſſe legem ſuæ vitæ impoſitam ſibi à deo, per matrimonii, conſortiique coniunctionem. 2. œcon.

Vxorem decet non ſolum in proſperis rebus, ſecundaque fortuna vnanimem ſe uiro pręſtare, ſed etiam in aduerſis. ibidem,

Matrimonio quidquam nec maius, nec ſanctius eſſe poteſt. ibid.

Quamuis homines ſint mortales, tamẽ per ſucceſſionem immortalitatem conſequuntur. ibi.

Nihil viro & vxori magis conuenit, quàm ſancta, inuiolabiliſque ſocietas. ibid.

Cum vxore ita viuendum eſt, ut pudor ſit in verbis, in operibus honeſtas in conuerſatione fides, & modeſtia. ibid.

Nihil melius hominibus eſſe poteſt, quã ſi concordi volũtate vir & vxor domum gubernent. ib.

Animal dicitur perfectum, cum alterũ ſibi ſimile generat. ib. *Auer.*

Præſtans in vita cenſetur ſtudium, atque pium apud ſapientes procreatio liberorum. Extrema vero omnium calamitas, *Mer.*

& impietas accidit illi, qui abſque filijs e uita decedit. in pim.

Pyth. Summa prouidentia ad ſerendam prolem accedendum eſt,& ſobrio, non pleno ſtomacho.

Aug. Prima naturalis humanæ ſocietatis copula eſt uir & vxor. de bono coniun.

Peius eſt alienum matrimonium violare, quam meretrici adhęrere. ib.

Nuptię in omnibus gentibus ſunt filiorum procreandorum cauſa, ad hoc tamē inſtitutæ ſunt, vt ordinate, honeſteque naſcantur. ib.

Plut. Veteres Mercurium iuxta Venerem collocabant, quod uoluptas nuptialis ratione, aptoque ſermone maxime indigere uideatur. de præcep. con.

Quemadmodum ignis in paleis facile accenditur, ociuſque extinguitur, niſi aliqua materia, quæ ipſum foueat,& alat, ita breuem nouorum coniugum amorē corporis forma accenſum nec durare poſſe, nec firmum eſſe, exiſtimandum eſt, niſi in bonis moribus collocatus foueatur,& animatum affectum capiat. ib.

Quæ malunt ſtolidis uiris imperare, quam parere ſapientibus, ſunt ſimiles illis, quæ cęcos potius ducere uolunt, quam ſequi intelligentia, uiſuque præditos. ib.

Congreſſus, oblectationesque cum uxore ſecreto fieri debent, admonitiones autem, ac reprehenſiones ſint liberæ, & aperta licentia. ib.

Vt ſpeculum auro, gemmiſque ornatū, nullam affert utilitatem, niſi ſimilem ſpeciem referat, ſic nullus eſt opulentæ uxoris fructus, niſi uitam, moreſque præſtet, eum uita, & moribus uiri conſentaneos. ibid.

Lunam uidemus, cum longe à Sole diſtat, illuſtrem eſſe ac lucidam, obſcurari autem, cum ei appropinquat. Contra pudica mulier maxime cerni debet cum ſuo marito, eo autem abſente, domi ſe continere, & abſcondere. ib.

Vxorem nullum proprium affectum habere, ſed ſtudia, curas, & riſum cum uiro communia habere oportet. ib.

Inexpugnabilis res eſt uxor legitima, ſi omnia in ſe ipſa collocans dotem, genus, potiones, cingulumque ipſum moribus, atque uirtute beneuolentiam comparet. ibid.

Non oculis, non digitis uxorem capere oportet, ut aliqui facere ſolent, reputātes quam grandem dotem ferant, non quibus moribus cum ipſis uictura ſit. ib.

Non aurum, non gemmę, non color coccineus mulierem ornant, ſed quæcunque grauitatis, modeſtiæ, & pudoris ſpecimen adhibent. ib.

Equum eſt maritum uxori præeſſe, non vt dominum pecori, ſed ut animam corpori, conſpiratione quadam naturali per beneuolentiam cum ipſo coniunctam. ib.

Quemadmodum corpus curare conuenit,

nit, non ipſius voluptatibus, & cupiditatibus ſeruiendo, ita vxori, demulcẽdo, & gratificando pręeſſe oportet. ib.

Mulieres, quæ ſana mente ſunt, cum irati mariti clamant, ſilentium agunt; cum vero ſilent, eos alloquuntur, & conſolãtes mitigant, & leniunt. ibi.

Semper, & vbique fugiendum eſt, ne vir vxorem, nec vxor virum offendat. in primis cauendum eſt, ne id accidat in concubitu, & dum conquieſcunt. ibid.

Sacriſſima eſt nuptialis ſatio, & aratio, cum fiat ad liberorum procreationem. ib.

Vxores uiros ne perturbent, aut irritent; ſed cum manſuetudine, atque conſtantia cum ipſis vitam agant. ib.

Si quis optat eſſe pater filiorum illuſtrium, ſeſe uilibus aut abiectis mulieribus, quales ſunt meretrices, aut pellices, minime deuinciat. *De lib. educ.*

Pulcher libertatis theſaurus eſt, bonis procreatum eſſe parentibus. ib.

Qui prolis generandæ gratia coeunt; hi omnino ſobrii, aut uino ſaltem modeſtiſſime delibato coeant; quibus eni in accidit, ut à genitoribus per ebrietatem generentur, hi uini auidi, ac temulenti eſſe ſolent. ib.

Eas vxores ducere conuenit, quæ non ſint multo nobiliores ac ditiores. Nam uetus eſt prouerbium. Aequalem tibi vxorem inquire, qui enim vxores ſe ipſis ſuperiores

res capiunt, non earum maritos, ſed dotis mancipia ſe feciſſe neſciunt. ib.

Danda quidem eſt opera, vt qui volupta tibus nimis dediti ſunt, & reprehenſionibus minus obtemperantes, matrimonio deuinciantur, quod eſt tutiſſimum iuuentutis uinculum. ib.

Aniculam, & cano capite vxorem habere, ſpectaculum moleſtiſſimum cenſetur. de medicam, comp. *Gal.*

Non licet in ebrietate, vel alia mentis perturbatione procreandis liberis operã dare. In Plat. *Marſ.*

Coniugium eſt maximũ ſenectutis ſubſidium, quæ aut in vxoris ſinu, aut in filiorũ, ac nepotum complexu, aut in propinquorum beneuolentia & officiis maiori ſecuritate traducitur. lib. 4. epiſt.

A matrimonio communem humani generis ſocietatem conſeruare. & gubernare diſcimus. Nam quẽadmodum ciuitas pluribus conſtat domibus, ita ex diſciplina, & curæ familiaris præceptis reipublicæ diſciplina, & adminiſtratio conſtituitur, & ordinatur. ib.

Plurimum decipiuntur, qui obligatas, ad dictaſq; ſibi ſuas vxores putãt, ſe vxoribus nihil, lib. 1. epiſt. *Io. Pic.*

Coniugium & naturale, & legitimum eſt, & ſuſcipiendæ certæ prolis gratia inſtitutum: cum autem ex viro conſtet & vxore, ſitque vxor in re præſertim domeſtica (in alienam .n. domum conceſſit.) viro ſuo *Io. Põt.*

inferior

inferior, & propter naturæ excellentiam, & propter leges, quæ hoc iubent, erit maritis ius, poteſtaſque præcipiendi, illarum vero partes erunt, ueteri viros, & metuere, non tantum vt uiros, ſed etiam ut patres. lib. 3. de Obed.

Veræ beneuolentiæ, & præcipui in uirũ amoris, ſtudiique ſigna ſunt hęc: Prolem ex illo ſuſceptam amare, rerum domeſticarum ſtudioſam & parcam eſſe, cognatorũ, affiniumque ſuorum rebus uiri res præpo nere, de illo abſente ſolicitam eſſe, in ægrum officioſam & anxiam, inter illius familiares ſeditionem minime ferere; nec domus quærere diſcordiam, hæc ubi affur rint, facilime iudicabitur, qualis ſit uxoris in virum animus, & quod obedientiæ ſtudium. ibid.

Eſt à natura homini inſita poſteritatis cura, quod prolis quidem ſtudium declarat, ac præſertim optimo cuique, beneque inſtituto. lib. 1. de prud.

De memoria.

Plato. ANima per memoriam repletur, nec aliter id conſequi poteſt. in Phil.

Memoria eſt muſarum mater, & in hoc quicquid eorum, quæ aut uidemus, aut audimus, aut ipſi excogiramus, meminiſſe cupimus, inſinuantes ipſum ſenſibus & intelligentiis, ueluti anulis ſignantes exprimimus,

primimus,quodque ſignatum fuerit, meminimus & ſcimus, quoad figura permanet, at cum aboletur, uel inſcribi nequit, obliuiſcimur,& neſcimus.in Theæt.

Meditatio nouam memoriã ſemper abeuntis loco reſtituen• ſcientiam ſeruat, ut eadem eſſe uideatur.in Conu.

Qui nihil eorum ſeruat, quæ diſcit, omniumque obliuiſcitur, nonne erit ſcientię uacuus?& cum irritus omnis labor illi ſuſcipiatur, cogetur tandem ſe ipſum, & actionem eiuſmodi odiſſe.6.de rep.

Prçteritorũ memoria eſt iucunda.9.Eth. *Ariſt.*

Non iidem ſunt memoria & reminiſcentia præditi,ſed plerumque qui tarde ſuſcipiunt,ſunt magis memores, qui autem uelociter,magis reminiſcuntur. De mem & remin.

Meditationes memoriam conſeruant. ibid.

Memoria eſt præteritorum ſenſus,prçſentium,ſpes futurorum.ib.

Memoria non ſolum eſt hominibus, ſed etiam aliis animalibus. ib.

Memoria nobis ſuppeditat non illa ſolum,quę meditati ſumus,ſed multa etiam ſuggerit,ſiue reddit,indiciis uidelicet quibuſdam aſſueta. Quare ex unius reſumptione, alia quoque multa facilius reſumuntur En.4. *Plot.*

Plerumque non iidem uidentur memores & acuti quoniam non eadem eſt utriusque poteſtas.ib.

Veluti in tabellis quibuſdam, ſiue in libellis inſcribuntur literæ, ita de memoria opinamur. ib.

Merc. Intelligentia humani ſenſus qualis aut quanta ſit, tota eſt in præteritorum memoria. in Aſel.

Pyth: Memoria potiſſimum opus eſt, vbi & omnia, quæ docentur, et quę dicuntur, contineantur.

Nihil ad ſcientiam, ad experientiam, & ad prudentiam maioris eſt momēti, quàm memoria.

Aug. Nulla doctrina poteſt eſſe ſine memoria & ratione, 18. de Ciu. dei.

Cũ cogitamus, quod audiuimus, & percepimus, tunc manducamus, & in memoriam tamquam in uentriculum mittimus. Homil. 35.

Plut. Memoriam muſarum matrem eſſe traditur, quaſi inſinuent, & demonſtrent, nullam a natura rem tantum gignere, ac nutrire poſſe, quantum memoriam. De lib. caduc.

Memoriæ ius in diſcendo exercitata nō modo ad eruditionem conducit; ſed & ad ciuiles actiones non modicum affert adiumentum: nam præteritarum actionum memoria exemplar prębet bene conſulturo de futuris. ib.

Memoria bonorum virorum, & conſideratio celeriter adhibita in omnibus animi motibus; & difficultatibus oblatis proficientes in uirtutis ſtudio integros atquę

erectos conſeruatt. De prof. virt.

Qui præterita non complectuntur memoria, neque reuocant, uel effluere ſinunt, ij reipſa faciūt ſe quotidie indignos, & inanes, & à craſtino pendent. De an. tranquil.

Memoria exercitatione vires acquirit, & augetur, ocio autem langueſcit, & minuitur. De conſu. *Gal.*

Memoria præteriti eſt delectabilis, ſpes autem futuri. lib. de med. cord. tract. 1. *Auic.*

De mente & intellectu.

INtellectus eſt anima gubernator. in Phed. *Plato*

Quicunque mentis indagationis vehementius ſtudet, debet etiam in corporis exercitatione verſari. in Tim.

Intellectus ita ſe habet ad bonum, vt viſus ad ſolem. 6. de rep.

Qui viuit ſecundum mentem, Deo amiciſſimus eſſe videtur. 10. eth. *Ariſt.*

Propria hominis vita eſt ſecundum mētem. ib.

Mens humana perturbatione minime caret. 3. Pol.

Mens eſt pars animæ rationalis. 7. Pol.

Mens & ratio fit in pueris, ueniente ætate. ib.

Intellectus magnum recipit impedimētum ab anima ſenſibili. 3. de An. com. *Auer.*

Qui

Qui duri ſunt carne, mente ſunt inepti, & contr 1. de An. com. 94.

Plot. Intellectus, & quicquid ab intellectu manat, non alienum, ſed proprium fit animæ decus, cum uere tunc ſolum ſit anima. En 1.

Non oportet intellectum, uelut à tergo ſe flectere, & cum vtrinque vultum habeat, ſe ipſum à tergo relinquere, ac ſi bonum ipſum ſit inſpecturus, operam dare ne omnino ſit intellectus, ne ue ſit illa, quæ intelliguntur omnia. Eu. 3.

Oportet intellectui duntaxat hærere, atque animam in eo locatam firmiter permanere, neque ad id umquam, quod eſt deterius, declinare. ib.

Mentis quies eſt ſua ipſius actio ab aliis undique uacans. Enn. 5.

Procl. Tunc anima intellectu fruitur, cum ad ipſum conuerſa fuerit, lumenque ab ipſo ſuſceperit, & illi ſuam actionem coniunxerit.

Merc. *Mens* ipſa in bonis, piis, puris religioſis, ac ſanctis ianitoris munere fungens incidétes corporis inſidias haud permittit ſuum finem conſequi. Aditus enim per quos turpes blanditiæ manare ſolent, intercludit, omneſque libidinum ſomites extinguit. in pim.

Quibuſcunque animis mens præſidet, ſuo fulgore illas illuſtrat, eorum morbis, maliſque reſiſtens, & quemadmodum medicus eruditus ægrotantis corpus dolori-

bus

bus afficit, illud vrendo atque ſecando recuperandę ſanitatis cauſſa, ita mens uoluptuoſam affligit animam, ut uoluptatis radices euellat. ib.

Hæc duo ſoli homini ex omnibus animalibus Deus ipſe largitus eſt, mentem ac ſermonem, quæ quidem eiuſdē ac immortalitatis pretii eſſe cenſetur. ib.

Mens *D*eus eſt in hominibus, & idcirco nonnulli ex hominum numero dii ſunt, eorumque humanitas eſt diuinitati proxima. ibid.

Cum mens in ſanctam influit animam, extollit illam ad ſapientię lumen, hæc anima poſtea nunquam ſomni torpore languescit, ſed & uerbis & operibus pariter humano generi fert opem, ac iuuat modis omnibus ſuo ſemper æmulata parenti. ib.

Non omnes veram intelligentiam adepti ſunt, ſed aliqui nulla uera ratione inſpecta, temerario impetu imaginem ſequētes decipiuntur, quæ in mentibus malitiā parit, ac transformat optimum animal in naturam ferę, moreſque beſtiarum. in Aſcl.

Templum donis ornandum eſt, mens autem diſciplinis. *Pyth.*

Mentis particeps omnia ſua ordinans in hoc viuet, primum doctrinas colet, alia ſpernet, deinde habitudinem corporis & educationem non ad ferinam in rationalē voluptatem conuertet.

Qui manet in mente *D*eo perſimilis eſt.

Totus

Totus intentionis oculus & amor, męti, & Deo iungendus eſt.

Quod eſt in nobis mentis & prudentiæ, hoc nempe ſolum rerum noſtrarum omnium eſt immortale ac diuinum.

Omnes actiones, & alia in mentem ac Deum ſunt referenda.

Aug. Intellectus ſapientia imbutus eſt vir legitimus animæ in euang.Io.

Maior eſt ſuauitas mentis, quàm ventris. In Euang.Lu.

Mente rationali ac ſapienti nihil præſtantius preter Deum. De lib. arb.

Mens ueritatem capere non poteſt, niſi libera ſit à viti s. De Ag. Chriſt.

Ex mentis humanæ natura ornatur iſta vita mortalis. 22. de Ciu. Dei.

Mens eſt animæ oculus. lib. 1. Solil.

Sen. Mens eſt ſui iuris, & adeo libera, vt neq; ab hoc quidę carcere, in quo eſt incluſa, teneri poſſit, quo minus impetu ſuo vtatur, ingentia agat, & in infinitum comes cæleſtibus exeat. 3. de ben.

Bona mens non commodatur, nec emitur, & ſi venalis eſſet, non haberet emptorem, ſed mala quotidie emitur. Epiſt 28.

Nihil eſt tam difficile, & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatę adducat aſſidua permutatio. De Ira.

Nunquam recta mens uritur nec ſibi eſt odio, ne quicquam mutauit, quia

quia ſemper ſequuta eſt optima. De vita beata.

Mobilis & inquieta mens data eſt homini, numquam ſe retinet, ſpargitur, & cogitationes ſuas in omnia nota, atque ignota dimittit, vaga & quietis impatiens, ex nouitate rerum lętiſſima. Quod non miraberis, ſi propriam eius originem aſpexeris, non enim ex terreno concreta eſt corpore, ſed ex illo cęleſti ſpiritu deſcendit, cœleſtium autem natura ſemper eſt in motu. De conſol. ad Alber.

Mens eſt tanto præſtantior anima, quanto anima eſt prętantior corpore. De facie in or. Lu. *Plu.*

Mens videt, mens audit, reliqua ſunt cæca & ſurda. De fort.

Mẽs hominis in fragili corpore alligata, & in tenebroſo domicilio incluſa, neque liberius euagari, neque clarius ueritatem conſpicere poteſt, cuius notio diuinę cõditionis. eſt *Lact.*

Craſſus venter mentem ſubtilem non parit. Ad Thraſib. *Gal.*

Mens eſt animæ caput, & pars eius excellentiſſima. 1. de Theol. Plat. *Marſ.*

Menti nihil magis naturale eſſe poteſt, quàm ſui ipſius cognitio. lib. 1. Epiſt.

Optimus viuendi modus eſt, omnibus viribus contendere, vt ſecundum mentem viuamus, ita enim ſemper feliciter viuitur. ibid.

Quod

Quod eſt in corpore oculus, & in oculo uiſus, id ferè eſt intellectus in anima. lib. 2. Epiſt.

Io. Pic. Quod eſt oculus in rebus corporeis, id ipſum eſt mens in genere ſpiritali. in Hepti

Io. Põt. Nihil cęlitibus tam ſimile, aut quod diuinitatem tantopere repreſentet quàm mens, nihil deorum actionibus tam cognatum quàm mentis illa ipſa ſapiens agitatio & ſtudium. lib. 1. de prud.

De metu & audacia.

Plat. METum inferunt nõ præterita mala; non præſentia, ſed quæ expectãtur. Metum ſiquidem futuri mali expectationem uocamus. in Lach.

Turpis eſt ac noxia nobis audacia, tolerantiaque imprudens ibid.

Ariſt. Timere quædam honeſtum eſt, turpe autem non timere, ut infamiam: qui .n. eã timet, eſt uerecundus & modeſtus, qui uero eam non timet, eſt impudens. 3. Ethic.

Metus communis eos etiam in unum cogit, qui prius erant inimiciſſimi. 5. Pol.

Metus eſt dolor quidam, & animi trepidatio ex cogitatione futuri mali profecta, quod aut perniciem, aut moleſtiam adducere uideatur. 2. Rhet.

Audaciæ motus eſt ſpes, quę oritur ex cogita-

cogitatione, rerumque vtilium imaginatione, quus homines breui ſe conſequuturos putant, aut rerum terribilium & pertimendarum, quas aut extinctas, aut ſublatas eſſe, aut remotas, & procul poſitas arbitrantur. ib.

Aug. Magnum bonum eſt, ſine metu viuere. lib. 1. de lib. arb.

Nullum dubium eſt, non aliam eſſe metuendi cauſſam, niſi ne id, quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum. lib. quæſt.

Metus nil aliud eſt, niſi uoluntas in diſſenſionem ab ijs, quæ nolumus. 14. de Ciu. Dei.

Sen. Plura ſunt, quæ nos terrent, quàm quæ premunt, & ſæpius opinione quàm re laboramus. epiſt. 13.

Cito accedimus opinioni, non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt nec excutimus, ſed trepidamus, & ſic uertimus terga, quemadmodum illi, quos puluis motus fuga pecorum exuit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine auctore ſparſa conterruit. ib.

Si uis omnem ſolicitudinem exuere, quicquid vereris, ne eueniant, euenturam utique propone, & quodcunque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuum taxa, intelliges profectò, aut non magnum, aut non longum eſſe quod metuis. epiſt. 24.

Metus dum venit, ſomnus rarum habet

locum. In prouerb.

Multos timere debet, quem multi timent. ib,

Quotidie damnatur, qui ſemper timet. ib.

Plut. Solus metus, cum non minus quàm audacia rationis ſit expers, uacuitatem rationis habet ſegnem, ocioſamque, & perplexam, animam perturbat, ac territum uincit, unde metum Deica quaſi ligamen, Gręci dixerunt. De ſuperſt.

Metus non ſolum memoriam conſternat, ſed & omne animi inſtitutum, & laudabilem conatum atque incitationem. De ſent. Alex.

Ex animi motibus metus maxime nauſeã mouet, nam & tremunt, & horrent, & alui humectantnr iis, qui imaginando periculũ concipiunt. In Quæſt.

Nulla res maiori eſt impedimento conſultantibus, quàm metus. Symp. 8.

Gal. Metus diuturnus corpus frigidum efficit. De præcogn. ex pul.

Timor diuturnus nihil abeſt à triſtitia. De cauſis pul.

Siquis timore correptus fuerit, manibuſque ſiue quid agere, ſiue librare uoluerit, tremulę quidem manus agendo, tremula quoque crura incedendo ei ob timorem fiunt. Timor quippe facultatis robur nihilo minus quàm onus ĩminiuit. De Trem.

Per timorem & ſpiritus & ſanguis intus ſeſe recipiunt, quo fit, ut algeant partes

tes in ſuperficie poſitæ, idque interdum adeò uehementer, ut nonnulli quoque rigore arripiantur, De Symp.cau.

Metus non modo eripit conſilium, ubi uehementius turbauit animum, uerum ẽt ſi remiſſior primo fuerit, poſtea tamen ſimul pluribus oblatis cauſſis, mentem ipsã adeò labefactat, ut nonnunquam & ſi iure metuimus, ſpecie tamen decepti, non quã ob cauſſam debemus, metuamus. libro 1. de for. *Ioan. Pont.*

Qui nimis extimeſcit, eum timidum ac meticuloſum dicimus, qui non in eo ſolũ peccat, quòd etiam non metuenda pauitat, ſed quòd ea, quæ timenda ſunt, nequaquam ut oportet, timeat. Itaque trepidat, horreſcit, palat, fugit animus, & metu mẽbra quatiuntur. ibid.

Meticuloſos non ſolum res ac pericula, uerum rumores ipſi etiam incerti & uani, & ipſa, ut dici ſolet, umbra perſępe deterret. ibid.

Meticuloſi ob ſummam animorũ mollitiem & imbecillitatem in doloribus cernũtur. quàm ſint demiſſi. itaque nihil durum tolerare poſſunt, nihil aſperum pati, ſtatim concidunt fœmineum in modum, eorum ſunt mulieres illi eiulatus ac lamentationes. ib.

Eſt audácis proprium, & antequàm periculum adeat, & poſtquã adiit, ſupraquã ſatis eſt confidere, qui, quòd ſupra uires conatur, audetq; ultra quàm recta ratio exi-

 git,

git, neceſſe eſt, in ipſa congreſſione, atque inter decertandum, uiribus atque animo deficiatur. ib.

Eſt audaciæ coniuncta temeritas infelix humanarum actionum & dux, & comes. ib.

Simulator quidem uirtutis eſt audax, & tamquam adumbrata quædam perſona, quæ qualis ſit, res ipſa indicat, ib.

De miſeria humana.

Plat. QVæ pars ætatis calamitatibus uacat? non ne ſtatim à principio plorat, ut primum natus eſt infans? uitamque à lachrimis auſpicatur? quæ tandem cum non premit moleſtia? ſemper enim uel pecunia, uel frigore, uel calore, uel uerberibus urgetur, & priuſquam loqui poſſit, quãta patitur? flens ſcilicet hanc ſolam habẽs ſuæ anxietatis querelam. Cum autem ſe primum expleuerit annum, iam cuſtodes adſunt, ludi magiſtri, & ingens plane domi norum multitudo. Quid dicam de laboribus, quos adoleſcentia ac iuuentus ſubire cogitur? Hinc iam fallens ſubrepit ſeneƈꝰ, in quam confluit quicquid eſt infirmum ac fragile, quare niſi ſtatim quis uitã quaſi æs alienum reddiderit, natura aſtans ſupra caput tanquam fœnerator uſuram repoſcit, ab alio quidem uiſum, ab alio auditũ. perſæpe utrumque. At ſiquis diutius cun-

ctetur, debilitat eum, excruciat, membraq; deſtituit: alii multa ſenectute fiunt ſimiles pueris. Dii ergo propter hoc ipſum, ut qui bus notiſſimæ ſint res humanæ, quos pluri mi faciunt, eos citius auferunt e uita. In Axi.

Solus homo nudus & inermis à natura relictus eſt. *Aug.*

Naſcimur infantes infirmiores quàm aliorum animaliũ fœtus. xiii. de Ciu. Dei.

Natura humana adeò eſt infirma, ut mi nimis etiam beſtiis interiri poſſit. De De cem Chor.

Tanto quiſque eſt miſerior, quanto faci lius mala ei⁹ volũtas implecur. De orã. Deũ

Homo eſt fragilior vaſe vitreo, quia & caſus omnes, qui non ceſſant in re bus humanis fragilitate vtique noſtra quo tidie formidamus. In Euang. Matth.

Nos homines ſub tot caſibus quotidia nis fragiles ambulamus, & ſi caſus ipſi re pentini non acciderunt, tamen diu viuere non poſſumus. Homil. 28.

Omnis hominum abundantia eſt cala mitas ac miſeria, quia quanto plus habent, maiori deſiderio agitantur, cupiditatibus diſſipantur, timoribus cruciantur, ac triſti ad contabeſcunt. In Pſal. 29.

Alium mors vocat, alium paupertas *Sen.* vrit, alium diuitię vel alienę, vel ſuę tor quent, ille malam fortunam horret, hic ſe ſuæ felicitati ſubducere cupit, hunc homi nes male habent, illum dij. Epiſt. 49.

Quod aliud eſt homo quàm vas fragile? non eſt opus tempeſtate,vt diſſipetur,vbicũ que percutiet,ſoluitur. De Conſol.ad Mar.

Quid eſt homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, ſuapte natura inerme, alienę opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum,cuiuſlibet feræ pabulum, cuiuſlibet victima, ex infirmis fluidisque contentum,frigoris,æſtus, & laboris impatiens, ipſo rurſus ſitu,& ocio iturum in tabem, & ſemper ſua metuẽs alimenta, quorum modo inopia laborat,modo copia rumpitur. ib.

Circumſpice omnes,nullam domum nominabis miſeram,quæ non in inueniat miſeriori ſolatium.ibi.

Plut. Terra nihil nutrit imbecillius homine. De conſol.ad Sc.

Modicæ ſunt hominũ vires, curæ inanes, labor ſupra laborem, & mors crudelis, & ineuitabilis imminet.ibi.

Ex omnibus,quę in terris ſpirant, ac ſerpunt,nihil eſt infelicius homine. De morb. an. & corp.

Homo eſt vmbræ ſomnium,quid eſt imbecillius vmbra?aut quibus verbis ſom. ni effari poſſit? De conſol.ad Apol.

Vita noſtra multis modis eſt laborioſa, & difficilis.ibi.

Mali quædam fatalis portio omnibus noſtris in rebus iam tum admiſcetur,cum naſcimur,cum ipſa ſemina ſint mortalia, partem huius cauſſæ ſuſtinent, vnde prauitas

ingenij,

ngenij morbi, curæ, aliaq; fatalia incommoda mortales inſequuntur. ibi.

Nihil propè homini contingere poteſt, quod in ſe non habeat aliquid difficultatis, vt etiam in maxima lętitia ſit quædam vel parua querimonia, quędam mellis, & fellis coniunctione. 4. Florid. *Apul.*

Sperata & optata vix pauca, & cum maxima moleſtia veniunt. De phil.

Cum genus humanum propter animi ſolicitudinem, corporis inbecillitatem, & omnium rerum indigentiam, duriorem quàm beſtię vitam agat in terris: ſi eundem viuendi terminum natura illi, vt cæteris animantibus dediſſet, nullũ animal eſſet infelicius homine. lib. 1. de Theol. plat. *Marſ.*

Quid in hominũ vita conmunius quàm ægritudo, luctus, exilium, ægeſtas, carcer, orbitas, repulſa, infamia? dolores ex patria, liberis, parentibus, vxoribus, propinquis, & amicis? lib. 2. de fortit. *Ioan. Pont.*

Vt florũ, ſic hominum caduca & fragilis eſt natura. ibi.

Nauigationis quàm ſimillima eſt hominũ vita, nunquàm curſus adeo ſecundus fuit, vt non pro ventorum arbitrio vela intendenda eſſent, ſic vitæ noſtrę quota pars eſt, quã ad arbitrium noſtrum viuamus? fortunæ & miſeriarum mancipium eſt vita. ibi.

Ex hoc hominum conditionem infelicẽ iudico, quod ſperato omnes victitant, quid enim eſt eorum ſpe inanius? In Char.

Noui hominum labores, noui miſerias,

Veluti in tabellis quibuſdam, ſiue in libellis inſcribuntur literæ, ita de memoria opinamur. ib.

Merc. Intelligentia humani ſenſus qualis aut quanta ſit, tota eſt in præteritorum memoria. in Aſel.

Pyth: Memoria potiſſimum opus eſt, vbi & omnia, quæ docentur, et quę dicuntur, contineantur.

Nihil ad ſcientiam, ad experientiam, & ad prudentiam maioris eſt momēti, quàm memoria.

Aug. Nulla doctrina poteſt eſſe ſine memoria & ratione, 18. de Ciu. dei.

Cū cogitamus, quod audiuimus, & percepimus, tunc manducamus, & in memoriam tamquam in uentriculum mittimus. Homil. 35.

Plut. Memoriam muſarum matrem eſſe traditur, quaſi inſinuent, & demonſtrent, nullam a natura rem tantum gignere, ac nutrire poſſe, quantum memoriam. De lib. caduc.

Memoriæ ius in diſcendo exercitata nō modo ad eruditionem conducit, ſed & ad ciuiles actiones non modicum affert adiumentum: nam præteritarum actionum memoria exemplar prębet bene conſultaturo de futuris. ib.

Memoria bonorum virorum, & conſideratio celeriter adhibita in omnibus animi motibus, & difficultatibus oblatis proficientes in uirtutis ſtudio integros atquę

crectos

erectos conſeruat. De prof. virt.

Qui præterita non complectuntur memoria, neque reuocant, uel effluere ſinunt, ij reipſa faciũt ſe quotidie indignos, & inanes, & à craſtino pendent. De an. tranquil.

Memoria exercitatione vires acquirit, & augetur, ocio autem langueſcit, & minuitur. De conſu. *Gal.*

Memoria præteriti eſt delectabilis, ſpes autem futuri. lib. de med. cord. tract. 1. *Auic.*

De mente & intellectu.

INtellectus eſt anima gubernator. in Phed. *Plato*

Quicunque mentis indagationis vehementius ſtudet, debet etiam in corporis exercitatione verſari. in Tim.

Intellectus ita ſe habet ad bonum, vt viſus ad ſolem. 6. de rep.

Qui viuit ſecundum mentem, deo amiciſſimus eſſe videtur. 10. eth. *Ariſt.*

Propria hominis vita eſt ſecundum mẽtem. ib.

Mens humana perturbatione minime caret. 3. Pol.

Mens eſt pars animæ rationalis. 7. Pol.

Mens & ratio fit in pueris, ueniente ætate. ib.

Intellectus magnum recipit impedimẽtum ab anima ſenſibili. 3. de An. com. *Auer.*

Qui

Qui duri ſunt carne, mente ſunt inepti, & contr 1. de An. com. 94.

Plot. Intellectus, & quicquid ab intellectu manat, non alienum, ſed proprium fit animæ decus, cum uere tunc ſolum fit anima. En 1.

Non oportet intellectum, uelut à tergo ſe flectere, & cum vtrinque vultum habeat, ſe ipſum à tergo relinquere, ac ſi bonum ipſum ſit inſpecturus, operam dare ne omnino ſit intellectus, ne ue ſit illa, quæ intelliguntur omnia. Eu. 3.

Oportet intellectui duntaxat hærere, atque animam in eo locatam firmiter permanere, neque ad id umquam, quod eſt deterius, declinare. ib.

Mentis quies eſt ſua ipſius actio ab aliis undique uacans. Enn. 5.

Procl. Tunc anima intellectu fruitur, cum ad ipſum conuerſa fuerit, lumenque ab ipſo ſuſceperit, & illi ſuam actionem coniunxerit.

Mert. *Mens* ipſa in bonis, piis, puris religioſis, ac ſanctis ianitoris munere fungens incidẽtes corporis inſidias haud permittit ſuum finem conſequi. Aditus enim per quos turpes blanditiæ manare ſolent, intercludit, omneſque libidinum ſomites extinguit. in pim.

Quibuſcunque animis mens præſidet, ſuo fulgore illas illuſtrat, eorum morbis, maliſque reſiſtens, & quemadmodum medicus eruditus ægrotantis corpus dolori-

bus

bus afficit, illud vrendo atque ſecando recuperandę ſanitatis cauſſa, ita mens uoluptuoſam affligit animam, ut uoluptatis radices euellat. ib.

Hæc duo ſoli homini ex omnibus animalibus Deus ipſe largitus eſt, mentem ac ſermonem, quæ quidem eiuſdẽ ac immortalitatis pretii eſſe cenſetur. ib.

Mens Deus eſt in hominibus, & idcirco nonnulli ex hominum numero dii ſunt, eorumque humanitas eſt diuinitati proxima. ibid.

Cum mens in ſanctam influit animam, extollit illam ad ſapientię lumen, hæc anima poſtea nunquam ſomni torpere langueſcit, ſed & uerbis & operibus pariter humano generi fert opem, ac iuuat modis omnibus ſuo ſemper æmulata parenti. ib.

Non omnes veram intelligentiam adepti ſunt; ſed aliqui nulla uera ratione inſpecta, temerario impetu imaginem ſequẽtes decipiuntur, quæ in mentibus malitiã parit, ac transformat optimum animal in naturam ferę, moreſque beſtiarum. in Aſcl.

Templum donis ornandum eſt, mens autem diſciplinis. *Pyth.*

Mentis particeps omnia ſua ordinans in hoc viuet, primum doctrinas colet, alia ſpernet, deinde habitudinem corporis & educationem non ad ferinam in rationalẽ voluptatem conuertet.

Qui manet in mente Deo perſimilis eſt.

Totus

Totus intentionis oculus & amor, mēti, & Deo iungendus eſt.

Quod eſt in nobis mentis & prudentiæ, hoc nempe ſolum rerum noſtrarum omnium eſt immortale ac diuinum.

Omnes actiones, & alia in mentem ac Deum ſunt referenda.

Aug. Intellectus ſapientia imbutus eſt vir legitimus animæ in euang. Io.

Maior eſt ſuauitas mentis, quàm ventris. In Euang. Lu.

Mente rationali ac ſapienti nihil præſtantius preter Deum. De lib. arb.

Mens ueritatem capere non poteſt, niſi libera ſit à viti s. De Ag. Chriſt.

Ex mentis humanæ natura ornatur iſta vita mortalis. 22. de Ciu. Dei.

Mens eſt animæ oculus. lib. 1. Solil.

Sen. Mens eſt ſui iuris, & adeo libera, vt neq; ab hoc quidē carcere, in quo eſt incluſa, teneri poſſit, quo minus impetu ſuo vtatur, ingentia agat, & in infinitum comes cæleſtibus exeat. 3. de ben.

Bona mens non commodatur, nec emitur, & ſi venalis eſſet, non haberet emptorem, ſed mala quotidie emitur. Epiſt. 28.

Nihil eſt tam difficile, & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatē adducat aſſidua permutatio. De Ira.

Nunquam recta mens uritur nec ſibi eſt odio, ne quicquam mutauit, quia

quia ſemper ſe quuta eſt optima. De vita beata.

Mobilis & inquieta mens data eſt homini, nunquam ſe retinet, ſpargitur, & cogitationes ſuas in omnia nota, atque ignota dimittit, vaga & quietis impatiens, ex nouitate rerum lętiſſima. Quod non miraberis, ſi propriam eius originem aſpexeris, non enim ex terreno concreta eſt corpore, ſed ex illo cęleſti ſpiritu deſcendit, cœleſtium autem natura ſemper eſt in motu. De conſol. ad Alber.

Mens eſt tanto præſtantior anima, quanto anima eſt pręſtantior corpore. De facie in or. Lu. *Plu.*

Mens videt, mens audit, reliqua ſunt cæca & ſurda. De fort.

Mẽs hominis in fragili corpore alligata, & in tenebroſo domicilio incluſa, neque liberius euagari, neque clarius ueritatem conſpicere poteſt, cuius notio diuinę cõditionis eſt *Lact.*

Craſſus venter mentem ſubtilem non parit. Ad Thraſib. *Gal.*

Mens eſt animæ caput, & pars eius excellentiſſima. 1. de Theol. Plat. *Marſ.*

Menti nihil magis naturale eſſe poteſt, quàm ſui ipſius cognitio. lib. 1. Epiſt.

Optimus viuendi modus eſt, omnibus viribus contendere, vt ſecundum mentem viuamus, ita enim ſemper feliciter viuitur. ibid.

Quod eſt in corpore oculus, & in oculo uiſus, id ferè eſt intellectus in anima. lib.2. Epiſt.

Io. Pic. Quod eſt oculus in rebus corporeis, id ipſum eſt mens in genere ſpiritali. in Hepti

Io. Pōt. Nihil cęlitibus tam ſimile, aut quod diuinitatem tantopere repreſentet quàm mens, nihil deorum actionibus tam cogna tum quàm mentis illa ipſa ſapiens agitatio & ſtudium. lib.1. de prud.

De metu & audacia.

Plat. METum inferunt nō præterita mala; non præſentia, ſed quæ expectātur. Metum ſiquidem futuri mali expectationem uocamus. in Lach.

Turpis eſt ac noxia nobis audacia, tolerantiaque imprudens ibid.

Ariſt. Timere quædam honeſtum eſt, turpe autem non timere, ut infamiam: qui .n. eā timet, eſt uerecundus & modeſtus, qui uero eam non timet, eſt impudens. 3. Ethic.

Metus communis eos etiam in unum cogit, qui prius erant inimiciſſimi. 5. Pol.

Metus eſt dolor quidam, & animi trepidatio ex cogitatione futuri mali profecta, quod aut perniciem, aut moleſtiam adducere uideatur. 2. Rhet.

Audaciæ motus eſt ſpes, quę oritur ex cogita-

cogitatione, rerumque vtilium imaginatione, quus homines breui ſe conſequuturos putant, aut rerum terribilium & pertimendarum, quas aut extinctas, aut ſublatas eſſe, aut remotas, & procul poſitas arbitrantur. ib.

Magnum bonum eſt, ſine metu viuere. lib. 1. de lib. arb. *Aug.*

Nullum dubium eſt, non aliam eſſe metuendi cauſſam, niſi ne id, quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum. lib. quæſt.

Metus nil aliud eſt, niſi uoluntas in diſſenſionem ab ijs, quæ nolumus. 14. de Ciu. Dei.

Plura ſunt, quæ nos terrent, quàm quæ præmunt, & ſępius opinione quàm re laboramus. epiſt. 13. *Sen.*

Cito accedimus opinioni, non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt nec excutimus, ſed trepidamus, & ſic uertimus terga, quemadmodum illi, quos puluis motus fuga pecorum exuit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine auctore ſparſa conternnit. ib.

Si uis omnem ſolicitudinem exuere, quicquid vereris, ne eueniant, euenturam utique propone, & quodcunque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuum taxa, intelliges profectò, aut non magnum, aut non longum eſſe quod metuis. epiſt. 24.

Metus dum venit, ſomnus rarum habet

locum. In prouerb.

Multos timere debet, quem multi timent. ib,

Quotidie damnatur, qui ſemper timet. ib.

Plut. Solus metus, cum non minus quàm audacia rationis ſit expers, uacuitatem rationis habet ſegnem, ocioſamque, & perplexam, animam perturbat, ac territum uincit, unde metum Deica quaſi ligamen, Græci dixerunt. De ſuperſt.

Metus non ſolum memoriam conſternat, ſed & omne animi inſtitutum, & laudabilem conatum atque incitationem. De ſent. Alex.

Ex animi motibus metus maxime nauſeã mouet, nam & tremunt, & horrent, & alui humectantnr iis, qui imaginando periculũ concipiunt. In Quæſt.

Nulla res maiori eſt impedimento conſultantibus, quàm metus. Symp. 8.

Gal. Metus diuturnus corpus frigidum efficit. De præcogn. ex pul.

Timor diuturnus nihil abeſt à triſtitia. De cauſis pul.

Siquis timore correptus fuerit, manibuſque ſiue quid agere, ſiue librare uoluerit, tremulę quidem manus agendo, tremula quoque crura incedendo ei ob timorem fiunt. Timor quippe facultatis robur nihilo minus quàm onus iminiuit. De Trem.

Per timorem & ſpiritus & ſanguis intus ſeſe recipiunt, quo fit, ut algeant partes

tes in ſuperficie poſitæ, idque interdum adeò uehementer, ut nonnulli quoque rigore arripiantur, De Symp.cau.

Metus non modo eripit conſilium, ubi uehementius turbauit animum, uerum et ſi remiſſior primo fuerit, poſtea tamen ſimul pluribus oblatis cauſſis, mentem ipsã adeò labefactat, ut nonnunquam & ſi iure metuimus, ſpecie tamen decepti, non quã ob cauſſam debemus, metuamus. libro 1. de for. *Ioan. Pont.*

Qui nimis extimeſcit, eum timidum ac meticuloſum dicimus, qui non in eo ſolũ peccat, quòd etiam non metuenda pauitat, ſed quòd ea, quæ timenda ſunt, nequaquam ut oportet, timeat. Itaque trepidat, horreſcit, palat, fugit animus, & metu mẽbra quatiuntur. ibid.

Meticuloſos non ſolum res ac pericula, uerum rumores ipſi etiam incerti & uani, & ipſa, ut dici ſolet, umbra perſępe deterret. ibid.

Meticuloſi ob ſummam animorũ mollitiem & imbecillitatem in doloribus cernũtur. quàm ſint demiſſi. itaque nihil durum tolerare poſſunt, nihil aſperum pati, ſtatim concidunt femineum in modum, eorum ſunt mulieres illi eiulatus ac lamentationes. ib.

Eſt audacis proprium, & antequàm periculum adeat, & poſtquã adiit, ſupraquã ſatis eſt conſidere, qui, quòd ſupra uires conatur, audetq; ultra quàm recta ratio exi-

git, neceſſe eſt, in ipſa congreſſione, atque inter decertandum, uiribus atque animo deficiatur. ib.

Eſt audaciæ coniuncta temeritas iuſelix humanarum actionum & dux, & comes. ib.

Simulator quidem uirtutis eſt audax, & tamquam adumbrata quædam perſona, quæ qualis ſit, res ipſa indicat, ib.

De miſeria humana.

Plat. QVæ pars ætatis calamitatibus uacat? non ne ſtatim à principio plorat, ut primum natus eſt infans? uitamque à lachrimis auſpicatur? quæ tandem cum non premit moleſtia? ſemper enim uel pecunia, uel frigore, uel calore, uel uerberibus urgetur, & priuſquam loqui poſſit, quãta patitur? flens ſcilicet hanc ſolam habẽs ſuæ anxietatis querelam. Cum autem ſe primum expleuerit annum, iam cuſtodes adſunt, ludi magiſtri, & ingens plane dominorum multitudo. Quid dicam de laboribus, quos adoleſcentia ac iuuentus ſubire cogitur? Hinc iam fallens ſubrepit ſenectꝰ, in quam confluit quicquid eſt infirmum ac fragile, quare niſi ſtatim quis uitã quaſi æs alienum reddiderit, natura aſtans ſupra caput, tanquam fœnerator uſuram repoſcit, ab alio quidem uiſum, ab alio auditũ, perſæpe utrumque. At ſiquis diutius cunctetur,

ctetur, debilitat eum, excruciat, membraq; deſtituit: alii multa ſenectute fiunt ſimiles pueris. Dii ergo propter hoc ipſum, ut qui bus notiſſimæ ſint res humanæ, quos pluri mi faciunt, eos citius auferunt e uita. In Axi.

Solus homo nudus & inermis à natura relictus eſt.

Aug. Naſcimur infantes infirmiores quàm aliorum animaliū fœtus. xiii. de Ciu. Dei.

Natura humana adeò eſt infirma, ut mi nimis etiam beſtiis interiri poſſit. De De cem Chor.

Tanto quiſque eſt miſerior, quanto faci lius mala ei⁹ volūtas impletur. De orà. Deū

Homo eſt fragilior vaſe vitreo, quia & caſus omnes, qui non ceſſant in re bus humanis fragilitate vtique noſtra quo tidie formidamus. In Euang. Matth.

Nos homines ſub tot caſibus quotidia nis fragiles ambulamus, & ſi caſus ipſi re pentini non acciderunt, tamen diu viuere non poſſumus. Homil. 28.

Omnis hominum abundantia eſt cala mitas ac miſeria, quia quanto plus habent, maiori deſiderio agitantur, cupiditatibus diſſipantur, timoribus cruciantur, ac triſti contabeſcunt. In Pſal. 29.

Sen. Alium mors vocat, alium paupertas vrit, alium diuitię vel alienę, vel ſuę tor quent, ille malam fortunam horret, hic ſe ſuæ felicitati ſubducere cupit, hunc homi nes male habent, illum dij. Epiſt. 49.

Quod aliud eſt homo quàm vas fragile? non eſt opus tempeſtate, vt diſſipetur, vbicũque percutiet, ſoluitur. De Conſol. ad Mar.

Quid eſt homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, ſuapte natura inerme, alienę opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum, cuiuſlibet feræ pabulum, cuiuſlibet victima, ex infirmis fluidisque contentum, frigoris, æſtus, & laboris impatiens, ipſo rurſus ſitu, & ocio iturum in tabem, & ſemper ſua metuẽs alimenta, quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur. ib.

Circumſpice omnes, nullam domum nominabis miſeram, quæ non in inueniat miſeriori ſolatium. ibi.

Plut. Terra nihil nutrit imbecillius homine. De conſol. ad Sc.

Modicæ ſunt hominũ vires, curæ inanes, labor ſupra laborem; & mors crudelis, & ineuitabilis imminet. ibi.

Ex omnibus, quę in terris ſpirant, ac ſerpunt, nihil eſt infelicius homine. De morb. an. & corp.

Homo eſt vmbræ ſomnium, quid eſt imbecillius vmbra? aut quibus verbis ſom. ... effari poſſit? De conſol. ad Apol.

Vita noſtra multis modis eſt laborioſa difficilis. ibi.

Mali quædam fatalis portio omnibus noſtris in rebus iam tum admiſcetur, cum naſcimur, cum ipſa ſemina ſint mortalia, partem huius cauſſæ ſuſtinent, vnde prauitas

ingenij,

ngenij, morbi, curæ, aliaq; fatalia incommoda mortales inſequuntur. ibi.

Nihil propè homini contingere poteſt, quod in ſe non habeat aliquid difficultatis, vt etiam in maxima lętitia ſit quædam vel parua querimonia, quędam mellis, & fellis coniunctione. 4. Florid. ***Apul.***

Sperata & optata vix pauca, & cum maxima moleſtia veniunt. De phil.

Cum genus humanum propter animi ſolicitudinem, corporis inbecillitatem, & omnium rerum indigentiam, duriorem quàm beſtię vitam agat in terris: ſi eundem viuendi terminum natura illi, vt cæteris animantibus dediſſet, nullũ animal eſſet infelicius homine. lib. 1. de Theol. plat. ***Marſ.***

Quid in hominũ vita conmunius quàm ægritudo, luctus, exilium, ægeſtas, carcer, orbitas, repulſa, infamia? dolores ex patria, liberis, parentibus, vxoribus, propinquis, & amicis? lib. 2. de fortir. ***Ioan. Pont.***

Vt florũ, ſic hominum caduca & fragilis eſt natura. ibi.

Nauigationis quàm ſimillima eſt hominũ vita, nunquàm curſus adeo ſecundus fuit, vt non pro ventorum arbitrio vela intendenda eſſent, ſic vitæ noſtrę quota pars eſt, quã ad arbitrium noſtrum viuamus? fortunæ & miſeriarum mancipium eſt vita. ibi.

Ex hoc hominum conditionem infelicẽ iudico, quod ſperato omnes victitant, quid enim eſt eorum ſpe inanius? In Char.

Noui hominum labores, noui miſerias,

quibus quid eſſe poteſt ęrumnoſius? Iure igitur ne dum recuſem ſubire uelle hominis affectus, perturbationes, ægritudines; nec animi minus quàm corporis, humanam vitam miſeror, vt quam omni ex parte infeliciſſimam iudicem. 16. Vide de Vita.

De Moribus.

Plato. HOmines modeſti mores ſui ſimiles quærunt. In Pol.

Nunquam malis moribus quemquā aſſueſcere decet. 4. de Leg.

Diuerſarum gentium commixtio varios mores confundere ſolet, & peregrinorum cum peregrinis conſuetudo plurima innouare, quod ciuitati benè rectisq́ue legibus inſtitutę maximè omnium nocet. 12. de leg.

Ariſt. Moralis ſcientiæ finis non eſt ſcire, ſed agere. 1. eth.

Moralis ſcientiæ auditor bene moribus inſtitutus eſſe debet, & hinc vel iam habet, vel facile principia accipere poteſt. ibid.

Moralis doctrina ijs maxime eſt vtilis, qui ſuas cupiditates rationi ſubijciunt. 1.

Nulla virtus moralis eſt à natura, ſed fit ex conſuetudine. 2. eth.

Virtus moralis in voluptatibus & doloribus verſatur: nam propter voluptates improba facimus, & propter moleſtiam honeſta prætermittimus. ibid.

Mores meliores ſunt cauſſa melioris reipu-

reipublicę. 8. Pol.

Hominum vita rectè diſpoſita morum conſonantiam, & actionum concinnitatem. ſuſcipit. de An. & dem. *Pro.*

Mores boni indicant hominem bonum In Euang. Io. *Aug.*

Ex moribus apparet animus. De ver. Ap.

Vbi quis naſcitur, ipſius regionis vel ciuitatis moribus imbuitur. In Pſal. 64.

In morib⁹ fortuna ius nō habet. epiſt. 36. *Sen.*

Sibi quiſque dat mores, miniſteria caſus aſſignat. epiſt. 47.

Hoc habent inter cętera boni mores, ſibi placent, ac permanent. ibid.

Omnia rerum omnium, ſi obſeruantur, ſunt inditia, & morum argumentum ex minimis quoque capere licet. Epiſt. 53.

Vbi videmus, orationem corruptam placere, ibi mores quoque a recto deſciuiſſe, dubium non erit. epiſt. 115.

Non quicquid morale eſt, bonos mores facit, aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad veſtiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum, omnia tamen ad hominem pertinent, etſi non omnia eum meliorē faciunt. epiſt. 122.

Mores ſumuntur ab ijs, quorum conſuetudine vtimur, & quemadmodū vitia quædam ad corporis contactum tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. De ira.

Non tam valetudini prodeſt vtilis regio, & ſalubre cælum, quàm animis parum firmis cum bonis verſari: quæ res quantum

Qui duri ſunt carne, mente ſunt inepti, & contr 1. de An.com.94.

Plot. Intellectus,& quicquid ab intellectu manat,non alienum, ſed proprium fit animæ decus, cum uere tunc ſolum ſit anima. En 1.

Non oportet intellectum,uelut à tergo ſe flectere,& cum vtrinque vultum habeat, ſe ipſum à tergo relinquere, ac ſi bonum ipſum ſit inſpecturus,operam dare ne omnino ſit intellectus,ne ue ſit illa,quæ intelliguntur omnia. Eu.3.

Oportet intellectui duntaxat hærere, atque animam in eo locatam firmiter permanere,neque ad id umquam,quod eſt deterius,declinare.ib.

Mentis quies eſt ſua ipſius actio ab aliis undique uacans.Enn.5.

Procl. Tunc anima intellectu fruitur, cum ad ipſum conuerſa fuerit, lumenque ab ipſo ſuſceperit, & illi ſuam actionem coniunxerit.

Merc. *Mens* ipſa in bonis, piis,puris religioſis, ac ſanctis ianitoris munere fungens incidétes corporis inſidias haud permittit ſuum finem conſequi.Aditus enim per quos turpes blanditiæ manare ſolent, intercludit, omneſque libidinum ſomites extinguit. in pim.

Quibuſcunque animis mens præſidet, ſuo fulgore illas illuſtrat, eorum morbis, maliſque reſiſtens,& quemadmodum medicus eruditus ægrotantis corpus dolori-

bus

bus afficit, illud vrendo atque ſecando recuperandę ſanitatis cauſſa, ita mens uoluptuoſam affligit animam, ut uoluptatis radices euellat. ib.

Hæc duo ſoli homini ex omnibus animalibus Deus ipſe largitus eſt, mentem ac ſermonem, quæ quidem eiuſdẽ ac immortalitatis pretii eſſe cenſetur. ib.

Mens Deus eſt in hominibus, & idcirco nonnulli ex hominum numero dii ſunt, eorumque humanitas eſt diuinitati proxima. ibid.

Cum mens in ſanctam influit animam, extollit illam ad ſapientię lumen, hæc anima poſtea nunquam ſomni torpore langueſcit, ſed & uerbis & operibus pariter humano generi fert opem, ac iuuat modis omnibus ſuo ſemper æmulata parenti. ib.

Non omnes veram intelligentiam adepti ſunt, ſed aliqui nulla uera ratione inſpecta, temerario impetu imaginem ſequẽtes decipiuntur, quæ in mentibus malitiã parit, ac transformat optimum animal in naturam ferę, moreſque beſtiarum. in Aſcl.

Templum donis ornandum eſt, mens autem diſciplinis. *Pyth.*

Mentis particeps omnia ſua ordinans in hoc viuet, primum doctrinas colet, alia ſpernet, deinde habitudinem corporis & educationem non ad ferinam in rationalẽ voluptatem conuertet.

Qui manet in mente Deo perſimilis eſt.

Totus

Totus intentionis oculus & amor, méti, & Deo iungendus eſt.

Quod eſt in nobis mentis & prudentiæ, hoc nempe ſolum rerum noſtrarum omnium eſt immortale ac diuinum.

Omnes actiones, & alia in mentem ac Deum ſunt referenda.

Aug. Intellectus ſapientia imbutus eſt vir legitimus animæ in euang. Io.

Maior eſt ſuauitas mentis, quàm ventris. In Euang. Lu.

Mente rationali ac ſapienti nihil præſtantius preter Deum. De lib. arb.

Mens ueritatem capere non poteſt, niſi libera ſit à vitiis. De Ag. Chriſt.

Ex mentis humanæ natura ornatur iſta vita mortalis. 22. de Ciu. Dei.

Mens eſt animæ oculus. lib. 1. Solil.

Sen. Mens eſt ſui iuris, & adeo libera, vt neq; ab hoc quidẽ carcere, in quo eſt incluſa, teneri poſſit, quo minus impetu ſuo vtatur, ingentia agat, & in infinitum comes cæleſtibus exeat. 3. de ben.

Bona mens non commodatur, nec emitur, & ſi venalis eſſet, non haberet emptorem, ſed mala quotidie emitur. Epiſt. 28.

Nihil eſt tam difficile, & arduum, quod non humana mens uincat, & in familiaritatẽ adducat aſſidua permutatio. De Ira.

Nunquam recta mens uritur nec ſibi eſt odio, nec quicquam mutauit, quia

quia ſemper ſequuta eſt optima. De vita beata.

Mobilis & inquieta mens data eſt homini, nunquam ſe retinet, ſpargitur, & cogitationes ſuas in omnia nota, atque ignota dimittit, vaga & quietis impatiens, ex nouitate rerum lętiſſima. Quod non miraberis, ſi propriam eius originem aſpexeris, non enim ex terreno concreta eſt corpore, ſed ex illo cęleſti ſpiritu deſcendit, cœleſtium autem natura ſemper eſt in motu. De conſol. ad Alber.

Mens eſt tanto præſtantior anima, quanto anima eſt pręſtantior corpore. De facie in or. Lu. *Plu.*

Mens videt, mens audit, reliqua ſunt cæca & ſurda. De fort.

Mẽs hominis in fragili corpore alligata, & in tenebroſo domicilio incluſa, neque liberius euagari, neque clarius ueritatem conſpicere poteſt, cuius notio diuinę cõditiouis eſt. *Lact.*

Craſſus venter mentem ſubtilem non parit. Ad Thraſib. *Gal.*

Mens eſt animæ caput, & pars eius excellentiſſima. 1. de Theol. Plat. *Marſ.*

Menti nihil magis naturale eſſe poteſt, quàm ſui ipſius cognitio. lib. 1. Epiſt.

Optimus viuendi modus eſt, omnibus viribus contendere, vt ſecundum mentem viuamus, ita enim ſemper feliciter viuitur. ibid.

Quod

Quod eſt in corpore oculus, & in oculo viſus, id ferè eſt intellectus in anima. lib.2. Epiſt.

Io. Pic. Quod eſt oculus in rebus corporeis, id ipſum eſt mens in genere ſpiritali. in Hepti

Io. Pōt. Nihil cęlitibus tam ſimile, aut quod diuinitatem tantopere repreſentet quàm mens, nihil deorum actionibus tam cognatum quàm mentis illa ipſa ſapiens agitatio & ſtudium. lib.1. de prud.

De metu & audacia.

Plat. Metum inferunt nō præterita mala; non præſentia, ſed quæ expectãtur. Metum ſiquidem futuri mali expectationem uocamus. in Lach.

Turpis eſt ac noxia nobis audacia, tolerantiaque imprudens ibid.

Ariſt. Timere quædam honeſtum eſt, turpe autem non timere, ut infamiam: qui .n. eã timet, eſt uerecundus & modeſtus, qui uero eam non timet, eſt impudens. 3. Ethic.

Metus communis eos etiam in unum cogit, qui prius erant inimiciſſimi. 5. Pol.

Metus eſt dolor quidam, & animi trepidatio ex cogitatione futuri mali profecta, quod aut perniciem, aut moleſtiam adducere uideatur. 2. Rhet.

Audaciæ motus eſt ſpes, quę oritur ex cogita-

cogitatione, rerumque vtilium imaginatio ne, quus homines breui ſe conſequuturos putant, aut rerum terribilium & pertimen darum, quas aut extinctas, aut ſublatas eſ-ſe, aut remotas, & procul poſitas arbitrantur. ib.

Magnum bonum eſt, ſine metu viuere. lib. 1. de lib. arb. *Aug.*

Nullum dubium eſt, non aliam eſſe me tuendi cauſſam, niſi ne id, quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſca mur ſperatum. lib. quæſt.

Metus nil aliud eſt, niſi uoluntas in diſ-ſenſionem ab ijs, quæ nolumus. 14. de Ciu. Dei.

Plura ſunt, quæ nos terrent, quàm quæ præmunt, & ſępius opinione quàm re labo ramus. epiſt. 13. *Sen.*

Cito accedimus opinioni, non coargui-mus illa, quæ nos in metum adducunt nec excutimus, ſed trepidamus, & ſic uertimus terga, quemadmodum illi, quos puluis mo tus fuga pecorum exuit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine auctore ſparſa conter-rnit. ib.

Si uis omnem ſolicitudinem exuere, quicquid vereris, ne eueniant, euenturam utique propone, & quodcunque illud eſt malum, tecum ipſe metire, ac timorem tuum taxa, intelliges profectò, aut non ma gnum, aut non longum eſſe quod metuis. epiſt. 24.

Metus dum venit, ſomnus rarum habet

locum. In prouerb.

Multos timere debet, quem multi timent. ib,

Quotidie damnatur, qui ſemper timet. ib.

Plut. Solus metus, cum non minus quàm audacia rationis ſit expers, uacuitatem rationis habet ſegnem, ocioſamque, & perplexam, animam perturbat, ac territum uincit, unde metum Deica quaſi ligamen, Gręci dixerunt. De ſuperſt.

Metus non ſolum memoriam conſternat, ſed & omne animi inſtitutum, & laudabilem conatum atque incitationem. De ſent. Alex.

Ex animi motibus metus maxime nauſeã mouet, nam & tremunt, & horrent, & alui humectantnr iis, qui imaginando periculũ concipiunt. In Quæſt.

Nulla res maiori eſt impedimento conſultantibus, quàm metus. Symp. 8.

Gal. Metus diuturnus corpus frigidum efficit. De præcogn. ex pul.

Timor diuturnus nihil abeſt à triſtitia. De cauſis pul.

Siquis timore correptus fuerit, manibuſque ſiue quid agere, ſiue librare uoluerit, tremulę quidem manus agendo, tremula quoque crura incedendo ei ob timorem fiunt. Timor quippe facultatis robur nihilo minus quàm onus ĩminuit. De Trem.

Per timorem & ſpiritus & ſanguis intus ſeſe recipiunt, quo fit, ut algeant partes

tes in ſuperficie poſitæ, idque interdum adeò uehementer, ut nonnulli quoque rigore arripiantur, De Symp.cau.

Metus non modo eripit conſilium, ubi uehementius turbauit animum, uerum et ſi remiſſior primo fuerit, poſtea tamen ſimul pluribus oblatis cauſſis, mentem ipsã adeò labefactat, ut nonnunquam & ſi iure metuimus, ſpecie tamen decepti, non quã ob cauſſam debemus, metuamus. libro 1. de for. *Ioan. Pont.*

Qui nimis extimeſcit, eum timidum ac meticuloſum dicimus, qui non in eo ſolũ peccat, quòd etiam non metuenda pauitat, ſed quòd ea, quæ timenda ſunt, nequaquam ut oportet, timeat. Itaque trepidat, horreſcit, palat, fugit animus, & metu mẽbra quatiuntur. ibid.

Meticuloſos non ſolum res ac pericula, uerum rumores ipſi etiam incerti & uani, & ipſa, ut dici ſolet, umbra perſępe deterret. ibid.

Meticuloſi ob ſummam animorũ mollitiem & imbecillitatem in doloribus cernũtur. quàm ſint demiſſi: itaque nihil durum tolerare poſſunt, nihil aſperum pati, ſtatim concidunt femineum in modum, eorum ſunt mulieres illi ciulatus ac lamentationes. ib.

Eſt audacis proprium, & antequàm periculum adeat, & poſtquã adiit, ſupraquã ſatis eſt conſidere, qui, quòd ſupra uires conatur, audetq; ultra quàm recta ratio exi-

 git,

git, neceſſe eſt, in ipſa congreſſione, atque inter decertandum, uiribus atque animo deficiatur. ib.

Eſt audaciæ coniuncta temeritas infelix humanarum actionum & dux, & comes. ib.

Simulator quidem uirtutis eſt audax, & tamquam adumbrata quædam perſona, quæ qualis ſit, res ipſa indicat, ib.

De miſeria humana.

Plat. QVæ pars ætatis calamitatibus uacat? non ne ſtatim à principio plorat, ut primum natus eſt infans? uitamque à lachrimis auſpicatur? quæ tandem cum non premit moleſtia? ſemper enim uel pecunia, uel frigore, uel calore, uel uerberibus urgetur, & priuſquam loqui poſſit, quãta patitur? flens ſcilicet hanc ſolam habẽs ſuæ anxietatis querelam. Cum autem ſeprimum expleuerit annum, iam cuſtodes adſunt, ludi magiſtri, & ingens plane dominorum multitudo. Quid dicam de laboribus, quos adoleſcentia ac iuuentus ſubire cogitur? Hinc iam fallens ſubrepit ſenectus, in quam confluit quicquid eſt infirmum ac fragile, quare niſi ſtatim quis uitã quaſi æs alienum reddiderit, natura aſtans ſupra caput tanquam fœnerator uſuram repoſcit, ab alio quidem uiſum, ab alio auditũ. perſæpe utrumque. At ſiquis diutius cunctetur,

ctetur, debilitat eum, excruciat, membraq; deſtituit: alii multa ſenectute fiunt ſimiles pueris. Dii ergo propter hoc ipſum, ut qui bus notiſſimæ ſint res humanæ, quos pluri mi faciunt, eos citius auferunt e uita. In Axi.

Solus homo nudus & inermis à natura relictus eſt.

Aug. Naſcimur infantes infirmiores quàm aliorum animaliũ fœtus. xiii. de Ciu. Dei.

Natura humana adeò eſt infirma, ut mi nimis etiam beſtiis interiri poſſit. De De cem Chor.

Tanto quiſque eſt miſerior, quanto faci lius mala ei⁹ volũtas implectur. De ora. Deũ

Homo eſt fragilior vaſe vitreo, quia & caſus omnes, qui non ceſſant in re- bus humanis fragilitate vtique noſtra quo- tidie formidamus. In Euang. Matth.

Nos homines ſub tot caſibus quotidia- nis fragiles ambulamus, & ſi caſus ipſi re- pentini non acciderunt, tamen diu viuere non poſſumus. Homil. 28.

Omnis hominum abundantia eſt cala- mitas ac miſeria, quia quanto plus habent, maiori deſiderio agitantur, cupiditatibus diſſipantur, timoribus cruciantur, ac triſti- contabeſcunt. In Pſal. 29.

Sen. Alium mors vocat, alium paupertas vrit, alium diuitiæ vel alienæ, vel ſuæ tor- quent, ille malam fortunam horret, hic ſe- ſuæ felicitati ſubducere cupit, hunc homi- nes male habent, illum dij. Epiſt. 49.

Quod aliud eſt homo quàm vas fragile? non eſt opus tempeſtate, vt diſſipetur, vbicũque percutiet, ſoluitur. De Conſol. ad Mar.

Quid eſt homo? imbecillum corpus & fragile, nudum, ſuapte natura inerme, alienę opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum, cuiuſlibet feræ pabulum, cuiuſlibet victima, ex infirmis fluidisque contentum, frigoris, æſtus, & laboris impatiens, ipſo rurſus ſitu, & ocio iturum in tabem, & ſemper ſua metuẽs alimenta, quorum modo inopia laborat, modo copia rumpitur. ib.

Circumſpice omnes, nullam domum nominabis miſeram, quæ non in inueniat miſeriori ſolatium. ibi.

Plut. Terra nihil nutrit imbecillius homine. De conſol. ad Sc.

Modicæ ſunt hominũ vires, curæ inanes, labor ſupra laborem, & mors crudelis, & ineuitabilis imminet. ibi.

Ex omnibus, quę in terris ſpirant, ac ſerpunt, nihil eſt infelicius homine. De morb. an. & corp.

Homo eſt vmbræ ſomnium, quid eſt imbecillius vmbra? aut quibus verbis ſom. ñ effari poſſit? De conſol. ad Apol.

Vita noſtra multis modis eſt laborioſa, difficilis. ibi.

Mali quædam fatalis portio omnibus noſtris in rebus iam tum admiſcetur, cum naſcimur, cum ipſa ſemina ſint mortalia, partem huius cauſſæ ſuſtinent, vnde prauitas

ngenij, morbi, curæ, aliaq; fatalia incommoda mortales inſequuntur. ibi.

Nihil propè homini contingere poteſt, quod in ſe non habeat aliquid difficultatis, vt etiam in maxima lętitia ſit quædam vel parua querimonia, quędam mellis, & fellis coniunctione. 4. Florid. *Apul.*

Sperata & optata vix pauca, & cum maxima moleſtia veniunt. De phil.

Cum genus humanum propter animi ſolicitudinem, corporis inbecillitatem, & omnium rerum indigentiam, duriorem quàm beſtię vitam agat in terris: ſi eundem viuendi terminum natura illi, vt cæteris animantibus dediſſet, nullũ animal eſſet infelicius homine. lib. 1. de Theol. plat. *Marſ.*

Quid in hominũ vita conmunius quàm ægritudo, luctus, exilium, ægeſtas, carcer, orbitas, repulſa, infamia? dolores ex patria, liberis, parentibus, vxoribus, propinquis, & amicis? lib. 2. de fortit. *Ioan. Pont.*

Vt florũ, ſic hominum caduca & fragilis eſt natura. ibi.

Nauigationis quàm ſimillima eſt hominũ vita, nunquàm curſus adeo ſecundus fuit, vt non pro ventorum arbitrio vela intendenda eſſent, ſic vitæ noſtrę quot a pars eſt, quã ad arbitrium noſtrum viuamus? fortunæ & miſeriarum mancipium eſt vita. ibi.

Ex hoc hominum conditionem infelicẽ iudico, quod ſperato omnes victitant, quid enim eſt eorum ſpe inanius? In Char.

Noui hominum labores, noui miſerias,

quibus quid eſſe poteſt ęrumnoſius? Iure igitur ne dum recuſem ſubire uelle hominis affectus, perturbationes, ægritudines; nec animi minus quàm corporis, humanam vitam miſeror, vt quam omni ex parte infeliciſſimam iudicem. 16. Vide de Vita.

De Moribus.

Plato. HOmines modeſti mores ſui ſimiles quærunt. In Pol.

Nunquam malis moribus quemquã aſſueſcere decet. 4. de Leg.

Diuerſarum gentium commixtio varios mores confundere ſolet, & peregrinorum cum peregrinis conſuetudo plurima innouare, quod ciuitati benè rectisque legibus inſtitutę maximè omnium nocet. 12. de leg.

Ariſt. Moralis ſcientiæ finis non eſt ſcire, ſed agere. 1. eth.

Moralis ſcientiæ auditor bene moribus inſtitutus eſſe debet, & hinc vel iam habet, vel facile principia accipere poteſt. ibid.

Moralis doctrina ijs maxime eſt vtilis, qui ſuas cupiditates rationi ſubijciunt. 1.

Nulla virtus moralis eſt à natura, ſed fit ex conſuetudine. 2. eth.

Virtus moralis in voluptatibus & doloribus verſatur: nam propter voluptates improba facimus, & propter moleſtiam honeſta prætermittimus. ibid.

Mores meliores ſunt cauſſa melioris reipu-

reipublicę. 8. Pol.

Hominum vita rectè diſpoſita morum *Pra.* conſonantiam, & actionum concinnitatem. ſuſcipit. de An. & dem.

Mores boni indicant hominem bonum *Aug.* In Euang. Io.

Ex moribus apparet animus. De ver. Ap.

Vbi quis naſcitur, ipſius regionis vel ciuitatis moribus imbuitur. In Pſal. 64.

In morib⁹ fortuna ius nō habet. epiſt. 36. *Sen.*

Sibi quiſque dat mores, miniſteria caſus aſſignat. epiſt. 47.

Hoc habent inter cętera boni mores, ſibi placent, ac permanent. ibid.

Omnia rerum omnium, ſi obſeruantur, ſunt inditia, & morum argumentum ex minimis quoque capere licet. Epiſt. 53.

Vbi videmus, orationem corruptam placere, ibi mores quoque a recto deſciuiſſe, dubium non erit. epiſt. 115.

Non quicquid morale eſt, bonos mores facit, aliud ad hominem alendum pertinet, aliud ad exercendum, aliud ad veſtiendum, aliud ad docendum, aliud ad delectandum, omnia tamen ad hominem pertinent, etſi non omnia eum meliorē faciunt. epiſt. 122.

Mores ſumuntur ab ijs, quorum conſuetudine vtimur, & quemadmodū vitia quædam ad corporis contactum tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. De ira.

Non tam valetudini prodeſt vtilis regio, & ſalubre cælum, quàm animis parum firmis cum bonis verſari: quæ res quantum

poſſit, intelliges, ſi videris feras quoque conuictu noſtro manſueſcere .ibi.

Diſcamus mēbris noſtris inniti, cultumque ac uictum non ad noua exempla componere, ſed vt maiorum ſuadent mores. De tranquil.

Quoties ſcribens aliquid dicturus es, ſcito morum tuorum te hominibus chirographum dare. De mor.

Plut. Malè morati ideo viuunt, vt edant, & bibant; viri autem boni edunt, ac bibunt, vt viuere poſſint, de poet. aud.

Mores magis quàm verba dicentis ſpectare oportet. de off. aud.

Sicut hiemi neceſſaria per ſerenitatem parare conuenit, ita & boni mores, & optimum ad ſenectutem viaticum modeſtia in ipſa iuuentute reponentur. de lib. educ.

Mores placidi, manſueti, & humani nemini eorum, quibuscum viuitur, ita grati ſunt, ac iucundi, vt illi ipſi, qui illis eſt præditus, de ira cohib.

Gal. Mores aut ſunt ciuiles, aut naturales, vel inſiti de arte med.

Dum à bonis ſincerisq; viris inſtruimur, opiniones quidem veræ ſunt, mores autem humani. lib. de nat. fac.

Marſ. Aequo ac libenti animo redargutio eſt accipienda præcipue in moribus corrigendis: nihil enim deterius eſt, quàm de moribus falſa ſentire. In Plat.

Peius eſt, ſeipſum flagitioſis hominibus ob morum ſimilitudinem perſimilem præſtare

re,quàm ab illis interfici.ibi.

Morbus animi in falſis opinionibus, & malis moribus conſiſtere videtur. ib.

Virtutes morales vim habent mitigandi perturbationes & affectus, qui à ſenſibus exterioribus oriri ſolent.lib. 1. epiſt.

Quorum mores non probantur, eorum verba probari non poſſunt.ib.

Curandum eſt, ne dum verbis aliorum mores reprehendimus, mores noſtri ac verba reprehendantur.lib.3. epiſt.

Virtutes,quę de moribus nomen habent comparanturque agendo, materia ſi defuerit, exterioraque adminicula,fruſtra quidē annitentur,eruntq; illarum conatus omnino irriti.lib.1.de prud. *Ioan. Pont.*

Nil aliud ſunt ipſę virtutes morales, quā actiones ratione temperatæ aut ipſis exactionibus cum ratione,& quidem recta cōſtitutę,& agendo,aſſueſcendo, multumque exercendo comparantur.ib.

De Morte.

Mors nil aliud eſt quàm rerum duarum, animę ſcilicet & corporis ad ſe inuicem diſſolutio. in Gor. *Plato.*

Abſurdum eſt,iam grandem natu imminentem mortem moleſtè ferre.In Crit.

Mors non eſt vltimum, ſed magis extrema ſunt inferorum ſupplicia,quę quamuis veriſſima narrentur,tamen imperitorum animos auertere nequeunt. 9.de leg.

Stulta eſt abiecta quadã moroſitate omnes ferè premuntur, cum ſe iam morituros arbitrantur. xj de leg.

Ex hac vita diſcedentes non in mortem, Sed in immortalitatem tranſimus, non in bonorum amiſſionem, ſed in ſinceriorem eorum perceptionem, neque ad voluptates mortali corpore confuſas, ſed ab omnibus prorſus moleſtijs purgatas. Illuc enim ex hoc ſoluti carcere proficiſcemur, vbi tranquilla & lęta ſunt omnia, & nulla fatiſcentia ſenecta, & vbi tranquillam agemus vitã ab omnibus incommodis liberam. In Axi.

Ariſt. Mors eſt omnium rerum maximè terribilis. 3. eth.

Mors eò magis eſt homini moleſta, quò ipſe eſt felicior. ibid.

Qui ſe ipſum occidit, ciuitatem iniuria afficit. 5. eth.

Auer. Mors eſt quid ultimum, quod ex neceſſitate materię prouenit. 2. Phy. com. 22.

Plot. Nemo per vim animam à corpore extrudat, ſed expectare debet, quoad corpus totum ab ipſa anima deficiat. En. 1.

Si mors eſt permutare corpus, non ſecus ac permutare veſtem in ſcæna, aut ſi mors eſt, omnino corpus deponere, quemadmodum in comœdia poſtremus exitus ex ludo, vbi tamen quis in poſterum quandoque ad ludum ſit rediturus; quidnam mali ſecum affert eiuſmodi animalium inuicem commutatio? quæ profectò multo melior eſt, quàm ſi nata ab initio non fuiſſet. En. 3.

Separa-

Separatio animæ à corpore nos à malis liberat, quę uerſantur in regione caduca, & ab impedimentis, quę, ne uerum finem con ſequamur, nos impediunt. De An. & dem. *Pro.*

Mors efficitur diſſolutione corporis, & numeri completi, quo corporis membra in unum compoſitum ad uſus vitales accommodatur. In Aſcl. *Mer.*

Quemadmodum arborem infructuosã melius eſt exuri quàm permanere; ita homini iniquo mors eſt utilior quàm uita. *Pyt.*

Mors nil aliud eſt? quàm liberatio animę à corpore. *Aug.*

Mors ita moleſta eſt, ut uerbis explicari non poſſit, nec ulla ratione uitari. 8. de Ciu. Dei.

Mors eſt malorum finis, & felicitatis initium. De uiſit. infir:

In hoc mundo nihil eſt certi prętcr mortem. In Pſal. 29.

Nihil fortius morte. In Pſal. 121.

Et prudentibus, & fatuis moriendum eſt. In Euang. Math.

Qui non poteſt eligere, ne hic moriatur, eligat, ne moriatur in æternũ. De San. ſerm. 17. *Sen.*

Plerique inter mortis metum, & vitæ tormenta miſeri fluctuant, & uiuere nolunt, & mori neſciunt. Epiſt. 4.

Quę maior eſt dementia, quàm cum idem tibi iter emetiendum ſit, eum flere, qui anteceſſit? Epiſt. 16.

Qui queritur, aliquem mortuum eſſe, queri-

queritur, cum fuiſſe hominem, omnes eadem conditio deuinxit, cui naſci contingit, mori reſtat. ibid.

Peiores morimur, quàm naſcimur: hoc noſtrum eſt, non naturæ uitium. Epiſt. 22.

Cum mortis periculum acceſſit, trepidamus, non animus nobis, non color conſtat, & lacrymæ nihil profuturę cadunt. Quid eſt turpius, quam in ipſo ſecuritatis limine eſſe ſolicitos? ibid.

Quotidie morimur, quotidie enim aliqua uitæ pars demitur, ac tum quoque, cum creſcimus, uita decreſcit. Infantiam amiſimus, deinde pueritiam, deinde adoleſcentiam, uſque ad heſternum, quidquid tranſijt temporis, perijt. Nunc ipſum quem agimus diem, cum morte diuidim⁹. Epiſt. 24.

Ridiculum eſt, tædio uitæ ad mortem currere, cum genere uitæ effeceris, ut ad mortem currendum eſſet. ibid.

Carnis contritio.

Tanta eſt hominum imprudentia, imo dementia, ut timor mortis impellantur ad mortem. ibid.

Vir fortis ac ſapiens non fugere debet è vita, ſed exire. ibid.

Qui exitus eſt melior, quàm natura ſol uen-

uente,in ſuum finem dilabi? Epiſt.26.

Inuentum eſt, quo loco mors te expectet, tu uero in omni loco illam expecta. ibid.

Egregia res eſt, mortem condiſcere. ſuperuacuum forſitan putas id diſcere, quo ſemel utendum eſt? hoc eſt ipſum, quare meditari debeamus. ſemper diſcendũ eſt, quod an ſciamus experiri non poſſumus. ibid.

Vna eſt catena, quæ nos alligatos tenet, amor uitæ,qui ut non eſt abijciendus, ita minuendus eſt,ut,ſi quando res exiget, nihil nos detineat,nec impediat, quo minus parati ſimus ſtatim facere, quod quandoque faciendum eſt. Epiſt. 26.

Magna res eſt, & ſemper diſcenda, cum aduẽtat hora illa ineuitabilis,æquo animo abire. Epiſt. 30.

Siquid incõmodi, aut metus eſt in morte,non mortis ſed morientis eſt uitium, nec magis in ipſa quidquam eſt moleſtiæ, quàm poſt ipſum.ibid.

Tam ſtultus eſt qui mortẽ timet, quàm qui ſenectutem:nam quemadmodum ſenectus iuuentutem ſequitur, ita mors ſenectutem.ib.

Viuere noluit, qui mori non uult: uita enim cum exceptione mortis data eſt, ad hanc itur;quam ideo timere dementis eſt, quia certa expectantur, dubia timentur. ibid.

Mor-

Mortem uenientem nemo æquo animo excipit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuerat. ibid.

De morte ſemper cogitandum eſt, ut nũquam de morte timeamus. ibid.

Nec infantes, nec pueri, nec mente capti timent mortem. Turpiſſimum quidē eſt, ſi eam ſecuritatem nobis ratio non pręſtat, ad quam ſtultitia perducit. Epiſt. 36.

Poſſumus noſtra prouidentia huic corpuſculo moram aliquanto longiorem prorogare, ſi uoluptates coercebimus, quibus maior pars perit. Epiſt. 59.

Eſt imbecillus & ignauus, qui propter dolorem moritur, ſtultus qui doloris cauſa uiuit. ibid.

Benè mori eſt libenter mori. Quare danda eſt opera, ne inuiti faciamus quod neceſsè futurum eſt. Epiſt. 62.

Ita componamus animum, ut quidquid res exigit, id uelimus, & in primis finem noſtrum ſine triſtitia cogitemus, prius ad mortem quàm ad uitam nos præparare oportet. ibid.

Nos exercere debemus, ut mortem excipiamus, & ſi res ſuadebit ut illi occurramus, nihil refert, an illa ad nos ueniat, an nos ad illam. Epiſt. 70.

Citò mori vel ſerò, ad rem nõ pertinet, ſed benè aut malè mori; benè autem mori eſt, effugere malè uiuendi periculum. Epiſt. 71.

Tamquam migraturus habita, propone

tibi,

tibi,hoc contubernio aliquando diſcedendum eſſe, fortior eris ad neceſſitatem exeundi. ibid.

Non eſt res magna uiuere; ſerui etiam viuunt & animalia: magnum eſt, honeſtè mori,prudenter,ac fortiter. Epiſt.78.

Nemo eſt tam imperitus,qui neſciat ſibi aliquando moriendum eſſe, tamen tergiuerſatur,tremit,ac plorat. ibi.

Quemadmodum fabula ſic uita,non refert quamdiu,ſed quàm bene acta ſit.ibid.

Iniquum eſt de eo queri,quod uni accidit,& omnibus reſtat, & ſtulta eſt querela, cum minimum intereſt inter amiſſum & deſiderantem. Quare æquiore animo eſſe debemus,quoniam quos amiſimus, ſequimur.Epiſt.100.

Stat quidem terminus nobis,vbi illa ineuitabilis fatorũ neceſſitas fixit, ſed quàm propinquus ſit huiuſmodi terminus, ignoramus. Epiſt.102.

Res,quę circa nos iacent, tamquam hoſpitalis loci ſarcinas ſpectare debemus:trãſeundum eſt, natura excutit redeuntem ſicut intrantem,non licet plus afferre quàm intulimus. Epiſt.103.

Dies iſte,quem tamquam extremum timemus, æterni natalis eſt.ibid.

Agit nos,agiturque velox dies,inſcij rapimur. Epiſt.109.

Nihil tam nobis proderit ad omniũ rerum temperantiam, quàm frequens cogitatio breuis ęui,& huius incerti. Quicquid

quid facis, reſpice mortem. Epiſt. 115:

Tota uita diſcendum eſt uiuere, & quod fortaſſe miraberis, tota uita diſcendum eſt mori. De breu. ui.

Maximum ſolatium eſt cogitare, id ſibi accidiſſe, quod antea paſſi ſunt omnes, omneſque paſſuri ſunt, & hac dere mihi uidetur rerum natura commune feciſſe, quod grauiſſimum fecit, ut æqualitas fati crudelitatem conſolaretur. ibid.

In hoc tam procelloſo mari, & ad omnes tempeſtates expoſito nauigantibus nullus eſt portus, niſi mortis. De conſol. ad Pol.

Natura nulli ſe neceſſitatis ſuæ gratiam facturam eſſe teſtata eſt. Quotidie uidemus notorum & ignotorum funera, nos tamen aliud agimus: & id repentinum eſſe putamus, quod nobis tota die futurum denunciatur. Quare non eſt iſta fatorum iniquitas, ſed mentis humanæ prauitas omnium rerum inſatiabilis, quæ indignatur, ſe inde exire, quo admiſſa eſt precario. ibi.

Omnes imo omnia in ultimum diem ſpectant: non idem uniuerſis eſt finis. Alium in medio curſu uita deſerit, alium in ipſo aditu relinquit, alium in extrema ſenectute fatigatum iam & exire cupientem uix emittit, alio quidem atque alio tempore, omnes tamen in eundem locum tendimus. ibid.

Quid

Quid nouum eſt,hominem mori? cuius tota uita nihil aliud eſt,quàm iter ad mortem. ibid.

Mors eſt ſolutio & finis omnium dolorum.De conſol.ad Mar.

O ignaros malorum ſuorũ, quibus mors vt optimum naturæ inuentum non laudatur,quæ ſiue felicitatem includit, ſiue calamitatem repellit, ſiue ſatietatem, aut ſecus laſſitudinem terminat, ſiue iuuenile æuum, dum meliora ſperantur in flore deducit, ſiue pueritiam ante duriores gradus reuocat, omnibus finis, multis remedium,quibuſdam uotum, de nullis melius merita, quàm de his ad quos uenit, antequam inuocantur. Hæc ſeruitutem inuito domino remittit, hæc captiuorum catenus leuat,hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens uetuerat,hęc exulibus in patriam ſemper animum oculoſque tendentibus oſtendit, nihil intereſſe in terra qua quis iacet, hęc vbi res communes fortuna malè diuiſit, & ęquo iure genitos, alium aliis donauit, exæquat omnia, hęc eſt, quę nihil quicquam alieno fecit arbitrio, hæc eſt in qua nemo humilitatem ſuam ſenſit, hæc eſt, quæ nulli paruit, hęc eſt, inquam, quæ efficit, ut naſci non ſit ſupplicium, quæ efficit, ut non concidant aduerſus minas caſuum, ut ſeruare animum ſaluum ac potentem ſui paſſim. ibid.

Feliciſſimis optãda eſt mors,quia in tãta

incon-

in conſtantia, turbaque rerum nihil eſt certum, niſi quod præterijt. ibid.

Iter ad ſuperos facilius eſt animis cito ab humana conuerſatione dimiſſis, minus enim fęcis ponderiſque traxerunt, antequã obducerentur, & altius terrena conciperẽt liberati leuiores ad originem ſuam reuolant. ibid.

Mora in corpore nunquam magnis ingenijs eſt chara, exire atque erumpere cupiunt, has anguſtias egre ferunt, uagantes per omne ſublime, & ex alto aſſueti humana deſpicere. ibid.

In hoc omnes errore uerſamur, ut non putemus, ad mortem niſi ſenes inclinatoſque iam uergere, cum illuc infantia ſtatim & iuuentus omniſque ętas ferat. ibid.

Si ultimum diem non quaſi pęnam, ſed quaſi naturæ legẽ aſpicies, expectore mortis metum eieceris, & in illud nullius rei timor intrare audebit. De conſol. ad Alb.

Mori alterius arbitrio eſt bis mori. In Prouer.

Semper timere mortem, crudelius eſt quàm mori. De Clem.

Plut. Iniquè homines mortem odio proſequũtur, cum ſit multorum malorum remedium. In orat. conſ.

Hæc noſtra uita fatale quoddam debitũ eſſe dicitur, utpotè reddendum à proauis noſtris mutuo acceptum, quod facile & abſque gemitu reſtituendum eſt, cum exigitur, à quo accipimus: hoc enim pacto gra

tiſſimi

tiſſimi uideri poterimus. ibid.

Habemus uitam ut neceſſarium deorũ depoſitum,& huius reddendi nullum tempus eſt determinatum, ſed minimè cõſtat, quando qui dedit repetet: qui igitur vel ipſe moriturus, uel liberis defunctis preter modum indignatur & conqueritur, oblitus eſt & ſe hominum eſſe,& liberos mortales genuiſſe. ibid.

Natura cum uitæ noſtræ breuitatem & confuſionem cognoſceret, illius terminũ nobis conſtitutum ignotum eſſe uoluit: eſt enim hoc in rem noſtram, nam ſi cognitus eſſet, multi profectò immaturis luctib⁹ cõtabeſcerent, mortemque morte anteuerterent. ibid.

Siquis animæ noſtræ naturam aliquo modo cognouerit, ſecumque cogitauerit, tranſitum ex hac uitæ conditione ad aliã meliorem fieri per mortem, profectò is iã non modicum uiaticum habet, quo ad ſecuritatem,& animi tranquillitatem ſe conferat, mortis ſcilicet contemptum. De Trã quil.

Mortis faciem ut terribilem, & tætricã, ac tenebroſam omnes reformidant: ea enim omnium ſenſuum priuatione, obliuione, & ignoratione deſcribitur. De uita ſec. Epic.

Sicut in hanc uitam non ſponte noſtra venimus, ita rurſus ex hoc domicilio corporis, quod nobis tuendum aſſignatum eſt, eiuſdem iuſſu nobis recedendum eſt, qui *Lact.*

nos

nos in hoc corpus induxit habitaturos, donec emitti iubeat. De fal. rel.

Stultiſſimi ſunt, qui de mòrte immatura conqueruntur, quoniam naturę conditio locum illi facit. De ira Dei.

Mars. Debemus in hac cuſtodia permanere, nèque antequàm Deus iubeat, hinc abire, itē ſeruare quod accepimus, inde quatenus accepimus, conſeruandum, neque diſſoluere, quod Deus ipſe ligauit, neque uim Dei membris inferre. In Plot.

Io. Pic. Tunc incipimus mori, cum primum inci pimus uiuere, & mors cum uita protenditur, tuncque primum deſinimus mori, cum à corpore mortis huius per carnis mortem abſoluimur. De ente & vno.

Io. Pōt. Libertatis initium mors uidetur, pōſtquam nulla fortunę dominatio, nullus laboribus ac miſeriis relinquitur locus. lib. 2. de fortit.

Quoniā ultima magis ſpectantur, ad illa ſic te inſtituito, ut videri poſſis, nulla de re in vita magis quàm de morte cogitaſſe. ibid.

De Muliere.

Ariſt. MVLIEREM oportet eſſe modeſtam, iuſtam, ac fortem. 1. Pol.

Mulier habet arbitriu m deliberādi, ſed inualidum. ib.

Mulieres ſunt media pars hominum liberorum ibid.

Mulieres molliter viuunt, & in omnem licentiam labuntur. 2. Pol.

Mulier uideretur inhoneſta, ſi ita honeſta eſſet, vt vir. 3. Pol.

Nec ueſtimentorum nitor, nec formæ excellentia, nec auri magnitudo tantum valet ad mulieris laudem, quantum modeſtia in rebus ad ſtudium, honeſtè decenterque viuendi. Omnis enim huiuſmodi ornatus optabilis eſt, multòque firmior uſque ad ſenectutem, & ſibi natiſque ueram laudem afferre poteſt. 2. Aecon.

Mulieres, ęque & uaccæ nimium libidinoſę dicuntur, quia hęc animalia libidino potiſſimum incenduntur. 6. de hiſt. anim.

Mulier eſt magis inuida, quærula, maledicentior. & mordacior quàm vir. 9. de hiſto. anim.

Mulieres ſunt maximè propenſæ ad lacrymas. ib.

Mulier eſt impudentior & mendacior uiro. ibid.

Maior eſt aſtutia & mulieris malitia quàm uiri. ibid.

Qui mulierum familiaritatem fugere negligit: cito in ruinam labitur. De honeſt. mul. *Aug.*

Nemo de uiribus ſuis tantum arroget, ut mulierem fugere nolit. ib.

Qui cum mulieribus habitantes putãt, ſe caſtitatis obtinere triumphum, ignorãt, ſe apud Deum dupliciter reos exiſtere, dum ſe ipſos in periculum adducũt,

&

& alijs exemplum peruerſę familiaritatis tradunt. ibid.

Mulieris familiaritas, uel ſecreta colloquutio cuilibet maximè eſt euitanda. De temp. ſerm. 150.

Sen. Non eſt formoſa mulier, cuius crus aut brachium laudatur, ſed illa, cuius uniuerſa facies admirationem ſingulis partibus abſtulit. epiſt. 33.

Quis dixerit, naturam malignè cum mulieribus ingenuis ègiſſe? & illarum uirtutes in anguſtum retraxiſſe? Par illis, mihi crede, uigor, par ad honeſta libera facultas, dolorem, & laborem ex æquo, ſi conſueuere, patiuntur. De conſol. ad Mar.

Mulier aut amat, aut odit, nihil eſt tertium. In Prouer.

Apertè cum eſt mala mulier, tunc demum eſt bona. ibid.

Fæminæ naturam regere, deſperare eſt omnium. ibid.

Mulier cũ ſola cogitat, male cogitat. ib.

Mulier, quæ nubit multis, multis nõ placet. ibid.

Plut. Malo in conſilio fęminę viros uincũt. ib.

Mulier caſta, depoſita ueſte, uerecundiã eius loco induit. De præc, con.

Non aurum, non gemmæ, nõ color coccineus mulierem ornant, ſed quæcunque grauitatis, modeſtiæ, & pudoris ſpecimen adhibent. ibid.

Non mulieris forma, ſed fama multis nota eſſe debet. De mul. virt.

Mulie-

Mulieres muneribus faciliime corrumpũtur, vt alienoſ admittant uiros; De queſt. rom.

Mulieri non opus fuiſſet ueneráda facie, cum ueneradis moribus prædita non ſit. De uſu par.

Mulieres quidem ſunt ſimiles uiris, quatenus hæ rationalia animalia exiſtunt, quatenus autem uirorum genus eſt fortius, & ad omne opus & diſciplinam præſtantius, mulieres autem imbecilliores deterioreſq; diſſimiles in hoc fuerint. De Plac. Hip. & Plat.

De Muſica.

MVSICA in melodiæ perfectione verſatur. in Gor. *Plato.*

In pueris ex ipſa præcipua ſecundũ muſicam nutritione rhythonus & harmonia interiora animi penetrant, & animum uehementiſſime pulſant, decoram quandam figuram ferentia, per quam decorus & pulcher efficitur quiſquis recte in muſica eruditur, contra uerò ſiquis aliter fuerit educatus. 3, de Rep.

Melodia ex tribus conſtat, oratione, harmonia, & rhythmo. ibid.

Quicunque permittit, ut muſica animũ ſuum aſſiduè circumſonans occupet, & demulceat, & per aures ueluti per infundibula harmonias infundat ſuaues, blandas, molles, ac flebiles, atque ętatem ſuam in

N modu

modulis animum demulcentibus conſu-mat, iṣ primum ſiquid iucundum habebat, tamquam ferrum emollit, & utile ex inutili, duroque efficit. Quando autem diutius iucumbit, magis demulcet, poſt hoc iam liquefacit animum ac reſoluit, donec paulatim exhauriat omnem animoſitatem, excindatque tamquam neruos ex animo, ex quo animum quaſi ſegnē militē efficit. ibi.

Quemadmodum ad aſtronomiam oculi, ſic ad armonicum motum aures fabricatę uidentur. 7. de Rep.

Si quis muſicam ſola uoluptate iudicari aſſerit, audiendus non eſt: neque huiuſmodi muſica, ſi alicubi colitur, quærenda eſt; ſed illa, quæ per imitationem boni ſimilitudinem poſſidet. 2. de legi.

Harmonia, quæ motiones habet animæ noſtræ diſcurſionibus congruas atque cognatas, homini prudenter muſis utenti non ad voluptatē rationis expertē eſt utilis, ſed à muſis ideo data eſt, ut per eam diſſonātē circuitū animæ cōponamus, & ad concentū ſibi congruum redigamus. in Tim.

Ariſt. Muſicam plurimi uoluptatis gratia diſcunt; ueteres aūt inter diſciplinas eam collocarunt, ex eo quòd natura quęrit, non ſolum in negotio rectè, uerùm etiam in ocio laudabiliter uerſari poſſe. 8. Pol.

Muſica eſt in eorum numero, quę ſunt iucunda ſecundum naturam, & uidetur cognatio quædam nobis eſſe cum harmonia & ruthmo. ibid.

Muſica poteſt animi morem aliquem facere,& hac de cauſa ad puerorum diſciplinam eſt adhibenda,& in ea pueri ſunt conſtituendi.ibid.

Quoniã uidemus muſicam eſſe per melodiam & rythmos,horum utrumque latere non debet,quam uim habeat ad doctrinam, utrum proferenda ſit ea pars, quæ in melodiis conſiſtit, an ea, quæ in rythmis ibi.

Non unius utilitatis gratia muſica uti oportet,ſed multarum; nam & doctrinæ gratia & purificationis, tertio gratia degendi ocii, quietiſque cauſa, & ut curę remittantur. ibidem.

Muſicam habet naturalem uoluptatem, qua illius uſus cunctis ętatibus, & cunctis moribus eſt acceptus. ib.

Muſica abſtrahit animum, & quodãmodo rapit.ibid.

Anima in mundo intelligibili diuinam harmoniam audiuit, cuius hic reminiſcitur, quando muſicam audit diuinæ ueſtigium habentem: reminiſcens autem illius deſiderio uehementer afficitur. De myſt. Aegypt. *Iambl.*

Cælum concentibus plenum eſt, numinibus deinde ſuperioribus nobis cælorum harmonia cõicatur. Poſt hæc hominum uita rectè diſpoſita morum conſonantiam & actionũ concinnitaté ſuſcipit: inde uſq, ad bruta plãtaq; deſcendit,hic.n.harmonia naturaliter minimè carent. De An.& dem. *Pro.*

Pyth. Tanta eſt muſicæ uis, ut animi corporiſque affectus ſiſtere, & ægritudines curare ualeat, omnes hominum perturbationes diatonicis numeris & chromaticis ſedat, & ad uirturem excitat.

Plut. Muſica molles ac teneros puerorum animos ad modeſtiam componit. *De Muſica.*

Qui capeſcendæ muſicæ diſciplinæ, adhibita decenti cura, & conuenienti ſtudio operam & laborem in puerili ætate consũpſerit, is quod decorum eſt & honeſtum, laudabit, & amplectetur, eiuſque contrariũ uituperabit, ac fugire, & uir huiuſmodi carebit omni indecora ac turpi actione, nec oratione utetur incompoſita, & inconcinna decorum omni tempore & loco, modeſtiã que ac uerecundiam ſeruabit, ib.

Sicuti muſica eſt utilis, in conuiuiis præcipuè eius utilitas apparet, & exiſtit. ibi.

Apul. Muſica ex longis ac breuibus, acutis & grauioribus ſonis conſtat, & ex uocibus tã diuerſis ac diſſonis harmoniam conſonam reddit.

Alc. Muſicam nos diſcere oportet, ad eam auditum adhibentes: nam quemadmodum oculi ad aſtronomiam conditi ſunt, ſic aures ad armoniam. Vtique aſtronomie incumbẽtes ab his, quæ oculis percipiuntur, ad inuiſibilem eſſentiam ducimur, ſic auribus harmoniam uocum haurientes ab his, quæ audiuntur ad intelligibilia gradatim accedimus. De phant. & intell.

Har-

Harmonia omnium optima eſt animi tẽperantia, in Plat. *Mars.*

Aerea uocum conſonantia aereum ſpiritum motu penetrans, affectumque canentis & animum ſecum transferens audientis affectum mouet affectu, & animum afficit animo, ſenſimque mores infundit. ibidem.

Si à motu corporis in quietem, & uiciſſim à quiete in motum reuocatur animus, certè poteſt quibuſdam muſicæ modulis à motu, qui ordine careat, ad ordinatnm, atque hinc ad ſtabilem habitum quandoque reduci. ib.

In omni corpore ex multis compoſito eſt aliqua ſuarum partium harmonia, per quam mutua conſpiratione concinunt. ibi.

De natura.

NATVRA tota cognata eſt, ac ſibimet conſona. In Men. *Plato.*

Quicquid natura peius eſt, idem & turpius in Gor.

Quicquid bene ſe habet, uel natura, uel arte, uel utriſque minimam permutationẽ ab alio ſuſcipit. 2. de Rep.

Non abſurdum eſt, uiros ſapientes probè dixiſſe: maxima atque pulcherrima natura fortunaque fieri, arte uerò minora, eamque dicunt, accepta à natura magnorum primorumque operum generatione,

fingere, fabricareq́; omnia, quæ artificioſa ab omnibus appellantur. x. de leg.

Ariſt. Omnia diuinum quoddam natura habere videntur. 7. Eth.

Nihil eſt bonum, quod ſit præter naturam. ibid.

Nihil ordine caret ex his, quæ ſunt à natura, & ſecundum naturam. 3. Phyſ.

Nulla res eſt in natura, quæ non habeat in

Auer. ſe aliquod admirabile. 1. de par. an.

Animalis diſpoſitio eſt maximè laudabilis, cum ſecundum naturã diſponitur. 7. Phyſ. com. 71.

Natura nullum membrum fecit ocioſũ in animali. 3. de An. com. 45.

Neque in natura, neque in arte quicquã ocioſum eſſe debet. 1. Cæli. com. 32.

Natura eſt principium motus & quietis.

Plot. 2. Cæli. com. 84.

Quod eſt turpe, id naturæ eſt, Deoque contrarium, natura enim pulchrum ſpectãs agit, ſpectat autem determinatum, quod quidem in boni ordine collocatur, indeterminatum uerò turpe eſt, ordiniſque contrarii, ſed origo naturæ inde pendet, à bono atque pulchro. En. 3.

Nihil eſt in rerum natura, quod non aliquam præſeferat diuinitatis imaginem. in Pim.

Natura nihil agit temerè, imo finem curat reiiciens temeritatem, & artes interdũ naturæ, ſunt imagines.

Opera naturę propter aliquid, & melioris

ris gratia ſemper fiunt, quàm ea, quæ ab arte proficiſcuntur: natura enim non imitatur artem, ſed ars naturam, & ars adiuuat,& ſupplet,ubi natura deficit.

Quod eſt præter naturam,malum eſt.

Natura & uno ſimplici tenore, & actione ſimplici proprium peragitur opus. De Myſt. Aegypt. *Iābl.*

Naturæ leges ſunt omnibus communes. De Gen. *Aug.*

Naturæ opera ſunt maxima miracula. lib.x.de ciu.Dei.

Natura eſt quędam uis,& potentia diuinitus rebus creandis inſita, quæ unicuique rei oē ſuum tribuit, qua bona quiſquis ma lè utitur,malus eſt iudicandus.De ſpi.& an.

Superuacaneum eſt, ad illud impelli, ad quod natura propenſi ſumus.4.de ben. *Sen.*

Nobis propoſitum eſt uiuere ſecundum naturam.ib.

Facile paratur, quod natura deſiderat, ad ſuperuacanea ſudatur. Epiſt.4.

Tutum eſt iter ac iucundum, ad quod nos natura inſtruxit.Epiſt.31.

Leges faciles natura poſcit,& qui illis obtemperant,uitam iucundam, & expeditam degunt,acerbam autem & implicitam, qui plus opinioni quàm naturæ credunt. Epiſto.49.

Dociles nos natura reddidit,& rationem dedit imperfectam, ſed quę perfici poſſit. epiſt.50.

Qui natura magiſtra utitur, ad illius le-

gẽs componitur,ſic uiuit,ut illa præſcripſit, cui bona ſua nulla uis excutit, qui mala in bonum uertit,certus iudicii, inconcuſſus intrepidus,quem aliqua uis mouet, nulla perturbat,quem fortuna,cum in eum quod habuit telum, nocentiſſimum ui maxima intorſit,pungit, non vulnerat, & hoc rarò. Epiſt.45.

Nulli nos uitio natuta conciliat,illa nos integros,& liberos genuit. Epiſt.95.

Purgemus animum, naturamque ſequamur,à qua aberranti cupiendum eſt, ac timendum, & fortuitis ſeruiendum. Epiſto.99.

Natura ſatis roboris dedit homini,ſi illo utimur, ſi uires noſtras colligim⁹, ac totas pro nobis, non contra nos concitamus. Epiſt.117.

Tunc demum intelliges, quid faciendũ tibi,quid uitandum ſit,cum didiceris,quod naturæ tuę debeas.epiſt.122.

*D*ifficile quidem eſt,mutare naturã, nec licet, ſemel mixta naſcentium elementa cõuertere. *De Ira.*

A natura non aberrare, & ad illius legẽ exemplumque formari,ſapientis eſt. *De vi. be.*

Natura duce utendum eſt, hanc ratio obſeruat,hanc conſulit.ib.

Natura nos ad vtrumque genuit, & ad rerum contemplationem, & ad actionem. ibidem.

Con

Conſiderandum eſt,utrum natura tua agē-dis rebus,an ocio,ſtudio, contemplationiſ-que aptior ſit,& eo inclinandum,quo te vis ingenii defert: male enim reſpondent coacta ingenia, & reluctante natura,irritus eſt labor. De Tranquil.

Ea,quæ a natura uim acceperunt, eamdem in omnibus ſeruant,apparet enim, non naturale eſſe,quod uarium eſt. De conſol. ad Mar.

Natura nihil homini fecit operoſum, quod neceſſarium ſciebat. De conſola. ad Alber.

Natura abſque diſciplina eſt cæca, & abſque natura diſciplina eſt imperfecta. De lib.educ. *Plut.*

Quod eſt naturæ conſentaneum,illud facillimum eſt. De conu.

Quę ſunt ſecundum naturam, eadem ordinata ſunt ac definita, cum natura aut ordo ſit,aut ordinis opus. In Symp.

Tres ſunt actiones naturæ,generatio,auctio,& nutritio. De nat. facul. *Gal.*

Natura eſt prior ac ſapientior arte. De uſu par.

Natura ſemper gaudet conſuetis. De Meth.de med.

Natura duo nobis dedit inſtrumenta ad vitę actiones neceſſaria, experientiam, & rationem, quorum alterum altero ſemper indiget ad perfectam diſciplinam. de com. medic.ſecun. par.

Quælibet appetitio naturalis tendit ad

 bonum

bonum, nulla uerò ad malum. in conu. Plat.

Natura generoſa ſine recta cultura, & ſemper inutilis fit, & ſæpiſſimè noxia. ibid.

Res naturales opera ſunt Dei, ſi quidem omnia naturæ opera à diuina quadam ſapientia mundo infuſa proficiſcuntur. ibid.

Natura nihil aliud eſt, quàm infimum diuinæ prouidentię inſtrumentum, atque ubicunque prouidè uidetur incedere, non ducit ipſa ſe ipsã, ſed ab ipſa prouidentia ducitur, ib.

Natura maga à nonnullis dicitur propter reciprocos attractus, atque illecebras, quę ſecundum naturam procedunt. ibid.

Io. Põt. Eorum omnium qua à natura inſunt, nihil alio modo, quàm quo à natura conſtitutum eſt, aut uia, aut arte ſe habere poteſt. lib. 1. de prud.

Vt repugnante natura quicquam uix fieri poteſt: ſic quælibet excellentia non ſine maximis naturæ adiumentis ac pręſidiis prouenit, lib. 16. de mag.

Quæcunque natura fabricata eſt, intra certos terminos compeſcuit. In Char.

De Obe-

De Obedientia.

QVI fortunæ bonis abundant, ut opibus, diuitiis, amicis, & aliis huiuſmodi, hi nec imperium cuiuſquã pati uolunt, nec ſciunt, & hoc ſtatim domi eorum natis exiſtit, propter delitias enim ne in ſcholis quidem præceptoribus obedire conſueuerũt. 4. Pol. *Ariſt.*

Nihil tam expedit homini, quàm obedire in Pſal, 70. *Aug.*

Obedientia cuſtodienda eſt, ut percipiatur ſapientia, qua percepta, non eſt deſerenda obedientia. In Pſal. 118.

Superbus & impatiens diſciplinæ & obedientiæ regulis ſubiacere non poteſt. In eo enim, quòd elatus uiuit, cæteros deſpicit, & ſuis magis quàm alterius diffinitionibus obedire cupit. In eo autem, quòd impatiens eſt, ipſa parua ac leuia, dura, & intollerabilia eſſe iudicat. Ad fra. in Ger.

Obedientia debet eſſe ſine mora, non cũ murmure, neque cum animi triſtitia, ſed cũ gaudio, & charitate. ib.

Nihil eſt maius obedientia, nihil peius inobedientia. ibid.

Quid iniquius, quàm uelle ſibi obtemperari à minoribus, & nolle maioribus obtemperare? De opere mon.

Si nihil aliud feceris, niſi quodcunque præceptum eſt in lege, & tibi uiſus fueris quaſi ſapiens, patri uerò obediens non fueris, omnes uirtutes perdidiſti. De Obedien

Quicunque non obedit, non facit hoc ſãctitate, ſed ſuperbia: ideo enim non obedit, qui ſe putat illo eſſe meliorem, cui non obedit. ibid.

Attentè uideat, qui pręcipit, & qui obedire intendit, ut obedientia ſit honeſta, & omni diſcretione ornata. Nam ſi diſcreta non fuerit, crudelitas exiſtimanda eſt, ſi non fuerit honeſta, nullo pacto obedire debemus. ibi.

Sine obedientia nec ulla reſpublica permanere, nec ulla familia regi poteſt. ibidem.

Obedientia humilitatem nutrit, patientiam probat, manſuetudinem examinat. ibid.

Obedientia eſt quodammodo mater & cuſtos omnium uirtutum. decimoquarto de Ciu. Dei.

Io. Põt. Magna quidem uirtus, & præcipuum hominis bonum eſt obedientia. lib. 1. de Obed.

Quamquam ipſi ſimus rationis participes, malè tamen nobiſcum ageretur, ſi rationem contemnentes appetitum ſequeremur, obedientia abiecta, cuius proprium munus eſt rationis colendę, uoluntatiſque conciliandæ. ibid.

Cum

Cum obedientia ſit mortalium generi maximè utilis, omni ſtudio eſt amplectenda, à qua & doceãtur homines, quemadmodum cum uirtute, cum natura, & cum Deo agi oporteat, & ſine ea omnino neſciant, quomodo parentibus, magiſtratibus, regibuſque parendum ſit, aut quatenus obſequendum. ibid.

Vis quędam obtemperandi eſt rebus inſita, qua ſingula ſibi inuicem cedant, & naturaliter pareant. ibid.

Obedientia eſt habitus parendi præceptis omnibus, quæ à ratione proficiſcãtur. ibid.

Cum parentes nos genuerint, educauerint, inſtruxerint, conferantque quantum in ipſis eſt, omnia ad uictum cultumque, & ad alios vitæ uſus neceſſaria, innumerabileſque labores ſponte ſuſcipiant ad res cõparandas; non modo ne egeamus in uita ipſorum, ſed poſt mortem, ut ijs etiam affluamus, quam pro tot, tantiſque beneficijs referre eis gratiam poſſemus, nõ haberemus, niſi nobis obedientia illam ſufficeret. ibid.

Obedientia has ſecum habere debet comites, diligentiam & attentionem. ibid.

Animo volente, & uultu ipſo animi alacritatem præſeferente parendum eſt, & in primis cauendum, ne aut negligentes, aut inuiti aliquid facere uideamur, ad imperata facienda ueluti hęſitantes, quiſque nullam prius cogitationem, aut curam adhibuiſſe iudicemur. 2. de Obed.

Vi-

Videndum eſt, ut creſcat cum ætate ſimul,& augeatur obedientia. Nam ut ſit inobediẽtia ſemper deteſtabilis, deteſtabilior tamen eſt in iuuene quàm in adoleſcente, & in hoc quàm in puero, in quo propter ætatem non datur tantum loci cõtumaciæ, & peccatum ipſum facilius promeretur ueniam.ibid.

Magnam uim habet ad obedientiam uerecundia & moderatio.ibid.

Vera obedientia non quęrit latebras, quas etſi aliquando non fugiat, ſemper tamen ipſa lætatur teſt.bus, & in aperto eſſe officium ſuum quàm in obſcuro mauult. ibid.

Vtique uidendum eſt, ne obedientiæ fines prætereantur,qui anguſti quidem ſunt, & diligentiſſimè cuſtodiendi.ibid.

Etſi quod factu bonum eſt, præteriri obedientiæ cauſa, atque intermitti conceſſum ſit aliquando, uetitum tamen ſemper eſt, quod malum eſt, parendi gratia fieri, niſi fortè in id diſcrimen uentum fuerit, ut duobus propoſitis malis, minus ſit eligendum, ibid.

Probam vxorem, legeſque coniugij ſeruantem,una maxime & efficiet, & perficiet obedientia,hæc enim & pudicam, & amantem ſui uiri, & rerum familiarium parcam reddet.lib.3 de Obed.

Omnis rei vxorię tranquillitas, & felicitas,aut magna certe felicitatis pars (ſiqua eſſe in rebus hominum ſolida ac uera felici

tas

tas poteſt) in ſeruandis obedientiæ inſtitutis fundamentum habet, quod ubi malè iactum fuerit, facilè totum opus corruet. ibi.

Facile uiri & vxoris amor uertetur in odium, vbi obedientia vires ſuas amiſerit. dāda eſt igitur opera, ut quę amari à uiro cupit, eius pręceptis ſemper preſtò ſit, & ſecūdum illius regulam uiuat. ibid.

Quamuis liberi nati ſimus, nihilominus, & regum, & magiſtratuum imperijs parendum eſt, libertatis enim muneribus, cuius nomine ipſo recreari ſolent homines, tunc ipſi maximè frui uidentur, cum maximè parent. lib. 4. de Obed.

Interpretari præcipientis imperium, eſt calumnioſi ac tergiuerſantis hominis; vera namque obedientia aperta eſt, nec anfractus, quęrit, ſed ſua, & recta pergit uia. ibid.

De Patre, ac Patria.

OMnibus compertum eſſe debet, patriam parētibus, ac progenitoribus omnibus eſſe anteponendam, & eſſe quoddam uenerabilius, ac ſanctius, & in ſuperiori ſorte, tum apud mentis compotes, tum apud Deos patriam eſſe collocandam, eamque magis colere, eique magis obedire oportere. in Crit. *Plato.*

Nefas eſt uti ui, uel contra patrem, uel contra matrem, maximè autem contra patriam. ibid.

Glo-

Gloria parentum eſt filijs præclarus, magnificuſque theſaurus. in Men.

Fas eſt parentibus prima & maxima debita omnium debitorum antiquiſſima perſoluere. Quiſque enim putare debet, omnia, quæ poſſidet, eorum eſſe, qui genuerūt, & educarunt, ita ut illis hæc omnia miniſtrare debet. Primum quidem externa bona, deinde etiam corporis, poſtremò quæ ad animum pertinent, hæc omnia uidelicet mutuò data perſoluens; & pro curis, doloribuſque parentum in ſenectute reddens, quando præcipuè indigent. 4. de leg.

In uerbis per totam uitam parentes uenerari maximè decet, leuium enim uerborum grauiſſima imminet pęna. ibid.

Quiſque pro patria, ſi neceſſe eſt, mori debet, priuſquam uelit, aut euerſam uidere ciuitatem iugoque ſeruitutis ſubiectam à deterioribus gubernari, aut fuga ipſam deſerere. 6. de leg.

Quicumque parentibus, aut auis manus inferre auſus fuerit, nec Deorum indignationem, nec inferorum ſupplicia ueritus, is vt auertatur, expieturque, ultimo remedio indiget. 9. de leg.

Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui unquam perſuadebit. xi. de leg.

Nihil imprecatione parentis non iniuria perniciofius filio. ib.

Apud Deos nullum ſimulacrum magis honorandum nos habere poſſumus, quàm paren-

parentes,& auos ſenio confectos.ibid.

Qui erga parentes,& auos rectè ſe gerit, is ad Deos ſibi conciliandos ſimulacrorum omnium optima poſſidet.ibid.

Omnes non inſani colunt, uerenturque parentum orationes, non ignorantes multis ſæpe profuiſſe, & obfuiſſe.ib.

Qui patriæ aliqua in re miniſtrant, nullo modo munera recipiant, nec ulla occaſione,aut ratione nobis perſuademus,in rebus quidem bonis munera eſſe ſuſcipienda, in aliis uero minimè. Nam nec cognoſcere eſt facile,neque cõtinere cum cognoueris. Idcirco tutius eſt legibus obtemperare; quæ dicunt nulli pro patriæ miniſterio munera eſſe ſuſcipienda.12.de leg.

Patrem, uel matrem per uim cogere nefas eſt,niſi propter morbum mente alienatos. Hoc eodem animo uir prudens in Patriam eſſe debet, ut ita reprehendat ciuitatis errores, ſi neque fruſtra ſit reprehenſurus,neque ob reprehenſionis ſtudium ſit periturus, uim autem patriæ per reipublicæ mutationem nunquã afferet, quando abſq; expulſione,& ciuium cęde corrigi non poſſit. Epiſt.7.

Conſiderare oportet, neminem ſibi ſolũ natum eſſe,ſed ortus noſtri partem ſibi patriam uindicare, partem parentes, partem familiares.Epiſt.9.

Vocante nos patria,ipſa ad rempublicam gubernandam,abſurdum forſan eſſet,nõ parere, præſertim cum ſimul accidat, ut adi-

tus prauis honoribus relinquatur, qui nulla ipſius, quod optimum eſt, ratione ad publica proficiſcuntur.ib.

Ariſt. Pater à filio obſeruantiam expoſtulat. 8.Eth.

Homo ſi opus erit, pro patria mortem ſubire debet.9.Eth.

Vt leges in ciuitatibus uim habent, ita mores, & paterni ſermones in domibus.x. Eth.

Pyth. Oportet parentes ipſos uenerari, tanquã maximorum bonorum cauſas.

Aug. Parentes honorandi ſunt, & ſuſcipienda eſt eorum cura. epiſ.58.

Parentes filios corripere debent. De laud. Diui Hieron.

Sen. Patris beneficia à filijs beneficijs vinci non poſſunt, quia uitam accipit à patre, quam niſi accepiſſet, nulla dare beneficia potuiſſet.3.de ben.

Debemus parentibus pietatem, & ſi multi, non ut gignerent, coierunt, 6. de ben.

Nemo patriam, quia magna eſt, amat, ſed quia eſt ſua. epiſt.67.

Patria tua eſt, ubicunque bene eſt; illud enim per quod bene eſt, non eſt in loco ſed in homine. De mor.

Nefas eſt nocere patriæ, ergo etiam ciui, hic enim eſt pars patriæ. de iu.

Bonorum parentum munus eſt, liberos obiurgari nõnunquam blandè nonnumquã minaciter, aliquando admonere etiam uerberi-

ꝺeribus de Clemen.

Peſſimus pater uidebitur, qui aſſiduis pla gis filios etiam ex leuiſſimis cauſis compe- cet. ib.

Carere patria, eſt intolerabile. De con ſol. ad Alb.

Si ulli rei inuigilandum eſt ſi aliorum do mos frequentiſſimè adire oportet ſi princi- pum conſuetudinem ſectari, hoc iuuandę, ornandęque patriæ gratia facere, pulcherri mum eſt. in Pol. *Plut.*

Parentes, qui filios laude dignos ha- bere cupiunt, non debent cum quibuſ- uis mulieribus coire, quales ſunt me- retrices, & pellices. Quorum enim; vel à patre, vel à matre aliquid uitij habent natales, eos in omni uita opprobria comitantur, quæ nullo modo elui poſ- ſunt. de lib. educ.

Natura, & naturę lex primum ſe- cundum Deos, ac precipuum ho- norem parentibus conſtituit; nec ho- mines quidquam Dijs gratius facere poſſunt, quàm ſi parentibus, alum- niſque ſuis gratias benignè, & ala- criter perſoluant. Neque contra ma- ius eſt impietatis argumentum, quàm pa rentum contemptus, & in eos iniuriæ. de frat. amo.

Parentes judicare debent, ſe filios ge- nuiſſe, non ut immortales, ſed ut boni forent. in Plat. *Marſ.*

Ve-

Io.Pót. Venerandi colendique ſunt parentes, nõ ut lucremur, quod mercenariorum, & fœneratorum eſt, (quamuis nullum ſit hoc ipſo lucro uberius) ſed ut & naturæ, & Deo pareamus, poſtquam excepta patria prim⁹ honor, & præcipuus cultus debitus eſt parentibus. lib. 1. de Obed.

Noſſe in primis oportet, nos hac conditione natos eſſe, ut parentibus ſemper prodeſſe debeamus, obeſſe nunquam. ibid.

De Philoſophia.

Plato. GRatioſa res eſt philoſophia. In Euth. Qui recte philoſophantur, ab omnibus corporis cupiditatibus abſtinent atque ita perſeuerant, neque ſe illis unquã traduut, neque familiæ iacturam paupertatem timent, quemadmodum multi pecuniarum cupidi; neque contemptum atque ignominiam, & quemadmodum qui magiſtratus ambiunt; atque honores. In Phed.

Qui mortem moleſtè fert, non erit philoſoph⁹, ſed potius φιλοσώματος, φιλοχρημάτος καὶ φιλότιμος hoc eſt corporis, pecuniarium, & honoris amator ib.

Quicunque philoſophiam rectè aliquando attigerunt, nimirum uideatur, latuiſſe cęteros homines, ut ipſi nihil aliud cogitarét, quàm mori, ac ſe mortuos eſſe. ibid.

Philoſophi animus corpus maximè contem-

temnit, ab eoque fugit, & ſecundum ſe ipsū uiuere ſtudet. ib.

Hęc eſt philoſophiæ meditatio, à corpore animum ſoluere, ac ſeparare. ib.

Niſi philoſophi ciuitatibus dominentur, uel reges ac potentes philoſophentur, & ſimul potentia ciuilis, & philoſophia conueniant, non erit ciuitatibus, uel humano generi requies ulla malorum. 5. de rep.

Cum philoſophus diuino ac decoro ſemper adhęreat, diuinus ipſe atque decorus, quoad eſt in hominis poteſtate, efficitur. 6. de rep.

Solus philoſophus intelligit, quanta ſit in ueritatę ſuauitas. 9. de rep.

Rationes pręcipuę ſunt philoſophi inſtrumenta. ib.

Philoſophia eſt animę perfectio, & corporis medicina. 1. Eth. *Ariſt.*

Philoſophia admirabiles delectationes continet. x. eth.

Rectum eſt, philoſophiam uocari ueritatis ſcientiam. 1. meta. tex. 3.

Philoſophia mihi ſæpe uiſa eſt res diuina & admirabilis, præcipuè in ea parte, in qua ad contemplandas rerum naturas ſe ſe extollens magno ſtudio earum ueritatē intelligere contendit. De cæl. & mun.

Ingenuè philoſophiam ſectantibus, & ijs qui cauſas intelligunt, natura parens incredibiles excitat uoluptates. De part. anim.

Philoſophia eſt cauſarum cognitio. 3. meta. com. 3. *Au er*

Omnes

Omnes ſcie͂tiæ philoſophiam ſequu͂tur, & ei ſeruiunt.ib.

Plot. Philoſophus natura promptus eſt,& uelut alatus,& ad ſupera concitus. En.1.

Pro. Præcipuum ac firmiſſimum totius philoſophiæ principium eſt noſtræ naturæ cognitio. Hac enim rectè cognita, bonum quoque nobis conſentaneum, malum ue diſſidens abſolutius noſſe poterimus.

Pyth. Terra annuum fructum reddit, ipſa autem philoſophia qualibet hora.

Non decet fugere philoſophiam,cum ipſa ſit poſſeſſio, & ſapientiæ uſus.

Ad philoſophandum organis non egemus, ut ad alia opera, neque locis, ſed ubi nis poſuerit quis intellectum, ſimiliter undecunque ueritatem tamquam pręſentem attinget.

Si beatè uiuere conſiſtit uel in gaudio, uel in uirtute, uel in prudentia, philoſophiæ ſtudendum eſt:hæc enim maximè per philoſophiam aſſequimur.

Aug. Philoſophia nil aliud eſt, quàm amor ſapientię.Con.Acad.

Philoſophiæ ſtudium in actione, & contemplatione uerſatur.lib.8. de ciu. Dei.

Sen. Philoſophiæ ſeruias, oportet, ut uera libertas tibi contingat.Epiſt.8.

Philoſophia nō eſt populare artificium, nec oſtentationi paratum, non in uerbis, ſed in rebus conſiſtit, neque in hoc adhibetur, ut aliqua obleƈtatione conſumatur dies, aut dematur ocio moleſtia, ſed ani-

animum format, uitam diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat, inter pericula fluctuantium dirigit curſum: ſine philoſophia nemo eſt ſecurus. Quamplurima ſingulis horis accidunt, quæ conſilium expoſtulant, quod à philoſophia petendum eſt. Epiſt. 16.

Philoſophia pariter ſalutaris eſt, ac dulcis. Epiſt. 51.

Sola nos philoſophia excitabit, ſola grauem ſomnum excutiet. Epiſt. 54.

Vis philoſophię eſt incredibilis ad omnē fortunæ uim repellendam, nullum telum in eius corpore ſedet, munita eſt ac ſolida, quędam defatigat, & uelut leuia tela laxo ſinu eludit, quędam diſcutit, & in eum, qui miſerat, reſpicit. ibid.

Corpus hoc eſt animi pondus ac pęna, illo premente urgetur, in uinculis eſt, niſi acceſſit philoſophia, & illum rerum naturę ſpectaculo reſpirare iuſſit, & à terrenis ad diuina dimiſit. Hæc eſt eius libertas, hæc euagatio, ſubducit interim ſe cuſtodię, in qua tenetur, & cęlo reficitur. Epiſt. 66.

Nec philoſophia eſt ſine uirtute, nec uirtus ſine philoſophia, quæ eſt uirtutis ſtudium, ſed per ipſam uirtutem. Epiſto. 90.

Philoſophia cum multas habet, *Plut.* pręclaraſque inſtitutionum rationes, tum non minori ſtudio ea digna eſt, quæ ad nuptias connubiaque pertinet, quæ uidelicet eos, qui in uitæ ſocietatem

tatem conuenerunt, in idem coniungens, mites manſuetoſque inter ſe & obedientes efficit. De prec.con.

Qui philoſophiam conſequi minimè ualent, per cæteras nullius ſanè exiſtimationis diſciplinas aridi ſemper ac tenues contabeſcunt. Quamobrem aliarum artium ac ſcientiarum philoſophiam ueluti principē conſtituere oportebit. De lib. educ.

Ad corporis curam duplicem ſcientiam humana excogitauit induſtria, medicinam, & gymnaſticam, quarum altera ſanitatem, altera bonam affert habitudinem. Animorum autem ægritudines ac languores ſola philoſophia curare poteſt, per hanc enim, & cum hac ſcire licet, quid honeſtum, quid turpe, quid iuſtum, quid iniuſtum, ac ſummatim quid diligendum, fugiendum ue ſit. ibid.

Philoſophia addit nobis impetus, quibus excitemur, addit iudicium, quo inuitet ad vtilia, addit delectum, quo ſequamur potiora, addit prudentiam, & animi magnitudinem cum manſuetudine cautioneque coniunctam. De diſp. phil.

Qui per philoſophiam omnia reddit ad virtutem, ipſum ſecum concordem, ſibique conſentientem ac talem, ut ipſe de ſe nihil queratur, pacis & gaudij plenū ſemper ſibi amicum & beneuolum reddit hominē. Non hic ſeditio, non impium bellum in membris, non cupiditas cum cupiditate pugnans, non concurſus cogitationis cum co-

gitatione,non uelut in cõfinio cupientis ac pęnitentis aſperitas,ac turbulentia cum delectatione coniuncta, ſed amica, & pacata ſunt omnia.ib.

Curandum eſt, ut non tam philoſophorum libros perpetua lectione uoluamus, illoſque docentes audiamus,quàm rerum ac uerborum copiæ animum intendamus. De prof. mo.

Vera philoſophię ratio aufert ignorantiæ admiratiouem ac ſtuporem, dum certam affert cauſſarum cognitionem. De off. aud.

Apul. Philoſophia uirtutes inquirit, uitia expellit, & rerum diuinarum eſt particeps, preſertim cum naturæ interpretationem, & rerum, que ſunt ab oculis remotiſſimæ, inueſtigationem ſibi uendicat. De mun.

Cum mundi penetralia homines adire non poſſint, ut è terreno domicilio illas regiones inſpicerent,philoſophiam ducem nacti ſunt,ipſius inuentis imbuti,per cęli plagas vagari auſi ſunt.ib.

Alc. Philoſophia eſt appetitio ſapientiæ, vel ſolutio animæ à corpore,& conuerſio quædam ad ea,quæ uera ſunt ac diuina. De Phant.& intel.

Oportet philoſophum nunquam ueritatis inquiſitionem omittere,ſed eam ſemper nutrire, humanas autem actiones tanquam inferiora quædam nonnunquam attingere.ib.

Philoſophi ſtudium in tribus potiſſimũ

ſatur in rerum ſpeculatione, in actione uirtutum, & in ſermonis conſideratione. ibid.

Marſ. Philoſophi munus eſt diuina cognoſcere,& humana gubernare, in illo contemplatiua philoſophia, in hoc actiua continetur. In Plat.

Philoſophia eſt animi aſcenſus ab infimis ad ſublimia,à tenebris ad lucē.lib. 4. Epiſt.

Io.Pōt. Omne philoſophi ſtudium in cognoſcenda, & in ueritate cæteris demonſtranda verſatur.

De Poeſi,

Poetę ſunt nobis tamquam patres ac ſa-

Plato. pientię duces. In Liſide.

Poetę non arte,ſed diuino afflatu poemata canunt. In Ione.

Poeta eſt res ſacra, neque prius canere poteſt, quàm Deo plenus, extra ſe poſitus, & à mente alienatus.ib.

Deus poetis tamquam miniſtris vtitur, & oraculorum nuncijs, ac diuinis uatibus, ut nos, qui audimus, percipiamus, non eos eſſe,qui tam digna referunt, cum ſuę mentis compotes non ſint,ſed Deum hęc loqui, & per eos hæc nobis inclamare.ib.

Dubitandum non eſt,quin præclara poetarum poemata diuina, deorumque poti⁹, quàm humana, hominumque ſint opera. ibid.

Poetę nil aliud ſunt, quàm deorũ interpretes,dum furore correpti ſunt.ib.

Poetæ

Poetæ quippe uim maximam in utramque partem,& ad laudandum, & uituperandum habent. In Min.

Poeſis abſque concentu ac numeris nil aliud eſt,quàm ſermo popularis. In Gor.

Poetæ nõ ſapientia facere uidentur quæ faciunt, ſed natura quadam ex diuina animi concitatione, quemadmodum qui diuino furore afflati uaticinãtur, nam & hi multa quidem dicunt atq; præclara, ſed nihil eorũ intelligunt,quę dicunt. In Apol.

Diuinum eſt poetarũ genus, dijs agitur, & ſacros honores concinit.3. de leg.

Suauitas & iucũditas muſis omnibus eſt communis. 7. de leg.

Poetæ magis quàm oporteat,ſua poemata diligunt, & quaſi filios amore complectuntur.9.Eth. *Ariſt.*

Poeta uel eſt uir facilis ingenij,uel furore percitus. De Poet.

Poeta ſemper imitatur, uel qualia fuerunt,uel ſunt,uel qualia dicuntur, aut uidẽtur,uel qualia eſſe oporteat.ib.

Poeta potius credibile eligere debet, licèt fieri non poſſit, quàm incredibile, & ſi fieri poſſit.ib.

Poeſis omnis,& omnis fabula poetica in uituperãdi,uel laudãdi genere cõſiſtit.i Poe. *Auer.*

Quemadmodum uidemus apes quodam naturę inſtinctu ex amariſſimis floribus, & ſpinis aſperrimis mel dulciſſimum ac leniſſimum colligere, ita pueri in poetica inſtituti norũt ex uilib⁹ abſurdiſq; argumẽtis, *Plut.*

quæ ſuſpecta etiam aliquo modo uidentur, undecumque aliquid dulce, ac frugiferum accipere. De Aud. poe.

Duo præclara contingunt illis, qui poetas audire ſolent, primum animi moderationi famulatur, docetque, nulli fortunam moleſtè, ac ſtultè exprobrandam, alterum uiam ſtruit ad magnanimitatem, qua ad omnes fortunæ caſus ita cõponas animum, ut non deiiciaris, aut perturberis. ib.

Omnis poeſis uocibus certo ordine compoſitis, numero & menſura terminatur. Nam cum leuitate, & facundia maieſtas coniuncta atque ſuauitas, delectando attentionem conciliat. De Hom.

Aug. Philoſophia nõ omnino poetas contemnit. Con. Acad.

Boni grãmatici fictas poearum fabulas ad aliquam utilitatem referre conantur. De catech. rud.

Poetæ etiam theologi dicebantur, quoniam de dijs carmina faciebant. 18. de ciu. Dei.

Io. Pōt. A poetis non lucrum quæritur, ut poetæ ſunt, ſed admiratio cum commendatione operis, ſuique ingenij: cuius quando comes eſt laus, laudari quoque ſe & palam, & ore pleno tum cupient, tum lętabuntur. Quamquam etiam ſi à nemine laudentur tamen ſola ingenij, artificiique ſui conſcientia contenti eſſe poſſunt. In Actio.

De Præceptore,

Non ad probatos confugis præceptores, cum ad uulgus te confers. In Alcib. *Plato.*

Hoc decet bonos prçceptores,& qui aliquid docturi ſunt, ut priuſquam doceant, intelligant, & intelligendo ſibi conſentire, neque diſſidere. ib.

Optimum præceptorem habere oportet;neque pecunijs, neque ullis alijs rebus parcendum eſt. In Lach.

Qui diſciplinæ præſunt, gymnaſiorum, doctrinarumque ornatum,& diſcendi ordinem curent,operamque dent, ut adoleſcentes ad iſta proficiſcantur, & honeſtè etiam commorentur.6.de leg.

Pueros,cum primum à matribus ac nutricibus ſe ungantur,præceptoribus cōmēdare oportet,ut puerilem laſciuiam regant 7.de leg.

Plura debemus præceptoribus quàm parentibus,à quibus ſumus quidem,ſed à prçceptoribus optimum uitæ modum accipimus. *Pyth.*

Valde ridiculoſum eſt, quod hodie plerique faciunt,qui cum ſeruorum quos habent probos,alios agriculturç,alios rei nauticæ,alios mercaturæ, alios adminiſtrationi rei familiaris, alios uſurç exercendæ adhibeant;ſiquod autem inueniunt mancipium ebrioſum,aut gulç deditum,& ad omnia ne *Plut.*

gocia inutile in liberis proficiunt. *De lib. educ.*

Filijs præceptores inquirendi ſunt, quorum uita nullis ſit obnoxia criminibus, mores inculpabiles, & optima experientia: honeſtatis enim fontem, ac radicē eſſe liquet, legitimam conſequi diſciplinam. Ac ueluti agricolæ ſæpes arbuſculis circumponūt, ita & æquiſſimi præceptores conſona pueris inſtituta, & admonitiones inſerunt, unde rectiſſima morum germina pullulant. ibidem.

Accuſandi ſunt nonnulli parentes, qui priuſquam futuri magiſtri ullum periculū fecerint ignoratione aliquando, aut etiā imperitia decepti, non ſpectatis, adeoque etiā malæ notæ hominibus ſuos filios committunt. ib.

Vt nutrices puerorum corpora manib⁹ componunt, ita pręceptores puerorum mores componendo, eos in primis uirtutum ueſtigiis collocant. De docen. uirt.

Adoleſcentes poſtquā ſe ſapientibus præceptoribus dederunt, principio eos utilitatis cauſſa ſectantur, poſtea uerò eos diligūt, & ex familiaribus ac diſcipulis amatores fiunt, ac dicuntur. De uirt. mo.

In uita rectè inſtituenda, uſuque rerum magiſtros parum elegantes omnino fugere oportet, & alios, qui ſint utiles, audire, & ſęqui. De prof. mo.

Præceptores placidos pueris dare oportet, proximis enim applicatur omne, quod

tene-

tenerum eſt, in eorum ſimilitudinem creſcit. Nutricum & præceptorum mores retulere mox in adoleſcentia. De ira.

Non ille præceptor ſtudiis liberalibus eſt dignior, qui excarnificat diſcipulos, ſi memoria illis non conſtiterit, aut ſi parum agilis in legendo oculus hæſerit, ſed qui admonitionibus & uerecundia corrigere, ac docere malit. De Clem.

Puerorum præceptores nihil magis curare debent, quàm ut ſint uirtutum amatores. De dogm. Pla. *Apul.*

Præceptori eodem modò uiuendum eſt, quo uiuendum eſſe docet, ne ſi aliter uixerit, ipſe ſuis prȩceptis fidem detrahat, ſuamque doctrinam leuiorem faciat, ſi re ipſa diſſoluat, quod uerbis aſtruere nitatur. De uera ſap. *Lact.*

Prius diſcant qui docẽt, & antequã aliorũ mores corrigãt, ſuos corrigere debẽt. ib.

Cum ipſi præceptores uincantur affectibus, quos uinci prædicant oportere, neminem poſſunt ad virtutem, quam falſo prædicant, erudire. ib.

Docẽti ſẽper gratiæ habẽdȩ ſunt. In Pla. *Marſ.*

Quicq̃d boni in diſcipulis cernitur, id ſũmæ laudi eſt præceptori. lib. 1. Epiſt.

Si omnes ſcire uolumus, & docti eſſe, qđ diſcendo conſequimur, nõ ne eos uenerabimur, quorũ munus eſt docere, & ad quorũ diſciplinas id pertinet? lib. 5. de Obed. *Io. Põt.*

Cũ prudẽtia, rerũq; cognitio ſit naturȩ hominis maximè cõſentanea, erit & maximè

conſentaneum, eos uereri, quorum exemplis aucti,& doctrinis imbuti, prudentes do ctique efficimur.ib.

Cum nullum ſit maius iniuſtitię genus, quàm in illos ingratum eſſe, quorum munere ac beneficio ignorantes minimè ſumus; cum omnis ignorans & nequam ſit, & malus: iure plurimum illi ſunt obſeruandi, qui ad felicitatem nos inſtituunt, ad eamque recta & certa ducunt uia, iure quorum præceptis,& informationibus exculti, ornatique ſumus, in eis colendis, honorandiſq; peccare, & turpe, & malum putamus, nec in ijs tantum qui uiuunt ſed in celebranda eorum memoria ac nomine. qui multis ante annis deceſſere. ib.

Non poteſt bene docere, qui loquaciter, & ambitiosè explicat, parit enim loquacitas, ac diffluentia ipſa tum contemptum, tũ etiam ſatietatem, quæ docilitati aduerſantur, ac delectationi. In actio.

De Principatu, ac Regia Poteſtate.

REX maxima ſapientia, iuſtitia, temperantia, ac fortitudine præditus eſſe debet. In Alc.

Quicquid prudentes principes agant, nunquam delinquent, ſi hoc potiſſimũ ſeruabunt, ut mente & arte quod iuſtiſſimum

eſt,

eſt, ciuibus inducentes, eos tueri ualeant, melioreſque ex deteriorib⁹, quoad fieri poteſt, efficere. In Polit.

Reges ac tyrãni inter ſe diſſimillimi ſunt, & gubernãdi modus eſt longè diuerſus. ib.

Monarchia, ideſt unius principatus, una quædam eſt gubernationum ciuilium, poſt hanc paucorum potentiam ponere poſſumus, tertiam uerò multitudinis gubernationem, quam popularem uocant. ibid.

Qui neque ex lege, neque ex more dominatur, & ſe ſcire ſimulat, & propter leges rectius hoc fieri oportere, ineſt autem libido & ignorantia quædam, quæ ad imitationem eiuſmodi inducit, uir talis tyrãnus appellandus eſt. ib.

Vnius dominatio bonis coniuncta conſtitutionibus, quas leges uocamus, omniũ gubernationum eſt optima; legum autem expers eſt dura, & ſubiectis omnium grauiſſima. ibid.

Reges, tyranni, ac potentes ob peccandi licentiam grauiſſima, prophaniſſimaque peccata committunt. In Gor.

Princeps non ſibi ipſi, ſed ſubiectis conſulere debet, & omnia ad eorum utilitatẽ referre. 1. de Rep.

Qui ſingulis ætatibus ſemper pueritia, adoleſcentia, & matura ætate probatus eſt, is cuſtos & ciuitatis princeps, conſtituẽdus eſt. 3. de Rep.

Grauiſſimum quidem omnium ac turpiſſimum paſtoribus eſſet, ſi ita canes cuſtodes

gregis futuros nutrirent, ut ex intemperantia, aut ex fame, aut ex aliqua alia mala conſuetudine canes ipſi greges aggrediãtur, ac lædant, & pro canibus ſimiles lupis efficiantur. Itaque omnino cauendum eſt, nequid tale aduerſus ciues efficiant, qui defenſores adhibentur, cum ipſi ſint potentiores, neque beneuolorum ſociorum loco agreſtibus dominis ſe ſimiles prębeant. ib.

Tyrannus patri uim inferre, & ſi nõ obtẽperat, eum uerberare audebit. 8. de Rep.

Tyrannicũ ingenium nũquam guſtat ueram libertatem, & amicitiam. 9. de Rep.

Miſera eſt ciuitas tyrãnide oppreſſa, beata uerò, quæ à rege gubernatur. ib.

Verus tyrannus uerè eſt ſeruus, extremę adulationi, ſeruitutique adſtrictus, nequiſſimorum hominum libidini adulator, qui nũquam ſuos appetitus explet, ſed ſemper plurimis indiget, atque inops re uera apparet, ſiquis animi ſui penetralia inſpexerit, perpetuo terrore, ac ſolicitudine uexatur, ſic ſtatui illius ciuitatis eſt ſimilis, cui præeſt. ibid.

Tyrannus à uera uoluptate longe abeſt, Rex autem ea fruitur. Tyrannus ergo amariſſimã uitã ducit, Rex uerò iuũcdiſſimã. ib.

Tyrannus multis diuerſiſque timoribus & amoribus agitatur, & cum ſit ingenio cupido, huic ſoli neque egredi uſquam licet, neque inſpicere quę liberis licet hominibus, ſed intra ędium parietes formidoloſus ueluti mulier commoratur, inuidens

ciui-

ciuibus alijs, ſiquis extra mœnia deambulat, & boni quicquam ſpectat. ibid.

Tyrannicus animus minimè efficiet, quę uolet, ut ſic de toto animo dicam, ſed ſtimulo uiolento percitus, pænitentia perturbationeque redundabit. ib.

Tyrãnicus animus neceſsè eſt, ut ſemper ſit mendicus & inexplebilis. ib.

Cum princeps ſubditos timet, nec bonos, nec diuites, nec robuſtos, nec fortes, nec bellicoſos eos fieri patietur. 8. de leg.

Principes non pecuniarum, ſed amicorum inopia pereunt. Epiſt. 1.

Regia gubernatio eſt una ex rectis rerũpublicarum ſpeciebus. 3. *Pol.* *Ariſt.*

Reges ſecundum leges & uolentibus, tyranni uerò inuitis dominantur: itaque illi ciuibus cuſtodiuntur, hi autem contra ciues cuſtodiam parant. ibid.

Tyrannidem dicimus eſſe unius dominatum, qui proprio commodo ſtudet. ib.

Regia poteſtas eſt unius gubernatio, qui ſemper communem utilitatẽ ſpectat. ib.

Rex auctoritatem habere debet, ut ipſi ſuadenti pareatur. ib.

Regia poteſtas pro uirorum præſtãtium tutela contra populum reperta eſt, & Rex fit ex præſtantibus per excellentiam uirtutis, uel rerum geſtarum, quæ ſint à uirtute, uel per excellentiam huiuſmodi generis. 5. *Pol.*

Tyrãnis originẽ hẽt à populo, ac multi-

tudine contra nobilitatem, ne populus ab illis iniuria afficiatur. ibid.
Rex uult eſſe iuſtus, ut qui diuitias habent, nihil iniuſtum patiantur, nec populus etiã contumelias recipiat. ib.

Tyrãnus id tantũ ſpectat, quod ſibi placet; rex autem quod honeſtum ſit. ib.

Duę ſunt cauſſe, quibus maxime contra tyrannos inſurgunt, odium ſcilicet, & contemptus. ib.

Tyrannus bellum concitare ſtudet, ut ne gociis occupentur ciues, & indigentia ducis continuo detineantur. ib.

Tyrannus amicis maxime diffidit, quaſi velint omnes, amici autem cum potiſſimũ ſubuertere poſſint. ib.

Pyth. Perinde tutum eſt, ſceptrum improbo committere, ut enſem in manu furentis ponere.

Illud ſignum ac ſcopum ſpectare debent tam conſilia, quàm omnes boni principis actiones, ut id agat, atque contendat, ut ſua opera ſubiectos beatos reddat.

Si maieſtas illa ſumma, & regnandi auctoritas quodã manſuetudinis, & humanitatis condimento deliniatur, poteſtas fertur ſuauius, mitius, ac lenius, alioquin dura.

Sen. Placido ac tranquillo regi fida ſunt auxilia ſua, quibus ad communem utilitatem vtatur. De Clem.

Errat, ſiquis exiſtimat, regem ibi tutum eſſe, ubi nihil à rege tutum eſt. ib.

Prin-

Princeps talem ſe ciuibus præſtabit, quales ſibi deos eſſe uelit: nam ſi dii placabiles & æqui potentium delicta non ſtatim fulminibus perſequuntur, quanto æquius eſt, hominē, qui cęteris præeſt, miti animo exercere imperium? ibidem.

Quemadmodum præciſæ arbores plurimis rāmis repullulant, & multa ſatorum genera, ut denſiora ſurgant, reciduntur; ita regia crudelitas auget inimicorum numerū, tollendo, parentes enim, & eorum liberi, qui interfecti ſunt, & amici, & propinqui in locum ſingulorum ſuccedunt. ibi.

Quod parenti, id etiam principi faciendum eſt, quem appellauimus patrē patriæ, non adulatione adducti. cætera enim cognomina honori data ſunt, magnos, & felices. & auguſtos dicimus, & ambitioſę maieſtati, quicquid potuimus titulorum, cōgeſſimus, illis hoc tribuentes. Patrem quidem patriæ appellamus, ut ſciret datam ſibi poteſtatē patris, quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuaque poſt illos reponens. ibid.

Princeps poſtquam in ſe ipſo imperium parauerit, uitamque ſuam compoſuerit, tū debet ſibi applicare eos, quibus imperat. De doct. prin, *Plut.*

Principes ſunt Dei miniſtri ad curam & hominum ſalutem, ut bona, quæ Deus illis largitur, partim diſtribuant, partim ſeruent. ibid.

Principē magis timere oportet, nequid mali faciat, quàm ne quid patiatur, ib.

Qui

Qui verè ſunt reges, timent his, in quos habent imperium: tyranni uerò eos ipſos timent, proinde metum augent, aucta potétia, propterea quòd quo pluribus imperãt, eo plus timent. ib.

Minima quæque principum errata notãtur, & pro magnis habentur. In Pol.

Regium imperium plurimis laboribus, curis, & occupationibus detinetur. An Seni ſit ger. res.

Plerique inepta decepti ſententia, primũ hoc putant eſſe in imperio bonum, nulli ſubeſſe imperio. Ad Prin. in.

Lex principi imperabit, non ea foris ſcripta in libris aut lignis inſculpta, ſed viua in ipſius corde ratio, ſemper vnà habitans atque excubans, & animum nunquam permittet eſſe principatus vacuum. ib.

Iuſtitia legis eſt finis, lex principis opus, princeps Dei imago, neq; ſibi opus eſt Phidia, qui fingat, ſed uirtutis opera ſe ipſum Deo quàm ſimillimũ facit, opuſque iucundiſſimum ſpectatu, diiſque chariſſimum, ibidem.

Marſ. Illud imperium eſt legitimum ac tutũ, in quo uolens uolentibus imperat. In Plat.

Apud principes non reperitur ueritas, ſed mendacium, ſimulatio, diſſimulatio, detractiones, adulationes, non animi trãquillitas, ſed curæ, ſolicitudines, inuidiæ, & oẽs

Ia. Pôt. denique perturbationes. lib. 5. Epiſt.

Homini, cum ipſe aut ſolus, aut maxime omnium ſit ſocietatis appetens, & in cœtu

viuens,

uiuẽs,duce aliquo opus eſt, qui ciuitatẽ regat,ac multitudinẽ moderetur,illius actiones dirigẽs atque cõponens. lib. 4.de Obe.

Cum rex defenſor ſit libertatis,propulſator iniurię atque animaduerſor, dux quoq; ciuilium actionum,legumlator,& cuſtos,& publicè priuatimq́ue moderator, pater ac rector, quiſnam ſe liberum, aut frui uera libertate dicere poſſit,niſi hic ille fuerit, qui defenſorem libertatis, qui propulſatorem iniuriarum,qui moderatorem,rectorem,ac patrem ſe habere intelligit,ſibi,ciuibus,urbaniſq́ue rebus rectè utiliterque conſulentem,eundemque uirum bonum,regemque ſapientem? ib.

Regum propria eſt ueritas, à qua uera proficiſcuntur,ac certa conſilia.ib.

Nihil tam alienum eſt à principe, nec quod aliorum in ſe odium tantopere concitet,q̃ aſperitas,& ea quæ moroſitas dicitur. Cõtra uero in omni uita maximè laudatur comitas grauitate temperata.lib,de Prin.

Maximè hominis eſt, & eius præſertim, qui principatum gerat, præſenti animo in aduerſis uti,nec aduerſanti fortunæ ſuccũbere.ib.

Ad conſeruandum,& in dies magis augendum familiarium,& eorum, quos princeps intimos habet amorem,illud maxime ualet,ut amari ſe ab ipſo intelligant.ib.

Quid magis alienum eſt à regibus, aut ipſorum ſecuritati minus conducẽs, quàm qđ cũ ipſi præbere ſe cęteris debeãt humanitatis

nitatis exemplum, difficiles & ſuperbos agant? inhumanitas enim mater eſt odii, ut ſuperbia crudelitatis, malus vtraque & uitę & principatus cuſtos. ibi.

Si tanta eſſet regibus cura uirtutis honeſtandæ, quantis præmiis minus bonos interdum proſequuntur, profectò regũ res quietius ſe haberent, nec miſceri eas cerneremus, aut regna ipſa, pulſis iuſtis dominis, ad ignotos perſæpe transferri. ib.

Quoniam fortuna principum in edito & illuſtri loco ſita eſt, præbetque ſe ſe ſpectandam omnibus, ſtudendum eſt, ut eorum dicta, omniaque facta eiusmodi ſint, ut non modo ſibi laudem, & auctoritatem pariant, ſed & familiares, & populares ipſos ad uirtutem excitent. ibid.

De Prudentia.

Plato. PRVDENTIA ut bonum intelligit, ſic humanas actiones tam publicas, quàm priuatas ad optimum finẽ perducit. In Alcib.

In quo vnuſquiſque prudens, in eodem bonus, imprudens autem malus. ibid.

Hi ſunt prudentes, qui agenda, dicendaque cognoſcunt. ibid.

Prudentes & iuſti ſunt, qui ſciunt, quæ erga Deum & homines agere, & dicere deceat. ibid.

Prudentem ipſum dicemus idoneum eſſe

ſe ſibi, & patriæ conſultorem, imprudentē uerò contra. ib.

Sola prudentia eſt dux rectè agendi. In Men.

Omnes animæ impetus ac propenſiones, duce prudentia, ad beatitudinem tendunt, duce uero imprudentia ad infelicitatem. ibidem.

Nullus rectè præeſſe poteſt, niſi ſit prudens. ibidem.

Sola prudentia ſatis eſt idonea, ut homini præſto ſit. In Prot.

Vnumquemque diligere debemus, qui aliquid prudenter dicit, & uiriliter agit. In Euth.

Ciuitatis adminiſtratio prudentibus, tantum conuenit.

Nemo quicquam è rebus ſuis priuſquā ſe ipſum curabit, ut quàm optimus, prudentiſſimuſque euadat. In Apol.

Prudenti uiro magis paucorum ſapientum iudicium quàm multorum inſipientū uerendum eſt. In Conu.

Maxima & omnium præſtātiſſima eſt prudentia, qua ciuilia, & domeſtica gubernantur. ibid.

Agere ſua, & ſeipſum cognoſcere, ſolius prudentiæ eſt opus. In Tim.

Homines prudentiæ uirtutiſque expertes, & epulis rebuſq; ſimilibus dediti, deorſum feruntur, & in his ſemper oberrant, & ſuper hæc nunquam emergunt, & quod uerè ſummum eſt, nunquam reſpiciunt, neq;

ad ſupera extolluntur, neque ulla re uera fruuntur, neque ſtabilem puramque percipiunt uoluptatem. ſed ueluti pecora humũ proni ſpectant uentri obedientes, paſcẽdo, coeundoque ætatem conterunt, & pro his rebus uberius potiũdis calcib⁹ inter ſe, & cornibus ferreis, unguibuſque decertant, ſe ſe ob inexplebilem libidinem trucidantes, vtpote qui neque ueram neque firmam ſui partem, neque pabulis ueris implent. 9. de Repub.

Non eſt optandum, ut omnia ex noſtra ſententia contingant, ſed ut uolũtas noſtra prudentiam ſequatur. 3. de leg.

Omnes uirtutes reſpicere oportet, maxime uerò prudentiam, quæ eſt prima, & dux aliarum uirtutum. ib.

Natura quodammodo, & ſine ratione fortis efficitur, ſed abſque ratione prudens anima, & mentis compos non fuit, vnquam, nec eſt, nec erit. 12. de leg.

Ariſt. Benè conſulere prudentis eſt in his, quæ bona ſunt & utilia, & uitam omnem rectè dirigere poſſunt. 6. Eth.

Prudentia eſt uerus cum ratione habitus, qui in his agendis uerſatur, quæ ſunt homini bona & mala. ib.

☞ Prudentia in illis uerſatur, in quibus conſilium locum habet. ib.

Fieri minime poteſt, aliquem prudentẽ eſſe, niſi ſit bonus. ib.

Prudens non ſolum eſt in eo, quod cognoſcit, ſed etiam in eo, quod agit. 7. Eth.

Pru-

Prudentia eſt propria eorum virtus, qui aliis præſunt. 3. Pol.

Prudentia in his uerſatur, quæ iuſta ſunt & honeſta, & homini utilia, & quę boni uiri eſt agere. 6. Eth.

Prudentia eſt uirtus intelligentiæ & rationis, per quam in conſulendo delectus haberi poteſt bonorum & malorum. 1. Rhet. *Plot.*

Prudentia eſt præcipua quędam ratiocinatio, & circa magis uniuerſale uerſatur, cōſiderat enim, nunquid in præſentia ſit cohibendum, & abſtinendum, an in poſterum, an omnino melius aliud, & quæ uiciſſim conſequantur, quæ non, animaduertit. Enn. 1.

Prudentia eſt intelligentia inferiora declinans, animumque erigens ad ſuperna. ibidem.

Virtus per prudentiam acquiſita, & ad ſummū progreſſa Deū nobis oſtēdit. En. 2. *Pyth.*

Prudentia eſt uirtutum regina ac domina, hęc enim vniuerſis virtutibus vtitur, qua ſi quidam intelligentię oculus, & ordinem, & modū illis perſcribit, ipſarū moderatrix.

Siqua nobiſcum diis eſt ſocietas (eſt autē plurima) eam ſanè totam prudētia præbet, hæc enim hominem penè parem Deo facit, dum bonorum & malorum, utilium, & inutilium, honeſtarum rerum, ac turpium delectum habet.

Prudentia in puppi ſedens gubernaculū tenet hominū, dux omniū noſtrarū rationū, cōſiliorū, & operū, hæc deinde reſpublicas,

ac

ac domos, quin etiam priuatam cuiuſque uitam in exemplar diuinum refert.

Non oportet pecuniarum gratia toties periclitari, amore autem prudentię nihil laborare.

Aug. Prudētia docet quid tenendum, & quid fugiendum ſit. Ad fra.in Er.

Prudētia ordinat præſentia, recordatur præteritorum,& præuidet futura.ib.

Sen. Si prudentiam amplecteris,idem ubique eris,& ut rerum ac temporum uarietas expoſtulat,ita te accommodabis.De quat.vir.

Prudens fallere non vult, falli non poteſt, ibidem.

Si prudens eſt animus tuus,tribus tempo ribus diſpenſetur,præſentia ordina, futura prę uide,præterita recordare. Nam qui de prętei ito nihil cogitat,perdit uitam,qui nihil de futuro præmeditatur,in omnia incau tus incidit ibi.

Prudentis eſt proprium examinare cōſilia,& nō cito facili credulitate ad falſa prolabi. De mor.

Si prudens eſſe cupis,futura perſpice, & quæ contingere poſſunt,animo tuo cuncta propone.ib.

Qui prudens eſt, non dicit, non putaui hoc fieri,quia non dubitat,ſed expectat, nō ſuſpicatur,ſed cauet.ib.

Plut. Prudētia quatuor modis circa bonū ſe gerit,cum aut illud adipiſcitur,aut illud tuet, aut auget,aut prudēter utitur.In Orat.cōſ.

Nonnulli ob nimiam imprudentiam ita

ſunt

ſunt ſtolidi ac dementes, ut paululum uel nimia pecuniarum copia, uel magiſtratus magnitudine, uel aliqua ciuili gloria, honoreque elati aliis minentur, eoſq; iniuria affi ciāt, fortunæ leuitatis, & īcōſtantiæ obliti, & q̃ facilè quæ ſublimia sũt, deprimant.ib.

Prudētia uitā optimam, & ſuauiſſimam reddit. De Tranq.

Veluti apes ex thymo aridiſſima, herbaque aſperrimi ſucci mel ſuauiſſimum conficiunt, ſic prudentes è rebus ipſis incommodis ſępè aliquid vtile, & ſibi accōmodatum eliciunt.ibid.

In homine prudēte compoſitus animus cum corpori ſerenitatē affert cōtinentia videlicet, & uictu, ac labore moderato, morborum cauſas abſtergentibus, tum ſi quod extrinſecus perturbationis argumentum exiſtat, in quod animus humanus, quaſi in ſaxoſum uadum inciderit, expedita ſuſpenſaque antenna tranſilit.ib.

Vir prudens etiam ex inimicis utilitatē capit. De diſcrim.am.& adul.

Prudentia homines magnanimos efficere uidetur, dum illos pudet turpitudinis, ſimulq; gaudent uoluptates præterire, ac ſubire pericula. De aud. Poet.

Robur ipſius mentis nihil eſt aliud, quàm Prudentia.de ſomn. *Syn.*

Nũquam poteſt eſſe prudens, qui in temperatus exiſtit. De phant.& intell. *Alcin.*

Prudentia eſt bonorum, & malorum, indifferentiumue ſcientia.ib.

Pruden-

Marſ. Prudentia magiſtra vitæ diſciplinam cuiuſque rei familiaris, & publicæ tribuit. In Plat.

Tanta eſt prudentiæ perfectio, vt quę optanda ſunt, optare & comparare doceat, & comparatis ea potiſſimum uti ratione, qua proſint, ibid.

Prudentes ita motus animi moderari ſtudent; vt nulla ex parte diffideant. 14. de Theolog. Plat.

a.Pōt. Sunt prudentię munera, vt tum nobis, tum amicis ciuib⁹q; & cæteris aliis rectè cōſulere, vtiliterque debeamus, & ea quę vtilia futura ſint, publicè priuatimque proſpiciamus, iuſta tamen honeſtaque non deſerentes. lib. 1. de obed.

Prudentia actiones noſtras pariter publicas ac priuatas, ciuiles ac familiares dirigit, atque componit. lib. 1. de prud.

Prudentis viri munus eſt rebus vbique ſuis proſpicere illiſque ac ſibi benè, rectèque conſulere in omnem uitæ partem, nihilque aut negligere, aut prætermittere, quin omnia potius excogitare eaque acutè perſpectè, & cautè, quę in rem fore ſuam duxerit, viuendi denique curſum omnem ſecundum rectam rationem dirigere. lib. 3. de prud.

Nulla virtus eſt ſine prudentia, ipſaque prudentia abſque probitate, integritate, bonitate nullo modo eſſe poteſt, nec prudens aliquis, niſi maximè integer, ac bonus. ibidem.

pru-

Prudentis eſt ad omnem agendi rationem ſe ſe tum flectere, tum mutare, nouamque pro rebus, locis, temporibus, & pro his quibus cum agendum eſt perſonam induere lib 4 de prud.

Admodum uidendum eſt prudenti ęquabilem ſe uti præbeat eſtimatorem, tũ rerum ac temporum, tum ſui ipſius, & illorum pręcipuè quibus cum negocium contrahit. lib. 4. de p.

Prudentis viri ſunt partes, ac munera, antequam aliquid aggrediatur, & poſtquam eſt aggreſſus, diu multumque, & ſimul omnia conſiderare, & diſcretim etiam ſingula, prouidenterque proſpicere. ib.

Prudentia ut cæterarum uirtutum dux eſt, ac mater familias omnium, ſic ipſa vix umquam ſola ſine alicuius earum adminiculo munus exequitur ſuum, quoties proſequendum aliquid ſuſceperit. ib.

De Pueritia, & Adoleſcentia.

INCERTVM eſt, quo aut corpus, aut anima puerorum, tam ſecundum uirtutem, quàm ſecundum uitium poſtremò euadat. In Conn. *Pluto.*

Omnino

Omnino danda eſt opera,ut fabulę,quas primas pueri audient,ſint optimè ad uirtutem inſtitutę,2,de rep.

Iuuenibus conueniunt multi, maximiq; labores.7.de rep.

Iuuenum bene inſtitutorum eruditio magnam affert reipublicæ utilitatem.Nam benè eruditi probi uiri euadent, probi autem facti,omnia bene agent. 1. de leg.

Eos, qui præſtantes uiri in aliquo futuri ſunt,ſtatim ab ineunte pueritia oportet id ipſum tam ludendo,quàm ſtudendo in ſingulis illi negocio conuenientibus meditari. ibid.

Primus puerorum ſenſus eſt uoluptas, & dolor.2.de leg.

Qui ſunt tenerioris ætatis,non poſſunt neque corpore, neque uocę quieſcere, ſed ſemper moueri,& loqui uolunt, alij exultãtes ac geſtientes, & ueluti cum uoluptate ſaltantes, ac ludentes, alij uarijs uocibus conclamantes.ib.

Adoleſcentem in omnibus uerecũdùm eſſe oportet.5.de leg.

Pueri ſurgente ſole ad magiſtros proficiſcantur,quoniã nec pecudes, nec alia animalia ſine paſtore uiuere debent,nec pueri ſine pedagogis.

Puer eſt omni beſtia intractabilior. Nam cum prudentia careat, eſt inſidioſiſſimus, acerrimus, & omnũi beſtiarum petulantiſſimus; quare multis frænis cohibendus eſt. 7.de leg.

Deliciæ

Deliciæ efficiunt pueros difficiles, moroſos, iracundos, & leui de cauſa excitabiles. ibid.

Iuuenum mores, ſæpè in dies, uariéque mutantur. 11. de leg.

Pueri rectum à non rectò minimè dijudicant. 1. Eth. *Ariſt.*

Pueri uiuunt ſecundum concupiſcentias, plurimaque eſt in illis uoluptatum cupido 3. Eth.

Pueri præceptorum præceptis parere debent. ib.

Pueri, ac beſtiæ ſequuntur uoluptates. ibid.

Pueri ea optima eſſe credũt, quæ ab ipſis plurimi fiunt. x. Eth.

Iuuenes circa educationem, & exercitationem, ſub legibus conſtitutos eſſe oportet. ibid.

Iuuenes in exercitationibꝰ honeſtis uerſari debent. ibid.

Iuuenibus iniucundum eſt, uiuere modeſtè ac temperatè ib.

Curandum eſt, ne pueri turpia dicant, & ne picturas, actiones ue deformes aſpiciant. 7. Pol.

Pueri neque ad comœdias, neque ad tragœdias accedere debent. ib.

Pueri poſt ſeptimum annum præceptori tradendi ſunt. ib.

Neque pueri, neque eorum nutrices vinum bibere debent, nihil enim forſan differt ipſos bibere, uel nutrices, ſed oportet

bibere aqua dilutum,& modicum.De ſomno & uig.

Pyth. Adoleſcentes nunquam à ſeniorum latere diſcedere debent.

A puero amputandæ ſunt uoluptuoſæ corporis conſuetudines, quibus animæ intuitus ad inferiora conuertitur.

Seno. Pueri non ſunt implendi cibo,diſtenduntur enim corpora, & animi cum corpore tumeſcent labor illos citra laſſitudinem exerceat,ut calor minuatur, non conſumetur,nimiuſque ille feruor deſpumet; ludi etiam proderunt, nam modica uoluptas animos laxat,ac temperat. *De ira.*

Pueritia longè ab aſſentatione remouenda eſt; audiat uerum,ſemper maioribus aſſurgat nihil per iracundiam exoret, quod flenti negatum fuerat,quieto offeratur, diuitias parentum in conſpectu habeat,non in uſu;& exprobrētur illi perperā facta.ib.

Non is ſolus reipublicę prodeſt, qui candidatos extrahit, reos tuetur, ac de bello & pace cenſet, ſed qui iuuentutem exhortatur,qui in tanta bonorum præceptorum inopia,eam uirtute inſtruit; qui animos ad pecuniam luxuriamque curſu ruentes retrahit,& ſi nihil aliud certè moratur,in priuato publicum negocium agit. De Tranquil.

Iuuenes uehementes ac temerarii ſunt, & in appetitibus inflammati,furentes ac rabidi propter ſanguinis & caloris copiam. De uirt. morum.

Quem-

Quemadmodum ſigilla mollibus imprimuntur ceris, ita & doctrina in puerorum animis.ib.

Pueros nõ plagis ac uerberib⁹, ſed monitis ac rationibus ad honeſta exercitia adduci oportet.ib.

Pueris ingenuis maiorem commoditatẽ afferũt laudes ac uituperationes quàm uerbera, illę enim ad honeſta concitant, hæc à turpitudne cohibent.ib.

Cauendum eſt, ne pueri immodicis laudibus elati intumeſcant, quoniam nimijs demolliti laudibus franguntur.ib.

Quemadmodum plantæ modicis aquis aluntur, plurimis autem ſuffocantur, ſic animus mediocri labore uegetatur, nimio demerſus opprimitur. Ab aſſiduis igitur laboribus danda eſt pueris quędam reſpiratio.ibid.

Ante omnia puerorum memoria eſt exercenda, ea enim eſt quaſi quædam cella penaria diſciplinę.ib.

Adoleſcentes ſine mollitie uitã degere, iram cohibere, linguam & manus comprimere debent.ib.

Sanctiſſimum eſt, ut pueri uera proferrę aſſueſcãt, mẽtiri enim ſordidũ eſt uitiũ.ib.

Iuuenum impetus omni cura ac diligentia coercendi ac reprimendi ſunt. Nam qui huic ętati ſummopere non reſiſtunt, haud intelligere uidentur, ſe illorum cogitationibus magnam ad perpetranda facinora licentiam exhibere.ib.

Quemadmodum medici amara quædã venena ſuccis dulcibus immiſcentes, comitem utilitatis amœnitatem inuenerunt, ita neceſſe eſt, ut patres increpationum rigorẽ manſuetudine temperent. Puerorum nãque deſiderijs interdum remittendæ ſunt habenæ, interdum retinendæ. ib.

Quemadmodum tranquillo cęlo paranda ſunt quæ aduerſus tempeſtates faciunt, ita in adoleſcentia moderationem ac temperantiam ad uiaticum ſeruituti parandũ adhiberi æquum eſt. De lib. educ.

Vituperanda eſt eorum conſuetudo, qui cum pueris pedagogos & magiſtros præfeciſſent, adoleſcentum impetus paſſi ſunt liberè ferri, cum contra hi maiori quàm pueri cura atque cuſtodia regendi fuerint: quis enim neſcit puerorum peccata exigua eſſe, & facilè corrigi poſſe, at adoleſcentum peccata ſępè ingentia fiunt, & atrocia; ingluuies uentris, furta pecuniæ paternę, alea, comeſſationes, potationes, uirginum amores, & adulteria. Quapropter iuueniles impetus accuratis rationibus vinciri & compeſci oportet. ib.

Pueris omnino prohibendum eſt, ne malorum hominum coſuetudine utantur, ex ea enim ſemper illis aliquid adiungitur uitij. ibid.

Sicut qui equos rectè inſtituunt, eos docent fræno facilè parere, ita qui pueros ad audiendum promptos faciunt, docentque audire multa, & loqui pauca. De off. aud.

Præclare quidam dixerunt, non minori diligentia faſtum ac ſpiritus elatos ex adoleſcentum animis, quàm aerem ex utribus excutiendum eſſe, ſiquid utile uelis infundere, alioquin arrogantię pleni, inflatique non admittunt.ib.

Ingenia puerilia ſunt ad affectus propenſa. De cogn. & cur. an. af. *Gal.*

Natura in puerili ætate ad uitam perficiendam plurimum ualet, ſecundo loco ſtudia, exercitationeſque diſciplinarum. ibidem.

Adoleſcentes qui ſalui eſſe uolunt, auaritiam fugire, & odiſſe debent. Nam ſi fortè initio nimia pecuniæ cupiditate afficientur, fieri quidem minimè poterit, ut cũ annum quadrageſimum attingerint, ſe ipſos recuperent.ib.

Pueri perpauci ad uirtutes natura ſunt propenſi. De an. mor. & corp. tem.

In pueris plures, & uehementiores oriũtur affectus quàm in adultis. De Pla.Hip. & *Pla.*

Adoleſcentes ſolutiorem nacti licentiã paſſim abſque fręnis oberrant. In *Pla.* *Marſ.*

Cum in adoleſcentia petulantia ac ſuperbia cum mollitie coniuncta ſint, in ſummo diſcrimine uerſatur.ib.

Pueri ut beſtiæ quaſi nihil penſi habeãt, ſed & quocunque uoluptas trahit, prorumpunt, & undecunque retrahit dolor, aufugiunt.ib.

Ciuitatum & regnorum exitium maxi-

mè ex delitioſa,luxurioſaque adoleſcẽtum uita oritur.ib.

Io. Pöt. Optima fundamenta ſunt adoleſcentis ad ſapientiam aſſequendam, ſi cum ſapiẽs id ętatis eſſe non poſſit propter temeritatẽ & inſcitiam, qua nec uidere, nec res optimas agere ualet,quod certè poteſt,eorum, qui habentur ſapientes, conſuetudine delectetur.lib.de Prin.

Optimum in pueris atque adoleſcentibus eſt futuræ prudentiæ ſignum, ſi ſenum veſtigiis inhæreant, conſiliiſque nitantur, atque in illorum admonitionibus conquieſcant.lib.3.de prud.

Ita natura comparatum eſt, quæ ab initio curam hominis ac rationem habens, ut ex floribus fruges, ſic ex adoleſcentulorum teneritate atque inſcientia ſenum uoluit prouenire ſapientiam. In Char.

Cum ętate ſimul creſcit ſapientia,cuius puer ſtudioſus eſſe non poteſt, in quo maturum nihil eſt,& cum ætas omnis ad ſapiẽtiam properet,longiſſimè ab ea diſtat pueritia,quę tenerrima cum ſit,paulatim eſt aſſuefacienda.ib.

De Pulchritudine.

Quicquid inueniemus pulchrum eſſe, idem bonum exiſtet.Alcib.1.

Neque bonum pulchrum eſſet, neque pulchrum bonum; ſiquidem aliud unum quodque illorum eſſet. In Hip.mai.

Hoc eſt profectò ad amatoria rectè per-

gere

gere, uel ab alio duci, quando uidelicet ab his pulchris aliquis gratia ueri pulchri aſcẽdere incipit, quaſi quibuſdã gradibus utẽs, atque ab uno primum in duo tranſiens, & à duobus in omnia, quæ pulchra ſunt corpora, ab his in omnia officia pulchra, à pulchris officiis ad pulchras doctrinas conuerſus, à doctrinis denique multis in illa doctrinam perueniens, quæ non alterius eſt, quàm ipſius pulchri doctrina, atque ita demum quid ipſum pulchrum ſit contẽplatur. In hoc utique uitę ſtatu homini uidelicet ipſum pulchrum ſpectanti uiuendum, quod ſi quando uideris, ſupra quam dici poſſit, precioſius auro cenſebis. In Conu.

Quàm felix illud ſpectaculum fore putamus, ſi cui contigerit, ut ipſum pulchrũ intueatur, ſincerum, integrum, purum, ſimplex non humanis carnibus, coloribus, nõ aliis mortalibus nugis labefactatum, ſed ipſum ſecundum ſe pulchrum diuinum inſpiciat. ib.

Sola pulchritudo hanc habuit ſortẽ, ut maximè omnium & perſpicua ſit, & amabilis. In Phædro.

Siquid eſt aliud pulchrum præter pulchrum ipſum, non ob aliud quippiam eſt pulchrum, quàm quia ipſius pulchri eſt particeps. In Phędone.

Siquo in homine hæc concurrant, ut in animo pulchri mores inſint, & in corporis ſpecie illis ſingula reſpõdeant, cõſentiãtq́; eãdem ſuſcipientia rationem, pulcherrimũ

hoc erit ei, qui inſpicere poſſit, ſpectaculũ, nam quod maximè pulchrum maximè etiã eſt amabile 3. de rep.

Homines oculis & auribus dediti, pulchris uocibus, coloribus, & figuris, & omnibus, quæ ex talibus conſtant, admodum delectantur, ipſius autem pulchri naturam eorum cogitatio attingere non poteſt. 5. de Rep.

Omne bonum eſt pulchrum, pulchrum verò ſine menſura, & moderatione eſſe nõ poteſt: ideoque animal, quod tale futurum eſt, conuenienti menſura moderatum eſſe oportet. In Tim.

Plot. Pulchritudo eſt maximè in aſpectu, eſt etiam in auditu ſecundum uerborum compoſitionem, & omnem quoq; muſicam, nã cantus & numeroſi concentus pulchri ſunt. Preterea ſi à ſenſu ad id, quod eſt ſupra ſenſum aſcendemus, inueniemus ſtudia quoq; & officia pulchra, & actiones, & habitus, atque ſcientias, virtutumque pulchritudinẽ. En. 1.

Tradunt ferè omnes, commenſurationẽ quandam partium & inuicem, & ad totum una cum coloris gratia pulchritudinem ad oculos pertinentem procreare, atque in eo pulchritudinem omnium eſſe ſitam, ut moderata, commenſurataque ſint. ib.

Corporis pulchritudo eſt quiddam primo intuitu ſenſui ſe patefaciens, idque animus apprehendens familiariterque agnoſcens ſuſcipit, & quaſi accommodatiſſimum

mum approbat, & ampleƈtitur. *In turpe* uerò incidens ſe ſe recipit, & uelut abhorrens ob diſcordiam reſpuit ut alienum. ibid.

Pulchra, quæ oculis minimè patent, ſed animus ipſe abſq; inſtrumentis cernit, atq; pronunciat, aſcenſu quodam contemplari debemus, ſenſum in infimo relinquentes. Quemadmodum uerò pulchra, quæ ſenſibus offeruntur, uerbis exprimere non poſſemus, niſi uidiſſemus aliquãdo, & tamquam pulchra percepiſſemus, ſic neq; de officiorum, & ſcientiarum, cæterorumque eiuſdẽ generis pulchritudine poſſumus eloqui, niſi hæc ipſa poſſideamus: ſimiliter neque de fulgore uirtutis, niſi quodammodo excogitauerimus, quàm pulcher ſit iuſtitiæ & temperantiæ uultus. ib.

Quemadmodum oculus nunquam uideret ſolem, niſi ſolaris factus eſſet, ita animus niſi factus ſit pulcher, ipſam pulchritudinẽ minime intuebitur. ib.

Vir ſapiens uelut amator circa pulchrũ ipſum, quodam quaſi partus labore uexatur, neque tamen corporis pulchritudine contentus eſt, ſed ab hac confugit ad animi pulchritudinem uirtutes uidelicet, ſciẽtias, officia, leges, atque inde rurſus ad eorum cauſſam aſcendit, quæ pulchra ſunt in anima, & ſi quid adhuc ſuperius extat, quouſque tandem ad primum uſque peruenerit, quod à ſe ipſo ſit pulchrum. En. 5.

Aug. Corporis pulchritudo eſt congruentia partium cum quadam coloris ſuauitate. Epiſt. 151.

Tanto pulchrius eſt corpus, quanto ſimilioribus ſuis inter ſe partib⁹ cõſtat. De Gen.

Sen. Pulcherrima quæque multæ & aduentitiæ comitantur dotes, ſed illas trahunt, ipſa præcedunt. 4. de ben.

Plut. Non idem eſt, rem aliquam eſſe pulchrã, & eam pulchrè imitari, quorum hoc in decoro, & conuenientia conſiſtit, turpibus autem turpia conueniunt. De Aud. poe.

Quod turpe eſt, ſuapte natura pulchrũ fieri non poteſt, imitatio, ſiue pulchræ rei ſiuè turpis ſimilitudinem exprimat, laudatur, eademque rurſus ſi pulchram turpis corporis imaginem effingat, decorum non ſeruauerit. ib.

Eorum quę damnoſa ſunt, nihil eſt pulchrum. De uitio. pud.

Pulchritudo rerum diuinarum ſimilitudine mouet animum, eique res in memoriã redigit. De Plat. quæſt.

Gal. Vera ſiquidem pulchritudo nihil aliud eſt, quàm conſtitutio optima, quæ actionibus exploratur, non albedine, non mollitie, uel aliis huiuſmodi, per quę nec natiua, nec uera, ſed fucata pulchritudo oſtentatur. De uſu. par.

Legitimaueraque corporis pulchritudo conſiſtit in uegeto colore, carnis moderata copia, & in congrua membrorum coniunctione. Ad Thras.

Corpo-

Corporis pulchritudo niſi arte fuerit exculta prorſus ad omnia eſt inutilis. In Exhor. ad bo. ar.

Animę pulchritudo ad moderatos ac decentes ipſius motus refertur, eiuſdem turpitudo ad immoderatos & efferatos. De Plac. Hip. & Pla.

Pulchritudo nihil aliud eſt, quã sũmi boni ſplendor, fulgens in iis, quæ oculis, auribus, ac mẽte percipiũtur, & per illa ad ipsũ bonũ, uisũ auditũ, mentẽq; cõuertẽs. Quo fit, ut pulchritudo circulus quidam diuinæ lucis exiſtat, à bono manans, in bono reſidens, per bonum & ad bonum aſſiduè reflexus. In Plat. *Marſ.*

Pulchritudo ubicunque nobis occurrat, accedit, ut congruens, & idcirco placet, atque probatur, quoniam ideę pulchritudinis nobis ingenitæ reſpondet, & undique conuenit. In Plat.

Pulchritudo eſt gratioſum aliquid, ſiue gratia quędam alliciens nos per uiſum, uel auditum, uel rationem. ibi.

Dũ de pulchritudine iudicam⁹, id præ cęteris pulcherrimũ approbam⁹, q̃d animatũ eſt atq; rationale, & ita formatũ, ut per animũ ſatisfaciat formulę pulchritudinis, quã habemus in mente; & per corpus rationi pulchritudinis ſeminali reſpondeat, quam in natura, ſecundaque anima poſſidemus. ibid.

Si delectaris sẽſibili pulchritudine, q̃ inſẽſibilis pulchritudinis eſt imago, multo ma-

iorem percipies uoluptatem, quando ipſa animi mentiſque pulchritudinem cognoueris, imo quando poſſederis. ib.

Animus à corporeis ſordibus expugnatus non ſolum ſit pulcher, ſed etiam pulchritudo. ib.

De Ratione.

Plato. Rationis nos tanquam medico committere debemus. In Gor.

Rationis ueſtigia ſequi oportet, ſi beati eſſe uolumus. 2. de Rep.

Rationali potentiæ imperare conuenit, cum ſit ſapiens, & gerat totius animæ prouidentiam, iraſcendi uerò natura rationi obſequi debet. 4. de Rep.

Ariſt. Ratio nos ad optima ſemper excitat. 1. Eth.

Ratio recta eſt ſecundum prudentiam. 6. Eth.

Ratio præeſſe ac præcipere debet. 1. Pol.

Plot. Rationalis animantis natura ex ſe ipſa aurigam habet, hic ſi peritus eſt, plurimũ fertur in rectum, neque ut fieri ſolet, caſu uagatur. En. 2.

Fortuna multorum eſt domina, ſed intellectum, rationem, & ordinem generare non poteſt. Nempè cum fortuna rationi cõtraria eſſe uideatur, nullo pacto rationem generare poteſt. En. 6.

Porph. Ratio quidem naturaliter ineſt, recta autem ratio ac perfecta fit ex meditatione

atque doctrina. De An.

Nunquam ſecundum naturam viuemus, quod omnes in primis appetimus: niſi viuemus ſecundum rationem diuinam & humanam.

Vita ſecundũ rectam rationem eſt perfectio animæ.

Non expedit belluam multorum capitũ conuiuiis confirmare, hoc eſt cupiditatem, fame autem necare, & infirmare, quod hominis eſt proprium, vt puta rationem.

Ratio eſt mentis motio, quæ diſtinguere, & connectere ualet ea, quę diſcutiuntur. Con. Acad. Aug.

Ratio eſt aſpectus animi, quo per ſeipsũ, non per corpus verum intuetur, aut ipſa ueri contemplatio non per corpus, aut ipſum verum, quod contemplatur. De immor. an.

Ratio atque intelligentia eſt quaſi animæ noſtræ caput, aut oculus, aut ſi quid magis congruum de ipſa dici poteſt. De lib. arb.

Si uis omnia tibi ſubiicere, ſubiice te rationi, multos reges, ſi ratio te rexerit. Epiſto. 137. Sen.

Ratio nihil aliud eſt, quàm pars diuini ſpiritus in corpus humanum merſa. epiſt. 67.

Ratio eſt arbitra bonorum ac malorum, aliena & externa pro uilibus habet, & ea, quæ neque bona ſunt neque mala, acceſſiones minimas ac leuiſſimas iudicat, omne illi bonum eſt in animo. ibid.

Ama rationem, huius amor te contra du

riſſima

ciſſima armabit. Epiſt. 75.

Optimum in homine eſt ratio, hac antecellit animalia, & deos ſequitur. Ratio ergo perfecta eſt proprium hominis bonum. cætera cum reliquis animalibus communia ſunt. Epiſ. 77.

Recta ratio ac perfecta implet hominis felicitatem ib.

Ratio dijs & hominibus communis eſt, ſed in illis eſt perfecta. Epiſt. 95.

Ratio ipſa, cui fręna tradũtur, tamdiu potens eſt, quam diu ſeiuncta eſt ab affectibus. De Ira.

Non alijs inſtrumentis nobis opus eſt, ſatis naura nos ratione inſtruxit, hæc dedit telum firmum, perpetuum, obſequens, nec anceps, nec quod in dominum remitti poſſet, non ad prouidendum tãtum, ſed ad res gerendas ſatis eſt per ſe ipſa ratio. ib.

Plut. Cum ratio ſit diuinitus homini data, conſentaneum eſt, eam præeſſe atque imperare illi parti, quæ ratione caret, tum quia originem ducit a corpore, tum quia natura ſua cõpletur affectibus, & illorũ fit ſimilis, eos induit, & cũ illis cõmiſcetur. De virt. mo.

Rationis bene cõpoſitæ munus eſt, cum malum infertur, vel euitare, uel illatũ corrigere, vel ad minimũ redigere, uel ſuã patiẽtiam fortẽ ac generoſam prętare. In Orat. conſol.

Quicunque rationi parent, meritò liberi ſunt appellandi; propterea quòd diſcunt, quod uelle debeant, exploratum eſt. n. q̃ ſit

vile

vile & uanum, quicquid præter rationẽ ac diſciplinę pręſcriptum geritur, dum praua uoluntas ad temeraria & inconſulta impellens, nihil præter pœnitentiam poſt ſe relinquit. De offa ud.

Idem eſt, Deum ſequi, & rationi parere, & qui ſana ſunt mente, ita iudicant. ib.

Ratio ineſt ſoli homini, & nihil ea diuinius mortalibus conceſſum eſt. De vſu par. *Gal.*

Turpiſſimũ eſt, rationẽ, quæ nobis ineſt cõmunis cũ dijs, negligentes caducarum rerum ſtudio teneri. In exhor. ad bo. ar.

Ratio res hominũ feliciter diſponit, ubi vniuerſa anima iuxta naturam habet, infeliciter uerò cum pręter naturam emota fuerit. De fœtu form.

Ratio & experientia duo ſunt inſtrumenta, quibus oĩa dogmata inueniũtur. De Ele.

Ratio pręeſt animo, vt eques equo præeſſe uidetur. De Pla. Hip. & Pla.

Cum ratio in ſui regni ſolio conſtituta eſt, appetitus & iracundias ſemper domitas & in frenis habet, ipſæque ita obediunt, vt trãquillo miniſterio fungantur. De Phil. *Apul.*

Qui à ratione diſcedit, rationalem hominis naturam amittit, ac libertatem, quę rationis munus eſt. In Pla. *Marſ.*

Niſi rationis uinculis hominem animal rationale, & ideo liberum comprehenderis, neque debet neq; aliter ligari poteſt. ib.

Tota quidem hęc facultas, ratio, cogitatio, & cõſultatio maximè hominis propria nominatur. In Plat.

Ineſt

Ineſt quidem hominibus ratio & intellectus, ſed non omnes ratione uiuunt, intellectu quin etiam pauciſſimi. Multi enim imaginatione potius uiuunt ac ſenſu, in quorũ imaginatione rationis ipſius ſcintillæ uel raro uel nunquam micant. ib.

Vbi plus eſt rationis, ibi minus eſt ſortis. lib. 2. de Theol. Plat.

Multi ratione gloriantur, tamen fortuitò viuunt. lib. 1. Epiſt.

Io. Pôt. Omnis uetus nouaque philoſophia, & omnis diuina & humana lex in hoc uno maximè laborat, ac tota nititur, vt motus animi rationi pareant, ne ueluti incuſtoditi, & paſſim uagantes liberius exultent. Vbi enim appetitus à ratione digreſſus, longius à ſignis proceſſerit, imperii moderationiſq; eius oblitus atque impatiens, præceps cõfertur, vnde regrediendi raro fit poteſtas. lib. 1. de Obed.

Si homines inordinatos, & incompoſitos animi motus cohiberent, & ſub rationis iugum mitterent, nec libido profectò, nec fortuna rebus dominaretur humanis, & mortale genus magis liberum & quietum ageret. ib.

Primum & omnium hominum commune præceptum eſt, rationi vt pareamus, eamque ducem & moderatricẽ ſequamur in omni vita, & in dictis ac factis quibuſq; uę. ibid.

Actiones noſtrę vt ad illud bonum perueniant, quod ſequuntur, duce aliquo indigent,

gent, dux autem peritiſſimus & optimus eſt ratio, à qua rationales dicti ſumus, cuius ſolius ductu finis ille contingendus eſt, cuius aſſequendi gratia laboratur. lib. 4. de Obed.

Ratio in regendis moderandiſque hominum actionibus idem prorſus exercet ius, eademque auctoritate utitur, qua in moderanda naui is, qui gubernator dicitur. quippe qui clauo inhærens & ventos explorat, & curſum dirigit. Quocirca vita hominis & in actionibus homine dignis verſabitur, & uitæ totius ratio dux erit & magiſtra. lib. de Prud.

De rhetorica.

DICENDI facultas cunctis artibus antecellit, quoniam non vi, ſed ſponte omnia ſibi ſubiicit. In Phil. *Plato.*

Oratoria dignitas cum regia dignitate coniuncta eſt, dum quod iuſtum eſt perſuadet, & cum illa reſpublicas gubernat. In Pol.

Rhetorica eſt ex illis artibus, quæ verbis omnia tractant, ac perficiunt, In Gor.

Rhetorica perſuaſionis eſt artifex quæ credulitatem potius quàm doctrinam circa iuſtum vel iniuſtum preſtat. ibid.

Orator aduerſus omnes, & de qualibet re dicere poteſt, ita vt apud multitudinem admodum facile de qualibet re perſuadendo

do ſuperior fiat,ib.

Boni oratores ij ſunt, qui vtilitati ciuiũ conſulunt,ſtudentque vt ciuium animi, q̃ optimi fiant,ſemper pro audientium utilitate certando.ib.

Bonus orator verba ſua animis hominũ adhibet,omneſque actiones & quicquid vel concedet aliquando,uel negabit,ad id ſemper intendit, vt ciuium animis iuſtitia quidem inſit,iniuſtitia verò abſit, cæteræque virtutes colantur,& prauitas expellatur. ibidem.

Vehementer ab homine laborãdum eſt, vt diutiſſimè viuat, & in his artibus verſetur,quæ nos à periculo ſeruare poſſint,qualis eſt rhetorica.ib.

Vera dicendi ars abſque veritate eſſe nõ poteſt.In Phædro.

Oratorem ſcire oportet tacendi loquendique opportunitatem,& vſum abuſumue breuiloquij, commiſerationis,vehementię acrioris,& amplificationis,aliarumque partium orationis,quę à præceptoribus traditæ ſunt rectè cognoſcere.ibi.

Rhetorica allicit animos per ſermones non modo in iudicijs, cæteriſque publicis cœtibus, ſed in priuatis etiam colloquiis de magnis quibuſque rebus & paruis.ib.

Ars dicendi in genere deliberatiuo & iudiciali præcipue verſatur.ib.

Quicunque veritatem ignorat,& opinionibus ducitur, dicendi quoque facultatem, vt videtur, inertem, & ridiculam red-

reddit. ibidem.

Oportet omnem orationem tanquam animal quoddam conſtitui,vt ſuum habeat corpus,quod neque ſine capite ſit, neque pedibus careat,ſed habeat media & extrema ſibi inuicem ac toti conuenientia. ibidem.

Si tibi natura tribuerit, vt orator ſis, accedente doctrina, & exercitatione, cæteris præſtabis.ib.

Cum dicendi facultas ſit quædam animi tractio & oblectatio, oratorem cognoſcere oporteat, quot ſpecies animus habeat, hæ uero tot, taleſque ſunt,vt tales alii,alij tales efficiuntur. His ita diſtinctis ſermonũ quoque tot talesque ſunt ſpecies, tales igitur animi talibus quibuſdam ſermonibus certa quadam de cauſſa talia quędam facile perſuadentur,aliter auté aliquam ob cauſſam affecti,minime.ib.

Meminiſſe oportet, non prius poſſe aliquem dicendi arte optime vti ad perſuadendum & petendum, quàm veritatem earum rerum cognouerit, quas dicit aut ſcribit, & vniuerſam rem diffinire nouerit, & diffinitione poſita rurſus ſecundum ſpecies diuidere vſque ad indiuidua; atque hac ratione animam contemplatus, & quicquid cuique ingenio congruum eſt intelligens, ita maximè diſponet,exornetque ſermonem, varię quidem animæ varios,multiplicesq; ſermones,

ſim-

ſimplici vero ſimplices accomodans.ib.

Ariſt. Rhetorica eſt vis & facultas percipiendi, aut inueniendi quid in una quaque re perſuaderi poſſit. 1. Rhet.

Ius oratoriæ facultatis nullo rerũ genere definitum, nullis terminis, aut limitibus eſt circumſcriptum. ib.

Si turpe eſt, hominem ſibi ipſi corpore opitulari non poſſe, quanto turpius eſt non poſſe loquutione? quæ magis propria eſt homini, quàm vſus roboris, & virium corporis. ibid.

Sermo rhetoricus eſt neceſſarius in rebus difficilibus. 3. de An. com. 14.

Pyth. Non tanti ponderis vel auctoritatis [eſt] eloquentia, quanti morum & dicentis integritas.

Aug. Oratoris officium eſt, propoſita quæſtione ciuili dumtaxat, primum ipſam intelligere, generalis ſit an ſpecialis, ſimplex an coniuncta ex pluribus, abſoluta, an comparatiua. Deinde cum intellexerit, inuenire in ea congruentes partitioni locos, & his morales, ſeu naturales accommodare ſententias. Poſtea iudicare de inuentis, reiicere quę parum eo mmodè occurrerint, tum iis, quæ iudicio examinarit, dare certum ordinem: quamuis enim multa pertinentia inuenta ſint, tamen niſi pro qualitate, & magnitudine ſua certis, & quaſi legitimis ſedibus collocentur, aut oberunt, aut non magnopere proficient. De princ. Rhet.

Quamuis eloquentia nonnunquam falſa per-

perſuadeat, tamen non ipſa facultas eſt accuſanda, ſed ea male utentium peruerſitas. De doct. Chri.

Oratorem te eſſe exiſtima, ſi tibi in primis quod oportet, perſuaſeris. De mor. *Sen.*

Abſoluta orationis opera non fortuito quodam caſu, ſed cura, labore, ac diligentia ab animo erudito conficitur, vt habeas, quod imiteris quodque admonitioni & exemplo eſſe poſſit. De of. aud. *Plut.*

Rhetorica ex magnis parua facere poteſt, & ex paruis magna. De vita Rhet.

Lupum quidem auribus teneri poſſe negant, populum autem, & ciuitatem vel maximè auribus ducere oportet, neque ſequi debemus eos, qui exercitatione dicendi deſtituti, multitudinis ducédæ anſas quærũt elegâtiæ artiſq; vacuas, & aut ventre trahũt epulis præbendis, vel pecunias largientes, aut crebra gladiatorum ſpectacula exhibẽtes captant populi fauorem, aut potius ei vim afferũt. Captant enim fauorem populi, eumque ducunt, qui dicendo perſuadẽt, at huiuſmodi cicurationes nihil habent diuerſi à brutorum illectatione. De precib. reip. ger.

Oratores populares tum cognitionem falſis decipiunt conjecturis, tum affectum in varios motûs concitant in Pla. *Marſ.*

Qui ſibi ipſi quod honeſtũm eſt, perſuadet, is optimus eſt orator. lib. 1. Epiſt.

Auditoribus perſuadere oportet, non quod placet, ſed quod decet. ib.

Quid

Io.Pōt. Quid laborioſius quàm in eloquēdi materia verſari? quæ tametſi communis atque expoſita eſt omnibus, in ea tamen nationes quidem plurimę mutę ſunt, è cęteris autē ſiue populis, ſiue gentibus pauci in ea admodum ita claruere, ut ſapientiam quidē miſcuerint cum dicendi arte ac ſcientia. In Aegid.

De Sapientia.

Plato. SApientē ſibi ipſi in primis ſapere oportet. In Hippia.

A ſapientibus diſſentire inſcitiæ eſt argumentum. ib.

Si ſapiens euaſeris, omnes tibi erunt amici, ac familiares, utilis enim & bonus eris, ſin aliter nec alius quiſquam tibi, nec parentes, nec propinqui erunt amici. In Lis.

Sapientia eſt vera cognitio, ignorantia verò falſa opinio. In Thęet.

Sapientia eſt pars omnium virtutū præſtantiſſima. In Prot.

Turpe eſt, negare ſapientiam, & ſcientiā omnium rerum humanarum eſſe potentiſſimam. ib.

Quemadmodum ab affectibus ſuperari eſt inſcitia, ita affectibus dominari eſt ſapientia. ibid.

Sapientia omnibus in rebus humanis nos felices efficit, ea enim nunquam aberrat ac fallitur, ſed rectè opus peragit, & aſſequitur. In Euth.

Cæteris omnibus prætermiſſis, omni ſtudio quiſque niti debet, vt ſapientiſſimus fiat.ib.

Quiſque exiſtimare debet, à parentibus, à tutoribus & amicis, cæteriſque, ab illis pręcipuè, qui amant, ſiue ſint hoſpites, ſiue ciues, hoc expetẽdnm potius quàm ingentes opes, ut ſapientiam impartiant. ibidem.

Neque turpe eſt, neque indignum, ſapiẽtiæ gratia cuilibet ſeruire, & honeſtis obſequijs vnicuique gratificari.ib.

Sapientia ardentes excitaret amores, ſi ipſius ſimulachrum manifeſtum ad oculos noſtros perueniret. In Phedro.

Sapientia propria commoda ignorat, eximia verò, diuina, altiora, & admiranda intelligit. 6. Eth. *Ariſt.*

Sapientes non humana, ſed diuina bona inquirunt. ib.

Nemo natura eſt ſapiens, ſed diſciplina acquiritur. ib.

Sapientę ordinare, & non ordinari oportet. 1. Meta.

Sapientię operationes ſunt cæteris omnibus iucundiores. 10. Eth. com. 8. *Auer.*

Sapientia eſt eorum inſpectio, quæ poſſidet intellectus. En. 1. *Plot.*

Sapiens ita ſe diſponit, vt neque in voluptatibus, proſperaque valetudine, & laborum uacatione beatiorem ſe eſſe cenſeat, neque in eorum oppoſitis ſe minus beatum exiſtimet. cum. n. illa felicitatẽ non augeât,

cer-

certè ntque eorum contraria minuunt.ib.

Per ſapieutiam animæ vera pulchritudo contingit.En.5.

Quæcunque vel arte vel natura fiunt, ſapientia quædam facit,& vb.q; actionem Sapientia ducit.ib.

P,th. Sapientia frui debemus vt ambroſia & nectare, nunquam enim conſeneſcit fruct⁹, voluptaſq; inde percepta, eſt enim diuinũ quoddam. Per eam ſapimus, rècte ſentim⁹, & Deum rite colimus, ſi animum omni vitio tamquam macula purgatum parabimus.

Omnibus rebus humanis tantum ſapientia præſtat, quãtum reliquis ſenſibus viſus, mens animæ, Sol ſideribus.

Optimum omnium eſt ſapere.

Augu. Mens ſapientis eſt immobilis. De ordine.

Sapientis eſt, non tam cuiuslibet rei principium, quàm exitum præuidere. De Specu, pec,

Multi dicta ſapientiæ diligentiſſimè inquirunt, ſed ea in doctrina non iń vita habere volunt. in Pſal. 118.

Amor ſapientiæ purgat nos ab auaritię ſordibus. De Ciu. Dei.

Sapientię ſtudium verſatur in actione & contemplatione. ib,

Corporis bona minimi fiunt à ſapiente, qui bonis non bonorum & malorum communibus, ſed immortalibus, longé melioribus, & firmioribus beatus euadit. ibid.

Sen. Sapiens vniuerſa animo poſſidet, iure ac domi-

dominio ſua. 7. de Ben.

Cum ſapientis animum intuemur poten tem omnium,& per vniuerſa dimiſſum,om nia illius eſſe dicimus,cum ad hoc ius quotidianum,ſi ita res tulerit,capite celebitur, multũ intereſt,poſſeſſio eius animo ac magnitudine æſtimetur,an cenſu ibid.

Nemopoteſt bene viuere ſine ſapientiæ ſtudio.Epiſt,16.

Hoc eſt ſapientiæ munus & argumentũ, ut cum uerbis opera conſentiant, epiſt. 20.

Sapiens ad omnẽ incurſum munitus eſt & intentus.Si paupertas,ſi luctus, ſi ignominia,ſi dolor impetum faciat,pedem non referet,interritus ibit,& contra illa, & inter illa.Epiſt.60.

Talis eſt ſapientis animus, qualis mundi ſtatus ſupra lunam; ſemper illic eſt ſerenitas. ibid.

Sapiens ſectatorq; ſapientię adhęret quidem corpori , ſed optima ſui parte abeſt, ſuaſque cogitationes ad ſublimia dirigit,& uelut ſacramento rogatus hoc, quod uiuit, ſtipendium putat,& ita firmatus eſt, ut ille nec amore,nec vitæ odio afficiatur. patiturque mortalia,quamuis ſciat, maiora ſupereſſe. Epiſt.66.

Sapiens fortunam virtute ſuperat, ſed multi ſapientiam profeſſi leuiſſimis nonnũquam minis exterriti ſunt.Epiſt.72.

Sapiens aſſueſcit futuris malis, & quæ alii diu patiendo leuia faciunt,ſapiens facit leuia diu cogitando.epiſt.77.

Sapiens eſt artifex domandi mala, dolor, ęgeſtas, ignominia, carcer, exilium, & quæcunque horrenda cum ad eum peruenerũt, manſueta ſunt. Epiſt. *86.*

Sapiens magnus eſt, quia magnum animum habet Epiſt. 88.

Sapientia eſt perfectum mentis humanę bonum. Epiſt. *90:*

Verum, certum, ac ſempiternum bonũ, & quod nunquam moritur, eſt ſapientia, & virtus. Hoc unũ immortale mortalibus contingit. Epiſt. *99.*

Sapientia eſt mens perfecta, vel ad ſummum optimumque perducta. Epiſt. 118.

Sapiens prouidus eſt. & in expedito conſilium habet. De Clem.

Sapiens nihil facit, quod non debet, nihil prætermittit, quod debet. ib.

Tanta eſt ſapientis fiducia, vt fortunæ obuiam ire non dubitet, nec unquam illi cedet, nec habet, vbi illam timeat, quia non mancipia tantum, poſſeſſiones & dignitatem, ſed ſe ipſum quoque inter precaria numerat, viuitque ut commodatus ſibi, ſeque repoſcentibus ſine triſtitia redditurus; nec ideo ſibi eſt uilis, quia ſciat, ſuum non eſſe, ſed omnia tam diligenter facit, tam circumſpectè, quàm religioſus homo ac ſanctus fidei commiſſa tueri ſolet. Quando autem reddere iubebitur, non queretur cum fortuna, ſed dicet; gratias ago pro eo, quod poſſedi & habui. De Tranquil.

Tutus eſt ſapiens, nec ulla iniuria, aut cõ

tumelia affici poteſt. ibid.

Sapiẽs nihil perdere poteſt, omnia enim in ſe repoſuit, nihil fortunæ credit, ſua bona in ſolido habet, uirtute contentus, quæ fortuitis non indiget. ib.

Sapiens vicinus, proximusque diis conſiſtit, excepta mortalitate ſimilis eſt Deo. ibid.

Securitas eſt propriũ ſapientis bonũ. ib.

Sapientis vita multum patet, non idem terminus illum includit, qui cæteros, ſolus generis humani legibus ſoluitur, omnia illi ſęcula vt Deo ſeruiunt. Tranſiuit tempus, aliquid hac recordatione comprehendit, pręſens eſt, hoc utitur, uenturum eſt, hoc præcepit. Lõgã illi vitã facit omnium temporum in unum collatio. De bre. vi.

Nec ſecunda ſapientem extollunt, nec aduerſa demittunt. De conſol. ad Alb.

Sapiens eſt omnino ab errore immunis, ac proinde philoſophi non hominem, ſed Deo ſimilem ſapientem eſſe dixerunt. De cur. an. af. *Gal.*

Sapientia eſt diuinarum atque humanarum rerum ſcientia. De meth. med.

Primæ ſapientię gradus eſt, falſa intelligere, ſecundus vera cognoſcere. De fal. rel. *Lact.*

Deus pro uirili portione omnibus dedit ſapientiam, vt, & non audita inquirere, & audita perpendere poſſent. ibi.

Sapientia niſi in aliquo actu fuerit, quo uim ſuam exerceat, inanis eſt ac falſa. ib.

Quid eſt aliud hominib⁹ negare ſapiẽtiã, q̃

eorum mentibus verum ac diuinum lumen auferre? ib.

Nemo iure poteſt appellari homo, niſi qui eſt ſapiens. De fal ſap.

Sapientia eſt intelligentia uel ad bene recteque agẽdum uel abſtinentia ab his reb⁹, quæ iniquè aut dicuntur, aut fiunt. ib.

Sapientia facit vt Deum cognoſcamus, & per huiuſmodi cognitionem immortalitatem conſequamur. De ira Dei.

Nemo bonum ac malum, prauum ac rectum diiudicare poteſt, niſi ſapiens. lib. diu. inſt.

Apul. Sapiens nec in ſecundis rebus effertur, nec in aduerſis cõtrahitur, cum ſe ſuis ornamẽtis ita inſtructum intelligat, vt ab iis nulla vi ſeparari poſſit. De dogm. Plat.

Lege naturæ in ſapientis animo ita ſculptum eſt, nihil eorum ſibi nocere poſſe, quę cæteri mala eſſe opinantur. ibid.

Sen. Sapiens eſt Deo ſimilis, quia mente ad eũ magis appropinquare conatur. De ſomn.

Maxſ. Nulla conſonantia magis delectat quàm illa, quę fit in ſapiente ex ipſa animi ſermoniſque concordia contra nulla diſſonantia magis offendit, quàm cum lingua, & mens diſſentiunt. in Pla.

Sapientes diuino ingenio præditi omne mentis ſtudium à terrenis ad cæleſtia, à mobilibus ad immobilia, ab iis, quę ſentiuntur ad illa, quæ ſenſum ſuperant, pro viribus cõuertunt. ibid.

Sapientia per induſtriam comparata,

quę

quæ eſt ars humana, dependet à ſapientia nobis innata, & naturæ ſapiētiam imitatur. In Plot.

Vir ſapiens cum ex proſperis, tum ex ad uerſis capit utilitatem, inſipienti uero ſecus accidit.lib.1.Epiſt.

Qui animi virtutem aſſequi cupiunt, eos ſapientiam ſequi,neceſſe eſt. ib.

Si tibi ipſi placere deſideras,non imperitis, ſed ſapientibus hominibus placere ſtudeas.lib.3.epiſt.

Sapienti omnia feliciter contingũt, quia omnibus rectè utitur,ſuas enim. & aliorum vires per ſapientiam intelligit. lib.4.Epiſt.

Nulla viuendi ratio eſt tutior, nulla gloria firmior quàm à bonis ac ſapientibus hominibus diligi.6.Epiſt.

Io.Pōt. Sapientia ea ſolũ curat,& ſequitur, quorũ certa eſt cognitio ac ſcientia,& quæ natura ipſa ſunt præſtantiſſima, atq; vt maximi pretij,ſic maximè quoq; ſuſpiciēda, quibus ēt humana hæc vel minimè cōparētur bona,vel illis cōparata ſordeſcãt. lib.3.de pru.

De ſenectute.

Plato. SI mores hominum ſunt modeſti & faciles, haud nimis laborioſa ſenectus illis contingit,ſin contra,& ſenectus,& iuuētus illis eſt difficilis 1.de Rep.

Neque vir modeſtus iniquè ſenectutem feret cum paupertate, neque immoderatus cum diuitijs facile.ib.

Senes libenter audiendi ſunt, vt ab illis, qui viam aliquam iam perfecerunt, quæ & à nobis fortaſſe peragenda erit, diſcamus, quàm aſpera & difficilis, vel quàm ſit facilis ac peruia. ib.

Multa pax ineſt ſenectuti ac libertas, cũ enim iam deferbuerint, & deſiuerint libidines, à multis dominis, & illis inſanientibus liberatur. ib.

Quemadmodum iuniores coram ſenib⁹ tacere, ita & illis locum cedere, & aſſurgere debent. 4. de rep.

Seniores iunioribus præeſſe, & illos corrigere debent. 5. de Rep.

Vbi ſenes pudici non ſunt, neceſſe eſt ibi iuuenes impudentiſſimos eſſe; præſtans. n. & ſeniorum, & iuuenum diſciplina eſt, non verborum increpatio, ſed vt quæ increpando quis diceret, & monendo, eadem ipſe in omni uita facere videatur. 5 de leg.

Seniores non paruo interuallo iunioribus anteponendi ſunt, & iuuenem à ſeniore verberatum, id ob ſenectutis reuerentiã ferre decet. 9 de leg.

Triſtis ſenectus cito ſuperueniens efficit, ne quis optet rurſus in vitam redire, cum præteritas moleſtias cogitet, niſi puerili opinione ducatur. In Epin.

Ariſt. Senes nõ delectabilia ſed utilia q̃rũt. 8. Eth. Prudentia eſt ſenibus loco uirĩũ. 7. Pol.

Pyth. Iuuenes qui ſalui eſſe volunt, maiorũ & ſeniorum conſiliis, & auctoritati omnino inniti debent.

Iucun-

Iucundiſſima eſt ętas iam deuexa, non tamen præceps, & illam quoque in extrema regula ſtantem iudico habere ſuas voluptates, aut hoc ipſum ſuccedit in locum voluptatis, nullis egere, & cupiditates fugaſſe & reliquiſſe. Epiſt. 12. *Sen.*

Senectus eſt nomen laſſæ ætatis non fractę. *Epiſt* 26.

Paucos longiſſima ſenectus ad mortem ſine iniuria pertulit. Epiſt. 49.

Frugalitas poteſt producere ſenectutẽ, quam ut non puto exoptandam, ita ne recuſandam quidem. ib.

Senectus eſt morbus inſanabilis. *Ep. 109.*

Nihil turpius quàm ſenex, qui nullum aliud habet argumentum, quo probet ſe diu uixiſſe, præter ætatem. De tranquil.

Cum ſenes pudorem abiiciunt, nulla in eos eſt iuuenibus uerecundia. De pręc. con. *Plut.*

Rempublicam, quæ ſenes dimittit, neceſſe eſt, occupari à iuuenibus gloriæ & potẽtiæ cupidis, prudentiæque ciuilis expertibus. In Pol.

Præclarum ſanè eſt ſpectaculum ſenex orans, aliquid agens, & honore affectus; qui vero dies ad menſam exigit, aut in angulo porticus deſidens nugatur, is facile contẽnitur. ib.

Ad parendum iuuenes, ad imperandum ſenes ſunt accommodati; & maxime incolumis eſt ciuitas, vbi ſenum conſilia, & iuuenũ arma coniuncta ſunt. ib.

Senes ad caſtigãdũ alios, & ad culpãdũ ma-

mores, & malé facta conuerſi eo progredia tur, vt ſe ipſos laudibus extollant, qui mira bilem in tali re virtutem oſtenderint. De ſui ipſ. lau.

Senes in Republica verſari debent iuuenum gratia, ut prudentia ſenilis cum feruē te in populo iuuenum, ac bacchante glorię, & honorum ſtudio commiſta, inſaniā, & nimiā eorū uehementiam reprimat. ibid.

Hoc vniuerſi conceſſerunt, non modo in pace, ſed etiam in bello ſenectutem plurimum poſſe; ſapiens enim conſilium plurimas manus ſuperat, & unica ſententia ad perſuadendum apta, atque ratione nitens, pulcherrima & ſumma reipublicæ negocia conficere poteſt..ib.

Inuidia, quod maximum malum habet reipublicæ adminiſtratio, ſenes minimè tangit. ibid.

Honor ſenectutis obtrectationis ſecurus

Aug. eſt, & ſponte conceditur. ib.

Cum ſibi homines optant ſenectutem, quid aliud optant niſi longam infirmitatē? De Catech. rud.

Oportet ut ſermo ſenis non ſolum ſit grauis, ſed etiam breuis. In Pſal. 113.

Infantia noſtra ſit innocentia, pueritia ſit reuerentia, adoleſcentia patientia, iuuētus virtus, ſeniū meritū, ſenectus nihil aliud q̄ canus ſapientiæq; intellectus. Ad fra. in Er.

Cum vitia omnia in ſene ſeneſcant, ſola

Io. Pōt. auaritia iuueneſcit. ibid.

Si ab omnibus rectè laudatur prudentia, & in

& in quibus eius ſpecies maior cernitur, illos admiramur; & colimus qui maiori aut laude, aut admiratione digni erũt q̃ ſenes? quandoquidem ſi uerum eſt, quòd multa uidendo, multa agendo, ad quod natu ſum⁹, prudentia cõparetur, neceſſe eſt, ut ea multo maior ſit in ſenibus, qui diu uiuẽdo plurima & uiderũt, & experti ſũt. lib. 5 de obe.

Ineuntis ætatis inſcitia ſenum prudentia conſtituenda eſt, ac regenda, atque ubi laxare animos, & dare ſe iucunditati uolẽt, quo facilius caueant intemperantiam, maiores natu intereſſe debent. ibi.

Si prauæ cupiditates, affectusque turbulenti ſeiungendi ſunt à nobis, ut poſſimus rectè conſulere, & quod uerum ac bonum ſit, diſcernere, uidetur proprium hoc mun⁹ ſenum eſſe, quorum animos longa dies, & rerum multarum vſus purgauit, atque excoluit, & quorum multa eſt obſeruatio, & rerum preteritarum memoria. ibid.

Cum omnibus ſæculis, & apud oẽs nationes honorata fuerit, & ſit ſenectus, quæ ipſa per ſe laudabilis & ſuſpicienda eſt, cuius et prudentia rudis ætas conſtituenda eſt, iuuẽtusque informanda, meritò colendi ſunt ſenes, ut quiſque maximè rebus geſtis clarus eſt, præſtetque hic virtutibus, quę viros bonos efficiunt, quorũ pręceptis qui gaudeat adoleſcens, ille exiſtet probatiſſimus, cuius pręces ſapientia, multum ſibi, multum amicis, & plurimum ſit patrię vtilitatis & decoris allatura. ib.

De ſermone.

Plato. ABſurdum eſt, eum virum qui virtutẽ profitetur, in ſermonibus ſemper cõtumelioſum eſſe in Theæt.

Cogitatio & oratio idem eſt, niſi quòd cogitatio dicitur illa ipſa ſine ſtrepitu interior colloquutio, qua ſeſe animus noſter alloquitur. In Soph.

Ariſt. Sermo fidem acquirit propter morum probitatem. 10. Eth.

Sermo hac de cauſa datus eſt nobis à natura, ut per eum oſtendamus vtilitatem & damnum, quare iuſtum & iniuſtum. 1. Pol.

Auer. Sermoni fides eſt adhibenda, cum opera ab eo minimè diſcrepant. x. Eth. com. 1.

Plot. Quemadmodum ſermo, qui eſt in uoce, eum imitatur qui eſt in anima: ita animæ ſermo eſt illius imitatio, qui in ſuperiori manet. En. 1.

Aug. Sic elige, quod loquaris, ſicut eligis, quod veſcaris. in Pſal. 51.

Sermo uanus uanæ conſcientiæ eſt index. Ad fra. in Er.

Sen. Turpe eſt aliud loqui, aliud ſentire. Epiſt. 24.

Plurimum proficit ſermo, qui paulatim ſubrepit animum. Epiſt. 38.

Sermo tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut moneat, aut conſoletur, aut præcipiat. De mor.

Sermo

* Sermo eſt imago animi: qualis vir, talis oratio.ib.

Qui bono ſermone malè afficitur, à quo melior reddi poterat, ipſe iam ſibi maleuolus eſt, & ſic ſe multis bonis priuat. De of. aud. *Plut.*

Ea potiſſimum de cauſſa ueteres Mercurii ſtatuam penes gratiarum ſimulachra collocare ſolebant, quoniam ſermo gratiam præcipue, & fauorem deſiderat.ib.

Quid prodeſt ſermonibus alienis animũ oblectare, ſi fias nihilo melior? ib.

Quemadmodum in aliorum oculis noſtros refulgere cernimus, ita in aliorum ſermonibus noſtri ſermonis formam contemplari debem⁹, ut neq; nimis audacter alios contemnamus, & ipſi in loquendo nos maiori cum diligentia obſeruemus.ib.

Non eſt difficile aliorum ſermonem improbare, meliorem autem eius loco reponere, id per quàm magni eſt laboris. ib.

Qui malè ac temere ſermone vtuntur, eum in humanum reddunt, cuius conſuetudo ſuauiſſima eſt, & humaniſſima, eosq; moleſtia afficiunt, quibus ſe gratificari putãt, & ab illis deridentur, quibus admirationẽ afferre volunt; & ob ea fiunt inuiſi, ob quæ ſe amari cupiunt. De Gar.

Sermo eſt ueluti mentis nuncius, qui ex ea procedit, nec alia eſt uocis origo. De plac. Hip. & Pla. *Gal.*

Marſ. Sermo eſt quaſi quidam alterius ad alterum humanæ mentis interpres. lib.14. de Theol.Plat.

Io.Pōt. Et rationem homini natura dedit, qua animal ipſum perficeret,& orationem,atq; altera,mente quidem duce,cælitibus maximè eum ſimilem eſſe voluit,utraque uerò cæteris præſtare animalibus ſumma etiam cum excellentia & dignitate.lib.1.de ſerm.

Vt ratio ipſa dux eſt ac magiſtra ad quaſlibet actiones dirigendas,ſic oratio illorum miniſtra eſt omnium,quæ mente concepta, ratiocinandoque agitata depromuntur in medium.ib.

Quemadmodum in agendis rebus, ſic in explicandis,quæ animo ac mente concepta ſunt,ſententiis item dicendis, atque in habenda oratione ſiue ad multos, ſiue ad paucos,modus menſuraque ſeruanda eſt,ac mediocritas illa,quæ virtutes conſtituit, & in omni vitæ genere meritò eſt laudanda. ib.

Cauendum eſt vbique,ne dùm in gratiā alterius loqui volumus,alterum in iram & odium prouocemus.ib. Vide de Silentio.

De ſilentio,& loquacitate.

Plato. QVàm grata eſt poſt longū iter quies defeſſo,tam poſt lōgas diſputationis ambages dulce eſt ſilentium. In Critia.

Qui-

Quicunque verba audientibus iucunda componit,& quæſtiunculas ſemper aucupatur, non aliter quàm nugator, & garrulus uocandus eſt.In Soph.

Silentium multas amicitias dirimit. 8. Eth. *Ariſt.*

Silentium affert mulieri decus & ornamentum. 1. *Pol.*

Continere linguam eſt omnium difficillimum. *Pyth.*

Valdè ſtultus eſt,qui non prius ducit verba ad linguam rationis, quàm educat ad linguam oris. Talis eſt homo in mente,qualem uerboſitas depingit in ore. Ad fra. in Er. *Aug.*

Lingua noſtra ſenſum noſtrum ſequatur & rationem,non uoluntatem;non enim tātum debemus oculos clauſos ſeruare, ſed & linguas infra dentes reſeruare illęſas. ib.

Verboſitas hominem conducit inoculatorem, humanæ naturæ dignitatem deponit,honorem ſibi rapit, & inimicos plurimos acquirit.ib.

Maius eſt linguam refrenare, quàm ciuitatem capere: quia illud inſultat exterius, hoc autem interius,hic ſumuntur arma cōtra teipſum,ſed ibi de alieno ib.

Qui moderatur linguam ſuam, prudentiſſimus eſt.ib.

Magna res eſt uocis & ſilentij temperamentum. *Sen.*

Quod tacitum eſſe velis,nemini dixeris, ſi tibi non imperaſti, quomodo ab aliis ſilen-

ſilentium ſperas? ib.

Plat. Magnæ ſapientiæ tempeſtiuum eſt ſilentium, & omni quidem ſermone præſtãtius. De lib. educ.

Non eſt exiguæ uirtutis pars, linguã habere moderatam, ſemperque rationi obedientem. De util. cap. ab in.

Natura cuilibet geminas aures tradidit, & linguam unicam, quòd plura hominem audire oporteat, quàm loqui. De off. aud.

Cum vbique ſilentium adoleſcenti tutum ſit ornamentum, maximè tum prodeſt, cum audiens dicentem non perturbat, neque ad ſingula latrat; ſed etiam ſi oratio non prebetur, ſuſtinet tamen, expectatque donec ille dicendi finem faciat. ib.

Sicut in corpore ad malè affectas partes, & dolore correptas feruntur, quæ proxima ſunt, ſic loquacium lingua perpetua in flammatione ac palpitatione laborans trahit, & adducit ad ſe aliquod arcanum & abſconditum. De garrul.

Oportet linguam occluſam habere, & ratione, ueluti linguæ obice oppoſito, eius fluxum lapſumque cohibere. ib.

Garruli neminem audiunt, ſemper loquuntur, idque adeò primum malum ijs, qui tacere neſciunt, adeſt, quòd nihil audiunt. ib.

Garruli ſunt tamquam vaſa mente uacua, ac ſono plena. ib.

Duo ſunt & prima & maxima, audire, &

audiri,

audiri, quorũ neutrũ contingit garrulis. ib.

Garruli ſermo eſt imperfect⁹ & inutilis. ib.

Profundum quiddam, & arcani ſacri ſimile eſt ſilentium. ib.

Vitiorum nonnulla coniuncta ſunt cum periculo, nonnulla odioſa, partim ridicula, hæc omnia garrulitati conueniunt. ib.

Loquẽdi magiſtros habemus homines, tacendi Deos, adhibito ad ſacrificia & arcanos ritus ſilentio. ib.

Quemadmodum auem è manibus dimiſſam non eſt facilè denuo comprehendere, ita non poteſt ſermo emiſſus rurſus capi, ac teneri, ſed ab alijs ad alios transfertur. ib.

Garruli dum uolunt amari, in odia incidunt, dum gratificari, moleſtiam afferunt, dum admirationi eſſe, deridentur. ib.

Semper ſunt audiendæ, memoria tenendę, & in promptu ſemper habendę taciturnitatis ac ſilentii laudes, maieſtas, ſanctimonia, & cum ſacris arcanis ſimilitudo: & quoniã maiori ſunt in admiratione, magis cari, ſapiẽteſq; habẽtur breuiloquẽtes, & quorũ in exigua doctrina mult⁹ eſt ſens⁹, quã effrę nati in ſermone, & concitati. ib.

Sicut triticũ vaſe inclusũ mẽſura ampli⁹ reperitur, uſu deteri⁹ ſic loquacis hominis ſermo additamentum mendacij largum habet, quod fidem uerò derogat. ib.

Nulla una ita oratio dicta profuit, ut multę ſilentio preſſę, quippe quod tacitũ eſt, aliquando tamen dici poteſt, non

autem

autem quod dictum eſt, taceri, cum iã effuſum ſit. ib.

Nauim à uento correptam funibus & anchoris inhibent, eiuſque uelocitatem frangunt: orationi tamquam è portu ſemel egreſſæ nulla ſtatio, nullus anchoræ iactus eſt reliquus, ſed magno cum ſonitu & fragore uecta, auctorem in magnum graueque aliquod coniicit, ac demergit periculum. ibid.

Silentium ſapientibus eſt reſponſum. De vii pud.

Marſ. Qui nimium loquuntur, aut ſuperuacanea dicunt, aut falſa, aut in vtrumque incidunt errorem. Quod ab hominis grauitate maximè eſt alienum. lib. 1. Epiſt.

Io. Pic. Silentium amemus, ne quicquam euomatur non cõcoctum. lib. 1. Epiſt.

Io. Põt. Garruli dicuntur, quorum ſermo & moleſtus eſt, & nimius, obtundunt autem tum uanitate rerum, tum inanitate uerborum, qui in omnibus nimii ſunt, & importuni, ualdèque indecentes. lib. 1. de ſerm.

De ſocietate, ac ſolitudine.

Ariſt. ABſurdum eſt, eum beatum dicere, qui in ſolitudine vitam degit. 9. Eth.

Qui in communi ſocietate uiuere nequit, aut Deus eſt, aut beſtia. 1. Pol.

Omnes

Omnes homines ſocietatis cupidi ſunt. ibid.

Quilibet homo eſt pars humani generis, & ſociale quiddam eſt humana natura. De bono coniug. *Aug.*

Hominem imbecillitas cingit, non unguium, non dentium uis eum terribilem facit, nudum & inermem ſocietas munit. 4. de ben. *Sen.*

Tolle ſocietatem, ſcindes humani generis unitatem, qua uita ſuſtinetur. ib.

Nulla boni poſſeſſio eſt iuuanda ſine ſocio. Epiſt. 6.

Solitudo omnia mala nobis perſuadet. Epiſt.

Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat, aliquem habeat animus, quem uereatur, cuius auctoritate etiã ſecretum ſuum ſanctius faciat. Epiſt. xi.

Hæc ſocietas ſanctè & diligenter ſeruari debet, quæ nos omnes hominibus coniũgit, & aliquod ius humani generis commune eſſe oſtendit. Epiſt. 67.

Hoc omne, quod uides, in quo humana atque diuina concluſa ſunt, unum eſt, nos magni corporis membra ſumus, natura nos cognatos edidit, cum ex eiſdem, & in eadẽ gigneret, hæc nos mutuo conciliauit amore, & ſociabiles fecit. Epiſt. 96.

Si omnem conuerſationem tollimus, & generi humano renunciamus, uiuimuſque in nos tantum conuerſi, rerum agendarum inopia ſequitur hanc ſolicitudinem omni

ſtudio carentem. De Tranquil.

Miſcenda ſunt iſta & alternãda, ſolitudo & ſocietas, illa nos hominum deſiderio afficiet, hæc noſtri; & altera erit alterius remedium. ibid.

Solitudinem quærit, qui uult cum innocentibus uiuere. In Prouerb.

Plut. Neque tutum, neque facile neque ciuile, neque homini conueniens illud uiuendi genus, cum quis in umbratilem, ocioſam, ſolitariam, & amicorum expertem, obſcuramque uitam quàm longiſſimè à republica ſe refert. De tuen. ſan.

Lact. Hac de cauſſa homines congregati ſunt, ut mutuis auxiliis imbecillitatem ſuã tuerentur. De uero cultu.

Qui ſe diſſociat, & à cæteris hominibus ſeiungit, huic non ritu hominis, ſed more ferarum uiuendum eſt. ib.

Societatis humanæ uinculum omnino retinendum eſt, quia homo ſine homine nullo modo uiuere poteſt. ib.

Si illi rudes, & adhuc feri homines, nondum conſtituta loquendi ratione, unà congregabantur, quid putemus hominibus politicis & ſermone, & omnium rerum coniũctione inter ſe coniunctis faciendum eſſe? qui aſſueti hominibus, ſolitudinẽ ferrè non poſſunt. ibid.

Marſ. Homo animal ſociabile, à communi hominum ſocietate ſegregatus, mediocrem uiuendi habitum ſeruare non poteſt, cogiturque, ut ita dixerim, uel infra hominem deſcen-

ſcēdere, uel aſcēdere ſupra hominē. In Pla.

Quoties ocioſi ſumus, toties tamquam exules incidimus in mœrorem, ex quo factum eſt, ut homo nequeat ſolus uiuere; nam cæterorum hominū ſocietate, & multiplici oblectationum uarietate latentem, perpetuamque mæſtitiam expellere poſſe putamus. 14. de Theol. plat.

Quamuis quiſque priuatum, ac per ſe bonum expetat, quo quidem alius differt ab alio, illo tamen bono, quod commune eſt ſociantur unà, ſimulque conueniunt. lib. 4. de Obed. Io. Pot.

Soliuagus, aut ſui tantum ſtudioſus atque amator, uiuenſque in ſolitudine, non exiſtimandus eſt uir benè conſtitutus lib. 1. de prud.

De ſomno:

Somnus nimius nec corporibus, nec animis, nec rebus gerendis natura conducit; nemo quidem dum dormit eſt alicuius prætii, non magis quàm ſi non uiueret: quare quicunque uiuere, & ſapere cupit, diuturno tempore uigilet, ſola ſanitatis commoditate ſeruatā, huic uerò non multo ſomno eſt opus, ſi ſomno benè aſſueueris. 7. de leg. *Plato.*

Somnus eſt ocium animæ, quare neque bonus, neque malus per ſomnum diiudicari poteſt. 1. Eth. *Ariſt.*

Somnus eſt paſſio ſenſitiuæ partis, vt vinculum, & immobilitas quędam. De ſom. & vig.

Somnus datus eſt animalibus, propter eorum ſalutem; non enim poſſunt aſſiduè cũ delectatione moueri. ib.

Somnus talis ſua natura eſſe uidetur, ut viuendi, & non viuẽdi ſit medium; & neque omnino ſit qui dormit, neque non ſit. De gen. an.

Pyth. Magna quidem eſt ſomni uoluptas, nulla tamen electio, etiam ſi concedimus omnes dormienti eſſe uoluptates: nam uiſa per ſomnum ſunt inania, uigilantibus autem vera. Hoc enim intereſt inter uigiliam & ſomnum, eo quod nobis uigilantibus mens veritatem ſępè uidet, dormientibus uerò nunquam.

Sen. Turpis eſt, qui alto ſole ſemiſomnis iacet, cuius vigilia medio die incipit, & adhuc multis hoc antelucanum eſt. Epiſt. 123.

Sunt qui officia lucis noctiſque peruertunt, nec ante diducunt oculos heſterna graues crapula, quàm nox eſſe cępit. ib.

Somnus eſt refectioni neceſſarius, hic tamen ſi per noctem ac diem continuus eſt, mors erit. De Tranquil.

Stultũ eſt ſomno delectari, & quaſi mortem moliri. De mor.

Bene dormit qui non ſentit quàm malè dormiat. In Prou.

Somnum dii nobis dederunt requiem, & laborum obliuionem. De Super.

Obli-

Obliuiſcuntur herilium minarum ſerui dormientes, qui ſunt in compedibus ijs vincula ſomnus alleuat, inflammationes, uulnera, ſęua carnis & ſerpentia ulcera, doloreſque acerrimi ſomno mitigantur ib.

Qui noctu ſitiunt, ſi obdormiant, abſque potu ſiti liberantur. 6. Simp.

Exigui temporis ad uitam nobis aſſignati, ſomnus quaſi vectigalis exactor dimidiā partem aufert. De quęſt. rom.

Gal. Somnus eſt mortis frater, nam alimenti elaboratione excepta, quæ ſomno cum uiuentibus eſt communis, cætera mortem referunt, non uidere, non audire, nihil intelligere, uel cogitare, uel ſentire, ratione carere, ac breuiter proiectum eſſe. Quid itaque aliud eſt ſomnus, illo communi ablato, quā uia ad interitum? De cauſ. pul.

Auic. Somnus eſt quies uirtutum, quibus ineſt motus ac ſenſus. 1. *Par.* cant. cant.

Somnus nimius replet caput humorib⁹. ibid.

Somnus diuturnus obeſt animę. 2. parte. can. can.

Marſ. Turpe eſt eum ſomno deditum eſſe, qui pro multis uigilare debet, & cuius cauſſa multi etiam uigilant. lib. 5. Epiſt.

De ſuperbia.

Plato. QVI ſuperbia elatus eſt, quòd pecunia, vel honoribus antecellat, vel corporis forma,

forma, qua cum iuuenilis animus demētia ſimul ardeat,& petulantia, quaſi nec princi pe,nec duce illo indigeat, ſed aliorum; ipſe idoneus ductor ſit,is penitus à Deo deſeritur,deſertus autem,& alios huiuſmodi nactus,exultat,omnia ſimul perturbans,multiſque uidetur minimè contemnendus,breui tamen poſtea inculpabili Dei punitus iudicio,ſe ipſum,domum ſuam, uniuerſamq; ciuitatem euertit.4. de leg.

Ariſt. Superbi & petulantes fiunt, qui fortunæ bona ſine uirtute poſſident;non enim facilè eſt, ſecundas res abſque uirtute moderatè ferre.4. Eth.

Superbia & auaritia eorum qui gubernant, homines prouocant contra ſe, & contra ſtatum illius reipublicæ, quæ iſta fieri patitur.5. Pol.

Aug. Nil aliud eſt ſuperbia, niſi deſerto conſcientiæ ſecreto,foris uideri uelle,quod nō eſt. De Gen.

Quid eſt ſuperbia, niſi peruerſæ celſitudinis appetitus? 14. de Ciu. Dei.

Superbiæ uitio nihil eſt immanius. Con. Acad.

Superbia auertit nos à ſapientia; auerſionem autem ſtultitia ſequitur. de lib. arb.

Per ſuperbiam non ſolum mala perpetrantur, ſed bona etiam pereunt. Epiſt.34.

Superbia etiam in rectè factis timenda eſt,ne illa,quæ laudabiliter facta ſunt,ipſius laudis cupiditate amittātur. De cur. quęſt.

Superbia deſtruit, quod iuſtitia ædificat. Epiſt. 57.

Superbia odit conſortium, & ſuperbus, quantum eſt in ipſo, ſolus eminere cupit. Epiſt. 120.

Superbia habet quendam vnitatis & omnipotentiæ appetitum, ſed in rerum temporalium principatu, quæ omnia tranſeunt tamquam umbra. De uera relig.

Superbia eſt omnium peccatorum initium, & finis, & cauſſa; quia non ſolum peccatum eſt ipſa ſuperbia, ſed etiam nullum peccatum eſſe potuit, aut poteſt, aut poterit ſine ſuperbia. De Salut. Doc.

Superbia cognoſcitur verbis, & geſtis, vultu & inceſſu. ib.

Superbus ab omnibus ſe laudari cupit, non patitur ſe cuiquam eſſe ſubiectum, ſed ſemper inter ſuos æquales primum locum obtinere cupit; & quod non poteſt aſſequi meritis, adulando ſuperioribus, detrahẽdo, & inuidendo æqualibus, humileſque contemnendo, vult inuadere. ib.

Sicut nauis eſt abſq; gubernatore, cũ iactatũ fluctib⁹, ita & ſuperb⁹ leuis circũfertur, & in omnibus ſuis actionibus inſtabilis. ib.

Superbia una eſt, ſed magis eſt damnanda in paupere quàm in diuitie, quia diues copia elatus eſt, pauper autem in egeſtate ſuperbus, quod ad inſaniam pertinet, & ob id pauper, magis eſt reus. In Quæſt.

Superbus non poteſt eſſe nõ inuid⁹, quoniã inuidia eſt filia ſuperbię. In Euãg. Ioan.

Eſt proprium ſuperbiæ magnificare introitum ac tactum ſui luminis,pro honore dare,vt oſtio ſuo aſſideas, vt prior gradum intra domum ponas,in qua deinceps multa ſunt oſtia, quæ receptos quoque excludũt. 6. de ben.

Omnes tibi pares facies, ſed inferiores ſuperbiendo non contemnes. De quat. vir.

Plut. Difficilè eſt inuenire hominem ſuperbia vacuum. De Socr. gen.

De Temperantia, & intemperantia.

Plato. PRouerbium, nihil nimis, præcipiẽs tẽperatos homines ſemper quidem cõtinet,& huic illi obtemperant;intemperantes autem,& diſſolutos voluptatis feruor ad furorem vſque occupans,immoderatis clamoribus exultare compellit. In Phil.

Temperatus animus agit decentia erga Deum & homines, non enim temperatus eſſet, niſi decorum ſeruaret. In Gor.

Quicunque optat, ſe beatum fore, temperantiam ſequi, & exercere debet, intemperantiam uerò fugere. ib.

Per temperantiam, & domus rectè gubernatur, & ciuitas optimè regitur, & quodlibet aliud, cui ipſa temperantia præeſt:nam errore ſublato,rectitudineque ducente,

cente, in ſingulis actionibus, neceſſe eſt, ita viros inſtructos honeſtè ac benè agere; benè autem agentes beatos eſſe. In Char.

Temperantia vitæ hominum cuſtos nunquam inſcitiam ſubrepere, & ſuis uiribus vti permittit. ib.

Temperantia bonam corporis valetudinem facilius præſtabit, quàm medicina. ibid.

Temperantiæ munus eſt, nequaquam ſe proſternere libidinibus, ſed illas parui facere modeſtiamq́ue ſeruare. In Phed.

Vetus illud prouerbium: Nihil nimis. ſcitè dictum uidetur nam qui ita ſe comparauit, ut ex ipſo pendeat omnia, quę ad beatitudinem ei conferunt, aut quàm proximè ad hoc accedat, nec ex alijs pendeat hominibus, qui ſi vel benè, vel malè agant, hic ſua quoque mutare cogatur, is optimè uitam inſtituit, is temperans, fortis ac prudẽs eſt, & ſiuè pecunias nanciſcatur ac filios, ſiue amittat, prouerbio ſemper parebit; nunquam enim aut lætitia nimis exultabit, aut dolore deijcietur. In Menex.

Nulla eſt temperantiæ cum ſoluta, nimiaque voluptate coniunctio, cum uoluptas huiuſmodi mentem à ſuo ſtatu dimoueat. 3. de rep.

Abſurdum exiſtimandum eſt, homines medicis egere, non tantum ad uulnera ſananda, morboſque curandos aeris intemperie, & pro anni tempore aliter atque aliter

incidẽtes, ſed plurimum ad diſtillationem, & ſpiritus interioris intumeſcentis impetũ ob mollitiem, deſidiam, & luxum in uictu. ibid.

Temperantia eſt ornatus quidam, & à quibuſdam voluptatibus, & cupiditatibus abſtinentia.4.de rep.

Duo ſunt in hominis anima, unum quidem melius, alterum verò deterius, quando quod natura melius eſt, deteriori dominatur, tũc aliquis ſe ipſo potentior dicitur, quoties autem propter improbam educationem, uel conſuetudinem aliquam quod melius eſt, à deteriori ſuperatur, imbecillior ſe ipſo dicitur, & qui ita affectus eſt, intemperans appellatur.ib.

Cupiditas comedendi, cibiq́ue, & obſonij vſque ad ſalubritatem, & bonam corporis valetudinem eſt neceſſaria; non neceſſaria verò obſtat corpori & menti ad temperantiam & prudentiam.8. de rep.

Nemò erit perfectè temperatus, niſi uoluptatibus, & cupiditatibus ad imprudentiam & iniuriam compellentibus fortiter repugnauerit, ac ratione, opereq́ue, & arte, tam iocoſis, quàm ſerijs in rebus deuicerit. 1. de legib.

Non oportet in ciuitate maximos in quemquàm conferre honores, quia diuitiis præſtet, aut quia uelox, aut ſit formoſus, aut robuſtus, ſi virtute careat; ſed neque ſi alia quadam virtute præditus ſit, temperan

tia verò careat.3.de leg.

Iuſtitia ſine temperantia nullam originē habere poteſt.ib.

Quicunque vitam temperatam rectè no uerit, mitem in omnibus ac moderatam dicet, & quæ dolores quietos, uoluptates remiſſas, molles cupiditates, & amores furioſos minimè habeat, intemperatam verò in omnibus acrem, quæ vehementibus doloribus ac voluptatibus, ardentibus cupiditatibus, furioſisque & inſanis amoribus mirū in modum agitetur. 5. de leg.

Nulla ciuitas legibus acquieſcere poterit, ſi ciues in nimios ſumptus cuncta erogā da, & cęteris omnibus prætermiſſis, conuiuijs dumtaxat, & venereis oblectamētis operam nauandam exiſtiment. Epiſt.7.

Deus quidem hominibus temperatis lex eſt, intemperatis verò voluptas. Epiſt.8.

Temperantia & intemperantia in ijs voluptatibus verſatur, quæ ſunt cæteris animalibus communes.3.Eth. *Ariſt.*

Temperans circa uoluptates mediocriter ſe habet; nam neque his gaudet, quibus intemperans maximè gaudere ſolet, ſed magis ægre fert, neque omnino his gaudet, quibus non oportet, nec aliqua re huiuſmodi nimium delectatur, nec ſi abſit, dolet, neque cupit, niſi mediocriter. ib.

Temperans idem ſpectat, quod ratio, honeſtum ſcilicet.ib.

Temperantia eſt, per quam, ut lex præcipit, domita cupiditate, habentur.1. Rhet.

Plut. Quid aliud eſt vera tẽperãtia, quàm corporis uoluptatibus non indulgere? ſed eas, quæ neque purè, neque puri ſunt, procul effugere? En. 1.

Temperantia, rectaque vitæ regula morbos expellit. En 2.

Quod fit ab intemperato, neque à prouidentia, neque ſecundum prouidentiã proficiſcitur, quod autem fit à temperato, non à prouidentia quidem agitur, cum fiat ab ipſo, tamen ſecundum prouidentiam agitur; rationi namque prouidentiæ conſentaneum eſt. En. 3.

Pyth. Temperantia uirtus eſt maxima, ut quæ & pueros, & uirgines, ſenes & matronas decet, & adoleſcentibus maximè eſt neceſſaria. Nam hæc una & corporis pulchritudinem continet, conſeruatque animi ſanitatem, atque optimorum inſtitutorum deſiderium.

Vir temperans conſentanea agit in Deos & in homines.

Aug. Temperantia eſt affectio coercens, & cohibens appetitum ab ijs rebus, quæ turpiter appetuntur. De lib. arb.

Temperantiæ munus eſt, coercere, & ſedare cupiditates, quibus ad ea impellimur quæ nos auertunt à legibus *Dei*, & à fructu bonitatis eius. De moribus Eccl.

Temperantia eſt rationis in libidinem, atque alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. eius partes ſunt continentia, clementia, & modeſtia,

deſtia . De Oct. quæſt.

Temperãtia uoluptatibus imperat , alias odit, atque abigit, alias diſpenſat , & ad ſanum modum redigit , nec unquam ad illas propter ipſas venit; ſcit enim optimum eſſe modum earum rerum , quæ cupiuntur, non quantum uelis , ſed quantum debeas, ſumere. Epiſt. *89*. *Sen.*

Intemperans velis paſſis ad voluptates à cupiditatibus fertur , & ſeſe illis dedit , ad eaſque ſe dirigit, De vir. mo. *Plut.*

Temperans animus vndique eſt æquabilis & pacatus , tranquillitate & admirabili quiete ornatus & compoſitus. ib.

Temperantia eſt contractio quædam cupiditatum, & ordo perimẽs ſuperuacaneas & adſcititias;tempeſtiuè autem & mediocriter cum decori ratione obſequens neceſſariis. In Gril.

Cuilibet animaliũ generi ſuum eſt quoddam cognatum naturæ alimentum, aliis herba, aliis radix aut fructus , & quæ carne uefcuntur, ea nullum alium fructum appetunt , neque infirmioribus alimentum eripiunt, ſed & ceruum ſinit paſci leo,& lupus ouem, quantum natura ſtatuit, homo autẽ gulæ ſtudio ad omnia ſe ferens, omnia tentans,omnia guſtans,ut ſui & nutrimenti naturę ipſiꝰ cõueniẽtis ignarus, ſolꝰ inter omnia animalia omnibus veſcitur. ib.

Tẽperantia eſt ordo circa uoluptates atque bibidines , eas rationi obedientes efficiens. De phant. & int. *Alcin.*

Marſ. Temperantia in ciuibus proprios moderatur affectus, geſtuſque componit. In Pla.

Quamuis temperantia propriè in cohibēdis libidinibus, ac voluptatibus verſetur, tamen ſimilitudine quadam transfertur & ad cupiditates omnes repellendas, & ad quemlibet actum moderandum.ib.

Tanta eſt temperantiæ excellentia,ut eã omnes elegantes artifices in ſuis operibus obſeruent, & ipſius virtute nō ſolum quicquid eſt ſub cęlum, ſed cęlum ipſum, vniuerſumque ſeruatur.ib.

Mira vis temperantię in hoc præcipuè declararur, quòd animum in deteriora infeliciter prolapſum, feliciter ſibi ipſi reſtituit. ibid.

Temperantia quidem facit, ne ex hominibus præcipitemur in bruta.ib.

Naturalis ordo expoſtulat, ut inferiores animæ partes ſuperioribus pareant, totuſque animus ſit vndique conſonans,& ſanus, & pulcher, neque agat fruſtra, ſed finē propoſitum conſequatur, qualis eſt habitus, vitaque hominis temperati. Contra verò in homine intemperato ratio hominis regina ſeruili ſeruit concupiſcentiæ, diſſonat quoque & languet, opuſque inexplebile molitur, & incomparabili moleſtia volantem ſequitur uoluptatem.ib.

Quò magis præſtat habere corpus ſanum quàm ægrum, eò magis etiam pręſtat animum temperatum quàm intemperatū. ibid.

Vt appetitus proprium eſt appetere, ſic rationis eſt, illum corrigere & coercere, hoc enim pacto ſolum & que honeſta vidẽtur, expetemus, & quæ natura inſunt nobis, ex certo ac recto modo temperabimus, medium illud retinentes, quo remoto, fruſtra omnis noſter ad uirtutem conatus eſt. lib. 3. de Obed.

Temperandi ſunt animi, neque inſoleſcendum ob res ad voluntatem cedentes. Qui cum maximè ex ſententia fluant omnia, tunc maximè & conſideranda rerum humanarum imbecillitas, fortunæque inconſtantia, cogitandumque ſe hominem eſſe, ex qua cogitatione æquabilitas illa gignitur, quæ vbique & ab omnibus ſemper eſt laudata. lib. 1. de fortit.

Quid eſt aliud potando, ſcortando, luxuriando, profluenter effundendo patrimoniũ abſumere, quàm ſe ipſum perdere. lib. de liberal.

Qui ſuperbiores tyranni? aut quorum dominorum acerbiora imperia, quàm immoderatorum appetituum? quàm illegitimarum cupiditatum? Et ſordidarum uoluptatum? quibus compreſſis, & infra gyrum rationis coercitis, non eſt cur aliquem exteriorem dominũ uereamur. lib. de magn.

De Verecundia.

DVO ſunt quæ à pueritia illum in omni uita ducère debent, qui præclarè *Plato.*

ſit uicturus, in rebus turpibus uerecundia, in rebus honeſtis ſtudiũ, & abſque his duobus neque ciuitas unquam, neque priuatus præclarum aliquod, aut magnificum perficere poterit. In Conu.

Cum hominibus, qui ſunt iuſti pudoris participes, *D*eus uerſatur. In Soph.

Pudor adoleſcentes maximè decet. In Charm.

Ariſt. Verecundia quidem uirtus non eſt, laudatur tamen uerecundus, quoniam mediocritatem retinet: nam qui excedit, & in cunctis ueretur, pauidus, qui autem deficit, impudens vocatur 2. Eth.

Verecundia non eſt uirtus, cum ſit magis affectus quàm habitus; eſt enim quidam infamiæ timor. 4. Eth.

Verecundia non omni ætati, ſed iuuenibus conuenit, eos enim verecundos eſſe oportet; propterea quòd illi cupiditatibus obnoxii in multis delinquere uerecundia prohibentur. ib.

Verecundia aut pudor, eſt moleſtia quędam & ęſtimatio animi, ex malis orta præſentibus, præteritis, aut futuris, ob quæ ſit ſubeunda alicuius ignominię nota. 2. Rhet.

Pyth. Quiſquis uim habet pudoris, bonos mores optimè ſeruat, atque ab omni re turpi ſe abſtinet; tum ex animo delet omnem impudentiæ licentiam, qua plurimi à turpitudine capiuntur.

Qui-

Quidam numquam magis, quàm cum erubuerint, timendi ſunt, quaſi omnem uerecundiam effuderint. Epiſt. 11. *Sen.*

Qui pudore uacat, nullo dolore afficitur ex turpiter factis. de uitioſa uerec. *Plut.*

Adoleſcentes magis probandi ſunt qui erubeſcunt, quàm qui palleſcunt. ibidem.

Pudor fit utilis ratione, quæ & detrahit, quod redundat, & relinquit quod moderatum eſt. ib.

Quidam adoleſcentes ſimul cum puerili ueſte pudorem, ac metum deponentes, ſoluto amictu, qui eos decorabat, ſtatim contumacia obruuntur. De Aud.

Eſt pudentis animi, & uerecundi falſam etiam uituperationem moleſtè ferre; cum etiam hic qui alicuius criminis cõſcii ſunt, tamen, cum malè audiunt ſummopere commouentur, quamquam ex quo iniquè agere cœperunt, malè audire conſueuerint. In Pol. *Popul.*

Verecundia nos monet, ut turpia euitemus, ibid.

Pudor ingenitus eſt temperantiæ fundamentum. In Protag. Plat. *Marſ.*

Pudor nos à turpibus abſterret. in Cõu. Pla.

Temperantia, cum pudoris frenis utitur, efficit ut à turpibus, inuita uoluptate nos abſtineamus. in Lac. Plat.

Plato. QVicunque à veritate aberrat, eum etiā à legibus aberrare neceſſe eſt. In Min.

Mens aut idem eſt, quod veritas, àut omniū quidē ſimillima, ac veriſſima. In Phil.

Mendacium, quod eſt in ſermone, eſt quędā imitatio illius affectus, qui eſt in animo. 2. de rep.

Mendacium non ſolum diis, ſed etiā hominibus eſt odioſum. ib.

Rempublicā adminiſtrantibus mentiri licèt, vel hoſtium, uel ciuium cauſſa ad communem ciuitatis vtilitatem. 3. de rep.

Nihil reperitur magis familiare ſapientiæ quàm veritas. 5. de rep.

Quando animus illi inhęret, in quo eſt veritas, intelligit illud, & cognoſcit, & intellectum habere videtur. 6. de rep.

Diſcendi cupidum ſtatim à pueritia veritatem appetere oportet. ib.

Omnes veritatem cognoſcere debēt, qui ſana mente aliquid uel publicè, vel priuatim acturi ſunt. 7. de rep.

Rudes homines, & ueritatis ignari rempublicam rectè adminiſtrare nō poſſunt. ib.

Pulchrum & ſtabile quiddā eſt ueritas. 2. de leg.

Veritas profectò tum diis, tum hominibus dux eſt omnium bonorum, & qui felix, beatuſque futurus eſt, ſtatim ab initio veritatis particeps eſſe debet, ut in ueritate plu

rimum tempus vitam agat.5. de leg.

Nemo diis inuocatis mendacium dicat, aut decipiat:aut uerbo,uel re quicquã adulterari audeat,niſi odio eſſe velit.xi. de leg.

Non debet in libera ciuitate artifex arte ipſa, quę aperta res eſt, & à mendacio lõgè remota,rudes decipere.ib.

Mẽdacium ipſum per ſe improbum eſt, ac vituperatione dignum, uerum autẽ probum ac laudabile.4.Eth. *Ariſt.*

Verax eſt,qui ea,quæ ſibi inſunt,nec maiora,nec minora confitetur.ib.

Veritas eſt actio intellectus practici & ſpeculatiui.6.Eth.com.4. *Auer.*

Veritatem recipere nequit, qui falſitatẽ recipere ſolet.3.phi.com.

Veritatis cognitio indiget longitudine temporis.2.meta.tex. com.1.

Omnes homines veritatis cognoſcendę cupiditate afficiuntur.ib.

Homo veritatem inquirere debet, quẽadmodũ ægrotus ſanitatẽ.4.meta. com.8.

Veritatem expectare à falſa dicentibus, eſt volatilia perſequi.4.meta.com.21.

Nulla ueritas elucebit apud eos, qui affectibus & morborum vitiis cõcitantur:quodnamque veritatis principium, aut quæ anſa uel magna, vel tenuis eſſe poteſt in adeo inſanientium comprehenſione. De Myſt. Aegyp. *Iamb.*

Nobis ineſt ueritatis cognitio, prohibemur autẽ obliuione, falſis opinionibus, & immoderatis cupiditatibus, quibus ex- *Pro.*

 pulſis,

pulſis, in ſe ipſum animus conuertendus eſt, ita ueritate ſtatim fruetur. De An. & dem.

Animæ habent in ſe ianuas ueritatis, ſed terrenis mortalibusque ſpeciebus occluſas. ibid.

Pyth. Veritas cum intelligentię luce uerſatur, in hac uiuit, in hac paſcitur, & animi oculum auget.

Si hominis ſubſtantia conſtituta eſt per rationem ac mentem, ipſius opus non aliud eſt quàm ſola exactiſſima ueritas, & de rebus uerum exquirere.

Veritas eſt animi cibus, & ex ea uiuit, & alitur.

Veritas quidem ipſa, quemadmodum ex nomine etiam ipſo declaratur, erga Deos immortales conuerſionem efficit.

Aug. Audire ueritatem nihil eſt, niſi ſequatur fructus. In Pſal. 66.

Veritas eam mentem fugit, quæ non inuenerit humilem. De temp. ſerm. 213.

Non eſt multifaciendum, quid homines ſenſerit, ſed quæ ſit rei ueritas. De Ciu. Dei.

Quæ non ueniũt à ueritate, plerumq; & nullo impellente, ſe ipſa ſubuertunt. ib.

Sen. Inuoluta ueritas in alto latet, nec de malignitate naturæ queri poſſumus, quia nullius rei difficilis eſt inuentio, niſi cuius hic unus inuentæ fructus eſt, inueniſſe. 7. de ben.

Aſſueſcere nos oportet, & uerum dicere, & audire. Epiſt. 69.

Veri-

Veritas in omnibus ſuis partibus ſemper eſt eadem, quę autem decipiunt, nihil habent ſolidi. Epiſ. 80.

Tenue eſt mendacium, perlucet, ſi diligẽter inſpexeris. ibidem.

Veritatis vna eſt via ac facies, falſitati vero nulla eſt conſtantia, variatur, & diſſidet. Epiſt. 103.

Veritas magis elucet, quò ſæpius ad manum venerit. De Ira.

Teſtimonium veritati, non amicitiæ reddere oportet. De quat. vir,

Crebro faciem mendacij veritas retinet, crebro mendacium ſpecie ueritatis occulitur. Nam ſicut aliquando triſtem frontem amicus, & blandam adulator oſtendit, ſic veriſimilitudine colorat̃ veritas, vt fallat. ib.

Poſt Deum ueritas eſt colenda, quæ ſola homines dijs proximos facit. De mor.

Mentiri ſeruile eſt vitium, & ab omnibus odio habendum, nec quod apud mediocres etiam ſeruos ueniam promereatur. De lib. educ. *Plut.*

Homo neque maius munus accipere, neque Deus homini dignius dare poteſt ueritate. De Iſ. & Oſi.

Ipſius veritatis cognitio eſt ita amabilis ac deſiderabilis, vt ipſum hoc viuere, & eſſe propter cognitionem data videantur.

Viri magno & excellenti ingenio, cum ſe doctrinę penitus dediſſent, quicqui d laboris poterat impendi, neglectis omnibus & publicis & priuatis actionibus, ad veritatis *Lact.*

inqui-

inquirendæ ſtudium ſe contulerunt, exiſtimantes multo præclarius eſſe, humanarum diuinarumque rationem inquirere, ac ſcire quàm aut diuitiis, aut honoribus comparãdis operam dare, quibus rebus, quoniã fragiles, terrenæque ſunt, & ad ſolius corporis cultum pertinent, nemo melior, nemo iuſtior fieri poteſt. *De* fal. rel.

Obuoluta in obſcuro ueritas latetq; uel contemnitur à doctis, quia idoneis aſſertionibus, eget, uel odio habetur ab indoctis ob inſitam ſibi auctoritatem, quam natura hominum procliuis in uitia perpeti non poteſt. ibid.

Nullus cibus eſt animæ ſuauior, quàm veritatis cognitio. ib.

O quàm difficilis eſt ignorantibus veritas, & quàm facilis ſcientibus. ib.

Veritatem quærere, omnibus eſt innatũ. ibidem.

Tanta eſt veritatis potentia, vt ſe ipſam quamuis in rebus exiguis ſua claritate defendat. ib.

Mens terrenis viſceribus incluſa, & corporis tabe impedita non poteſt per ſe aut comprehendere, aut capere veritatem, niſi aliunde doceatur. ib.

Qui ueritatẽ ac iuſtitiã ſequitur, is accepto immortalitatis præmio, perenni luce fruitur, qui uerò vitia uirtutibus prætulerint, mẽdaciũ ueritati, neceſſe eſt, ut ad occaſũ, & ad tenebras deferãt. De uero cultu.

Nefas eſt, eum, qui ueritati ſtudet, in ali-

qua

qua re fallere,& ab ipſa,quam ſequitur,ueritate diſcedere. ib.

Nũquã mentiẽdũ eſt,quia mendaciũ ſemper aut fallit,aut nocet.De diu.inſt.

In omnibus conſequi uera, uel paululũ aberraſſe,diuinũ eſt,uel ꝓpè diuinũ. De ſõ. *Sin.*

Qui ſummorum uirorum, & principũ domos frequentare ſolent, ueraces eſſe nõ poſſunt;huiuſmodi enim obſequia mendaciũ ſequi conſueuit. De cogn.& cur.an.af. *Gal.*

Veritatem eorum,quæ inquiris, inuenturum te affirmo,ſi primum initium uiæ quæ ad ea ducit,cognoueris,a qua aberrãs ĩ magnam uerborum deceptionem, errorẽq; incideris.De Pla.Hip.& Pla.

Septem requiruntur ad inquirendam in rebus abditis veritatem. Natura perſpicax, educatio optima,præceptores ingenui, labor improb⁹,ardentiſſimus ueritatis amor, methodus optima,aſſidua denique exercitatio.Quorum ſi vel vnum deſideretur, nõ eſt admodum ſperandum,eum, qui ad uiã ueritatis ducendus eſt, ſui uoti compotem fieri poſſe, ſi uero omnia cumulata adſint, quid uetat,quo minus ueritatem bona etiã ſpe exquiramus?De conſt.ar.med.

Veritas ex falſitatis redargutione elucet. In Pla.

Prima uis animæ eſt mẽs, cuius actus eſt perpetua ueritatis contemplatio.ib.

Veritas eſt animi cibus,ad eam inueniendam oculi, ad diſcendam aures conferunt. ibidem. *Marſ.*

Men-

Mendacium eſt ciuitatis calamitas, videlicet quando priuati inter ſe mentiuntur, maximè ſi magiſtratibus mentiantur, perinde ac ægrotus medico, uel nautæ gubernatori mendacium dicant. ibid.

Fortior eſt ueritas quàm falſitas; cum veritas ſine falſitate eſſe poſſit, falſitas ſine ueritate conſiſtere nequeat. 1. de Theol. Plat.

Quemadmodum ſe habet lumẽ ſolis ad corporis oculum, ſic ueritatis lumen ad oculum animæ, ib.

Animi cibum quem alium eſſe dicemus quàm ueritatem? quam eſurit ſemper, ac ſitit, qua parta ſummopere gaudet, qua sũpta creſcit, & impletur. Omnis animus in omni ætate, ac ſemper præ cæteris veritatẽ appetit. 8. de Theol. Plat.

Cui veritas non placet, is paulò poſt ſibi ipſi diſplicebit. lib. 2. Epiſt.

In ſermone non minus cauendũ eſt mẽdacium, quàm in nauigatione ſcopulus. ib.

Qui ueritatis eſt cupidus, in rerum diuinarum contemplatione verſatur, & corporis voluptates negligit. lib. 4. Epiſt.

Io. Pi. Tanto magis pro veritate pugnandũ eſt, quãto plures oppugnatores habere cognoſcitur. Contra Aſtr.

Io. Põt. In omni actione, vitaque uniuerſa, cum laudatur veritas, vituperatur mendacium, efficitur, vt ueracitas ſit virtus, mendacitas verò vitium, ſiquidem improbatur vitium, cõmẽdatur ecõtrario virtus. lib. 2. de ſerm.

Veritatis ſtudium cuiquam ineſſe minime

mè poteſt abſque ſumma etiam probitate, perinde ut nec ſine improbitate mendacium ibi.

Mentientium hominum comes eſſe conſueuit maledicentia, quoniam mendaces exiſtunt plerumque maledici pariter ac nugatores. ib

Prima eorum cura, qui ueritatem ſequũtur, eſt recti atque honeſti; taque & à turpitudine, quæ hon ſtati aduerſatur, & ab inſinuatione, quę à recto eſt aliena, abhorreāt, neceſſe eſt. ib.

De vino & ebrietate.

Graue quiddam eſt hominibus ebrietas, nec ſponte ſuperuacuè bibere vellem, nec alteri conſulerem præſertim ſiquis heſternũ merum adhuc oleat. in Conui. *Plato.*

Vinum & cum pueritia, & ſine pueritia eſt veridicum. ib.

Iis, qui alios cuſtodiunt, ab ebrietate abſtinendum eſt; vnicuique enim magis conceditur, quàm cuſtodi, vt ebrietate grauatus, vbi ſit, neſciat, nempe ridiculum eſt, cuſtodem indigere cuſtode. 3. de rep.

Vir ebrius tyrannicum gerit animum. 9. de rep.

Si iuuenis non ſapiens, ſed ebrius erit, ut ebriorum princeps, bonæ fortunæ non conſilio tribuetur, ſi ſua temeritate non euertet

tet omnia.1.de leg.

Ebrius nauis, aut cuiuſuis rei gubernator euertit omnia,ſiue nauis,ſiue curr⁹, ſiue exercit⁹, ſiue quoduis aliud ab eo regat. ib.

Ebrietas extinguit ſenſus, memoriā opinionem,& intelligentiam. ibid.

Qui ebrietate detinetur, ad eum animi habitum redit,quem puer⁹habebat.ibi.

Cum quis biberit, primo fit alacrior q̃ antea,deinde quo plus biberit,eſt eo maiori,& meliori ſpe,& de ſe fortius ſentit;tandem ea confidentia,libertate,& audacia repletur,ut intrepide & dicat,& faciat, quicquid placet.ibidem.

Pueri vſque ad duodeuigeſimum annum vini vſum prorſus ignorent:nō enim oportet ignem igni in corpus & animam ſuggerere,priuſquam virilem ætatem attigerint, & ſubire labores incipiant;furioſum namq; iuuentutis habitnm cauere oportet,Quare ab ebrietate, & vini repletione iuuenes omnino ſe abſtineant.2.de lèg.

Bibētium animi ſicut in igne ferrum, ita vino feruentes melioresq́ue fiunt,idcirco facilius deducuntur.ib.

Magiſtratibus toto illo tempore, quo magiſtratum gerunt, gubernatoribus ac iudicibus à uino penitus abſtinendum eſt, ēt his,quos de rebus non omnino negligendis deliberare oportet.ibid.

Qui vino repletus eſt,tam animæ quàm corporis rabie concitatus, quouis & trahit, & trahitur.6.de leg.

Ebrius

Ebrius aliquem verberans duplici pœna afficiendus eſt.2.Pol. *Ariſt.*

Vinum ad inſolentiam homines impellit.De ſom.& vig.

Vini,cibi,& ſomni ſumma ſit paucitas. *Pyth.*

Vinum mediocriter ſumptum homines alacriores facit, immodicè uerò in inſaniã rapit ac furorem,

Ebrietas mentem obcęcat,rectoq́ue conſilio,& iudicio priuat.Ad fra.in Er. *Aug.*

Vinum & iuuentus duplex eſt incendium.ibid.

Ebrietas pudori comes eſſe non poteſt, quia nec caſtitas fuit vnquam comes temulentiæ.De Sobr.& virg.

Per uinum caſtitas ſubmerſa eſt,& plurimę à corruptoribus deceptę ſunt, multæ etiam,pollente uino thori legitimi oblitæ ſuam pudicitiam adulteris tradiderunt, & cum męchis de maritorũ morte pactę ſunt. ibidem.

Vini conſuetudine multi in inſaniã ſunt conuerſi,qua permanente,ab humana conſuetudine ſeiuncti ferino plerumq́ue dente conſumpti ſunt.ib.

Immoderatus uini exceſſus multos ex diuitibus pauperes reddidit, & egenos. ibidem

Ebrietas ab animę iniuria incipit,& flagitiorum omnium eſt mater, culparum materia, radix criminũ, origo omnium vitiorum, turbatio capitis, ſubuerſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, &

& naufragium virginitatis.ibid.

Ebrietas eſt temporis amiſſio, volũtaria inſania, languor ignominioſus, ſanæ mentis debilitatio, morum turpitudo, dedecus uitæ, honeſtatis infamia, & animæ corruptela, ibid.

Ebrietas in vtroque ſexu cuncta mala ſẽ per appetit, & nefanda committit.ib.

Ebrietas temulentis tẽpora furatur, dies ſurripit, depoſiti ſui non reminiſcitur, & ante illum poſita, nec mente, nec oculis cõtuetur.ib.

Iucunditati non ebrietati creata eſt uini natura, cuius moderatione ſitis extinguitur, non tamen vt vſque ad ebrietatem bibatur.ibid.

Qui ebrietati deuinctus eſt, non poteſt eſſe in ſua poteſtate.ib.

Qui aſſidua amentia diu noctuque diſcũbẽdo dormitat aut bibit, in hac uita adhuc poſitus quotidie ſepelitur.ib.

Sen. Epulæ & ebrietates cruditatem afferũt, neruorum torporem ac tumorem, libidines, pedum, manuum, & articulorũ omniũ deprauationem. Epiſt.24.

Animus ebrietate deuictus, nõ eſt in ſua poteſtate. Epiſt.84.

Quemadodum muſto dolia ipſa rumpũtur, & omne quod in imo iacet in ſummã partem uis caloris eiicit, ſic vino æſtuante, quicquid in imo iacet abditum effertur, & prodit in medium.ib.

Mero onerati quemadmodum non retinent

nent cibum vino redundante, ita ne ſecretum quidem, quod ſuum eſt, & alienum pariter effundunt. ibi.

Nihil aliud eſt ebrietas quàm voluntaria inſania ib.

Ebrietas omne uitium infundit & detegit, verecundiam malis conatibus repugnātem remouet: plures enim peccandi verecūdia, quàm bona voluntate à prohibitis ſe abſtinent. ib.

Cum vis nimia vini poſſedit animum, quicquid malè latebat, emergit. ib.

Non facit ebrietas vitia, ſed protrahit, tunc libidinoſus ne cubiculum quidem expectat, ſed ſuis cupiditatibus quantum petierint, ſine dilatione permittit; tunc impudicus morbum profitetur & aperit, tunc petulans non linguam, non manum continet, creſcit inſolenti ſuperbia, ſæuo crudelitas, malignitas inuido, omne denique detegitur, & prodit. Adiice illam ſui ipſius ignorātiam, verba dubia & parum expedita, incertos oculos, greſſus errantes, capitis vertiginem, tecta ipſa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum; ſtomachi tormenta, cum vinum feruеſcit, & ipſa viſcera diſtendit. ib.

Quemadmodum diuturni morbi oculos difficiles faciunt, etiam ad minimam radij ſolis offenſionem; ita ebrietates aſſiduæ efferant animos. ib.

Non prius in vino lingua titubat, quàm mens ceſſit oneri, & inclinata, vel prodita

eſt.

eſt. Epiſt. 115.

Animus infirmus vino cōmittendus non eſt. Epiſt. 117.

Vulgare eſt, poſt prandium aut cęnam bibere, hoc patresfamilias ruſtici faciunt, & veræ voluptatis ignari, merum illud delectat, quod non innatat cibo, & liberè penetrat ad neruos. Epiſt. 123.

Contra naturam viuere uidentur, qui ieiuni bibunt, qui uinum recipiunt inanibus venis, & ad cibum ebrii tranſeunt. ib.

Vinum incendit iram, quia calorem auget pro cuiuſque natura. De Ira.

Vt libertatis, ita vini moderatio ſalubris eſt. De Tranq.

Abſentem lędit, qui cum ebrio litigat. In Prou.

Plut. Vini potus multum habet impetū, uimque minimè amicam morbis naſcentibus. De tuen. San.

Senes facilius quàm iuuenes ebrii fiunt. In Symp.

Vinum ad loquendum laceſſit, & inter loquendum multa aperiuntur, ac deteguntur, aliàs occulta. ib.

Vinum nos aperit, & oſtentat, non ſinens letere, ſed ſpeciem ac laruam adimit, lege tamquam pedagogo quàm longiſſimè ſemoto. ib.

Ebrii ſunt ſimiles ſenibus, & hac de re uino dediti maturè admodum ſeneſcūt, eosque ante tempus caluicies, & canicies occupat. ib.

Vinum

Vinum loquaces facit, intempeſtiuaque garrulitate, & animi elatione implet. ibidem.

Aliud eſt bibere, aliud inebriari; & qui ita bibunt, ut delirent, hi dormitum ſe conferre debent. ib.

Quiſque uerecundus, ac modeſtus ebrietatem vitare conatur. De Garr.

Quod eſt in corde ſobrii, id eſt in lingua ebrii. ib.

Ebrius eſt loquax, mente enim, ac prudẽtia caret. ib.

Animi ſunt ob vinum ad iram præcipites, & ſæpe ebrietas libertatem in inimicitiam conuertit. ib.

Vinum non ſecus ac tyrannus animæ facultatibus imperat. De An. mor. & corp. temp. *Gal.*

Quemadmodum turpiſſimum eſt, hominem iracundia impulſum aliquid intemperanter agere, ſic etiam ob amorem uinique, & crapulę cupiditatem, quæ omnia facultatis concupiſcibilis ſunt affectus, & opera, ob quæ homo non tam equo, uel cani ſimilis euadit, ſed uel petulanti apro, uel hirco, uel cuipiam agreſti belluę, quæ nunquam manſueta fieri poſſunt. De cur. an. af.

Vinum immodicè ſumptum ad iram & libidinem pręcipites facit, & rationalem animæ partem hebetem, & turbidam reddit. De tuen. ſan.

Pueros uinũ ne guſtare quidẽ ſuaſerim, ꝙ humectat

humectat nimium, corporis caliditatẽ auget, & caput halitu replet. ib.

Auic. Dare pueris vinum, eſt ſicut ignem igni addere in lignis debilib⁹. De reg aquę & vi.

Apul. Prima pocula ad ſitim pertinent; ſecunda ad hilaritatem; tertia ad voluptatem, quarta ad inſaniam. 3. Flor.

Io. Pot. Ebrietas furori eſt ſimillima, tametſi ille è morbis gignitur, deterrimóque naturę habitu, hęc autem ex animi corruptione, deprauatáque voluntate, vt ebrius quidem perinde ac furore percit⁹ quid agat nequaquam intelligit. De Imman.

De virtute.

Plato. SIquid ſit virtus penitus ignoram⁹, quo pacto cuiquam conſulere poterimus, viámque optimam, & facillimam ad virtutem oſtendere? In Lach.

Virtus neque naſcitur, neque caſu contingit, ſed doctrina ac ſtudio comparatur. In Prot.

Virtutis curam non ad vnum aliquem dumtaxat ſpectare oportet, ſed ad omnes, ſi modo ciuitas conſiſtere debeat. ib.

Ob præſentem virtutem & nos boni ſumus, & quæcunque alia. In Gor.

Omni ſtudio laborandum eſt, vt virtutẽ conſequamur. In Phed.

Abſque virtute, exercitationes & poſſeſſiones omnes turpes, malæque ſunt. ibi.

To-

Totum aurum, quod eſt ſuper terram, uel ſub terra, virtuti iure cõparari non poteſt. 5. de leg.

Quiſquis de uirtute abſque inuidia certare debet. ibid.

Virtus ſanitas quædam eſt, & pulchritu do, & robuſtus animi uigor 4. de rep.

Virtus humana non corporis, ſed animi dicitur 1. Eth. *Ariſt.*

Duplex eſt uirtus, alia intellectiva, alia moralis: intellectiua quidem plurimum ex doctrina generatur, & augetur; quare experientia indiget ac tempore, moralis autem fit ex conſuetudine. 2. Eth.

Neque natura. neque præter naturam inſunt nobis virtutes, ſed nos natura ad illas recipiendas apti quidem ſumus, & conſuetudine perficimur. ibi.

Virtutes agendo acquirimus, quemadmodum & in aliis artibus, quæ enim oportet poſtquam didicimus facere, ea faciendo diſcimus, ceu fabricando fabri, & citharam pulſando citharedi, ſic iuſta agendo iuſti, & modeſta modeſti, & fortia fortes efficimur. ibidem.

Ars & uirtus ſemper in difficilibus uerſatur. ib.

Virtus habentem perficit, & ipſius opus bo num reddit. ib.

Virtus eſt habitus electiuus in mediocri tate conſiſtens, ib.

Virtutis eſt, benè potius facere quàm ſuſcipere, & honeſta potius agere, quàm ſe à

turpibus abſtinere. 4.Eth.

Actiones ſecundum virtutē honeſtę ſūt, & honeſti gratia fiunt. ibid.

Quod fit per virtutem iucundum eſt, vel ſine moleſtia, minimeque dolorem affert. ibidem.

Virtutis eſt lætari, atque dolere in quibus oportet, & quemadmodum oportet. ibidem.

Vbi non maximè uirtus honoratur, fieri minimè poteſt, ut ibi ſit firmus optimorum in Republica ſtatus. 2. Pol.

Virtus homines nobiles facit, & eos extollit. 4. Pol.

Virtutes non conſeruantur bonis externis, ſed bona externa virtutibus. 7. Pol.

Auer. Virtus non laudatur, niſi propter actiones, quę ab ea proficiſcuntur. 1. Eth, com. 16

A virtute oritur mors concupiſcentiæ, & illius quies. 2. Eth. com. 3.

Virtus non eſt ipſa ratio recta, ſed eſt habitus excelleus cum recta ratione. 6. Eth. com. 18.

Virtus concupiſcibilis nihil audit ab intellectu, neq; illum ſequitur. 7. Eth. com. 7.

Virtus eſt omnium rerum menſura; ſicut enim rei quantitas per menſuram cognoſcitur, ita per uirtutem rerum naturæ in bonitate & malitia cognoſcuntur. 10. Eth. com. 6.

Pyth. Virtuti fidendum eſt ut caſtæ & ſobriæ vxori fortunæ ut inſtabili credendum; ut meretriculæ.

Virtus

Virtus potior eſt cum paupertate, q̃ diuitię cũ uitiis mixtæ.

Virtus eſt animi habitus, naturæ modo atque rationi conſentaneus. Con.Iul. Aug.

Totum quod pulchrum eſt, id animæ virtus eſt ac ſapientia. In Pſal. 58.

Virtus eſt circulo ſimilis; nam neque in animi bonis quicquam inuenitur, quod magis ex omni parte ſibi conſentiat quàm uirtus, neq; in planis figuris magis quàm circulus. De quant. an.

In hac vita nihil virtute melius poſſideri poteſt. De Ciu. Dei.

Nulli præcluſa eſt virtus, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ingenuos, libertinos, ſeruos, reges, & exules: non eligit domum; nec cenſum, nudo homine contenta eſt. 3. de ben. Sen.

Virtus non recipit ſordidum amatorem. 4. de ben.

Sola uirtus præſtat gaudium perpetuum ac ſecurum. Epiſt. 27.

Perfecta uirtus eſt ęqualitas, ac uitæ ratio in omnibus ſibi conſentiens, quod non poteſt eſſe, niſi rerum ſcientia contingat, & ars, qua diuina, & humana cognoſcantur. Epiſt. 31.

Quemadmodum virtutes retentę exire non poſſunt, ita initium ad illas eundi eſt arduum, quia hoc primũ mentis eſt ægræ, & imbecillę inexperta formidare. itaq; cogenda eſt mens, ut recipiat. Epiſt. 51.

Nihil eſt virtute præſtantius, nihil pulchrius & bonum eſt & optabile : quicquid ex illius imperio geritur. Epiſt.68.

Qui aliquid uirtute melius putat, aut vllum præter illam bonum, ad hæc, quæ fortuna ſparguntur, ſinum expandit, ſolicitus miſſilia eius expectat. Epiſt.75.

Omnis uirtus, & omne virtutis opus manet incorruptum. ib.

Virtus nõ caſu acquiritur, nec leui quidem opera, aut paruo labore cognoſcitur. Epiſt.77.

Si omne bonum eſt in animo, quicquid illum confirmat, extollit, & amplificat, bonum eſt, ualidiorem autem animum excelſiorem, & ampliorem facit uirtus. Nam cætera, quę noſtras cupiditates irritant, animũ deprimunt, ac labefactant, & cum videntur attollere, inflant, & multa uanitate deludunt. ibid.

Virtus extollit hominem, & ſupra chara mortalibus collocat, nec ea bona, nec ea, quæ mala uocantur. aut nimis cupit, aut expaueſcit. Epiſt.88.

Non poteſt eſſe miſer, qui virtute præditus eſt, Epiſt.93.

Calamitates, damna, & iniurię hoc aduerſus virtutem poſſunt, quod nebula aduerſus ſolem. ib.

Omnibus natura dedit fundamenta, ac virtutum ſemina, omnes ad omnia iſta nati ſumus. Epiſt. 109.

Omni-

Omnibus inter ſe virtutibus eſt amicitiã. Epiſt.110.

Virtus ſine aduerſario marceſcit. De diu prou.

Virtus eſt quoddam altum,excelſum,regale,inuictum,& infatigabile. De uita be.

Virtutes ibi eſſe debent,ubi erit conſenſus & vnitas;nam uitia diſſident.ib.

Qui ad uirtutem acceſſit,dedit ſpem generoſæ indolis; at qui uoluptatem ſequetur,uidetur effeminatus,fractus,degenerãs, & ad turpia peruenturus, ib.

Turpitudo non poteſt eò introire, ubi eſt virtus,& honeſtum. De Tranquil.

Nihil eripit fortuna,niſi quod dedit,uirtutem autem non dedit; ideo eam non poteſt eripere.Libera eſt virtus, inuiolabilis, immota,& inconcuſſa. ib.

Virtus cum ſemel animum induruit, eum inuulnerabilem reddit. De Conſol. ad Alb.

Siquis proprias familiareſque ex conſuetudine uirtutes agat,is nullo modo aberrare poſſe videtur, De lib educ. *Plut.*

Tota uiuendi ratio cum uirtute eſt iucũdiſſima. De fort.

Primum argumentum,quo in virtute te profeciſſe ſẽtias,eſt amoris magnitudo. De prof mo.

Virtutis ſpectator non eget publico applauſu,ſed in ſomnis, & in ipſis rerum ſimulachris interno rei feliciter geſtæ,aſpectu fruitur.ib.

Qui proficiunt in virtutis ſtudio, vitæ ſuæ non ſecus ac templo, aut regiæ aureum ſubiiciunt fundamentum, & in opus huiuſmodi nihil temere admittunt, ſed ad rationem omnia redigunt, atque componunt. ibidem.

Virtutis poſſeſſio, niſi agat, nihil prodeſt. De Hom.

Gal. Via, quæ ducit ad uirtutem, eſt laborioſa. De cur. an. af.

Lact. Virtus non imago uirtutis colenda eſt, non aliquo ſacrificio, non thure, aut precatione ſolemni, ſed ſola uoluntate ac propoſito. Nam quid aliud eſt colere uirtutē, niſi eam animo comprehendere, ac tenere? De fal. rel.

Virtus cum ſcientia coniuncta, eſt ſapientia. ib.

Virtus ipſa non eſt ſummum bonum, ſed mater ſummi boni; quoniam ad illud ſine ipſa perueniri non poteſt. ib.

Hac de re nobis propoſita eſt virtus, vt perdomita libidine, & ſuperata rerū terrenarum cupiditate, animæ puræ ac uictrices ad Deum, ideſt ad originem ſuam reuertantur. ib.

Nulla eſt uirtus, ſi deſit aduerſarius. ib.

Via, quæ ducit ad virtutem, primo aditu eſt ardua, ſiquis autem ſuperata difficultate, ad ſummum euaſerit, lucidum amœnumque campum, & ſuorum laborum fructus uberrimos capiet, ac iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruit, hi

do-

deflectunt in vitiorum uiam, quę primo ingreſſu eſt amęna & facilis, repente vero fit præceps, ſaxis aſpera, ſentibus obducta, gurgitibus interciſa, ac torrentibus rapida, ut laborare, hęrere, labi, & cadere, neceſſe ſit. De vero cultu.

Virtutis ratio præcipue conſiſtit in his rebus comparādis, quæ nec vllus homo nec mors ipſa nobis auferre poteſt. ibid.

Virtus ſine intermiſſione eſt perpetua, nec ab eo diſcedere poteſt, qui eam ſemel cepit. De diu. prę.

Ex his, quæ ſunt in nobis primum bonū atq; lāudabile eſt virtus. De dogm. Pla. *Apul.*

Sola uirtus nos felices facere poteſt, cum ſine uirtute in aliis rebus proſperis felicitas inueniri nun poſſit. ib.

Abſolutę virtutes neque creſcūt unquā, neque decreſcunt; vitia vero contra, cum alter altero imprudentior iuueniatur. De Phant. & intel. *Alcin.*

Virtutes quędam ſunt principes, quædam pediſſequę. principes in rationali animæ parte locate ſunt, & ex illis cæteræ virtutes perficiūtur, pediſſequę in parte rationis experte uerſantur, hę ſiquidem honeſta agunt, haud ſane ſecundum rationem, quæ ſit in ipſis (neque enim habent) ſed ſecundum normam à prudentia ex conſuetudine, & exercitatione illis impoſitam. ibidem.

Virtus eſt in noſtra poteſtate, non enim laude digna exiſtimaretur,ſi uel natura, vel diuina ſorte contingeret.ib.

Cum uirtus ſit diuinus quidam theſaurus,ipſa eſt quidam animæ affectus optim⁹, ac perfectus,qui efficit hominem concordem,& conſtantem tum ad agendum, tum etiam ad loquendum,& ad ſe ipſum ; & ad alios.ib.

Marſ. Virtus omnes animæ partes , ut natura ſtatuit,diſponit,ac ſeruat:uitium uero contra naturæ ordinem confundit, ac perturbat. In Pla,

Virtus menti ſplendorem , & uoluntati lætitiam affert.lib. 5. Epiſt.

Io.Pōt. Virtus ſuo ſe prodit fulgore, & latere ne ſcit lib.1.Epiſt.

Io.Pōt. Quanquam virtus expetendam ſe ſe omnibus præbet,paucos tamen eius pertingit poſſeſſio lib.1.de forti.

Virtus nihil , quod extra ſe ſit , quærit aliud,nihilq́ue ſimulatum patitur aut fictũ, nihil etiã aliunde arceſſit,aſtu uacua,à fraude auerſa,à pretio incorrupta, à fuco prorſus aliena,libera,ſui iuris, opibuſq́ue etiam ſuis contenta.lib 2 de prud.

Virtus eſt ſolius hominis bonum , eiuſq́ue ſolius poſſeſſio , atque patrimonium. ibidem.

Virtus ipſa affatim cuncta ſibi ſufficiet, eritq́ue eadem ipſa perfectus , & vndiq́ue conſumatus finis , cui etiam nihil deſit ad benè feliciterq́ue uiuendum.ib.

Virtus

Virtus dignitate, & auctoritate ſua omnino eſt ſumma, & pro maieſtatis amplitudine, ac pręſtantia habenda eſt pulcherrima, & maxima omnium humanarum rerũ, eademq́ue etiam auguſta; cæterum ſuam ſibi ſedem medio quodam in ſuggeſtu collocauit, quo è loco pari auctoritate, & imperio ſuis & noſtris hoſtibus aduerſetur: habent enim uirtutes penè omnes duos aduerſum ſe conſtitutos, & inter ſe quoque diſſentientes aduerſarios, ib.

Cætera cum fluxa ſint & caduca, temporis momento auferri poſſunt; at uirtus firmum & ſtabile bonum eſt, quę cum nullius ſit externæ rei indigens, alia tamen omnia abſque illa manca ſunt, & huc & illuc incerta feruntur. In Char.

De vita.

Flagitioſo homini non expedit viuere, necesse eſt enim, vt male uiuat. In Gor. *Plato.*

Viuere hic quodcunq; tempus non optãdum eſt uiro, qui uerè ſit uir, neque hæc uita eſt amanda. ib.

Id in primis quiſque conſideret, qua ratione hoc ipſo tempore, quo uita fungitur, optimè uiuat. ib.

Omnis hominis uita numeroſa quadam indiget conſonantia. in Prot.

Nõ multi faciendum eſt uiuere, ſed benè uiuere. In Crit.

Ariſt. Triplex eſt vita, voluptuoſa, ciuilis, & cõtemplatiua. 1 Eth.

Vulgus omnino ſeruile videtur, pecudũ vitam diligendo; ſubſtinetur autem ob id, quòd pleriq́ue in poteſtatibus conſtituti inſtar Sardanapali vitam degunt. ibi.

Vita omnibus eſt expetenda, bonis uiris præcipuè, quorum vita eſt beatiſſima. 9 Eth.

Vita diuiditur in ocium & negocium, in pacem & bellum, 7 Pol. cap. 14.

Vita eſt permanſio nutritiuę animę cum calido De vit. & mor.

Aug. Cupis, ut uita ſit longa, etſi mala, imo fac, ut ſit bona, & noli timere de breuitate. Homil. 1.

Præſens vita eſt aſſiduum bellum. In Euang. Ioan.

Nonne uita iſta morti eſt ſimilis? dies autem ipſi properantes tranſeunt, quia dies hodiernus heſternum excludit; craſtinus ideo naſcitur, ut hodiernum excludat. ibidem.

Quid eſt diu uiuere, niſi diu torqueri? niſi malos dies malis diebus addere? In Euãg. Math.

Vita longiſſima eſt tamquam aura matutina. In Pſal. 36.

Hæc uita eſt horribilis & laborioſa, fragilis & moleſta, caduca ac miſera, deceptrix atque doloſa, & erumnarum plena In luctu naſcimur, in labore viuimus, & in dolore morimur. Ad fra. in Er.

Hæc

Hæc vita eſt miſera, caduca, incerta, laborioſa, immunda, malorum domina, ſuperborum regina, plena erroribus & miſeriis, quę non eſt dicenda vita ſed mors. In qua ſingulis momentis morimur, quam humores tumefaciunt, dolores extenuant, ardores exſiccant, cibi inflant, inedia macerat, ioci diſſoluunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, diuitiæ inflant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, ſenectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit. Ex omnibus his malis mors furibunda ſequitur, ſimulque cunctis gaudiis huius miſeræ uitę ita finem imponit, ut cum eſſe deſierit, non fuiſſe putetur. Mors iſta uitalis, & vita mortalis, quamuis his & aliis repleta ſit moleſtiis, & incommodis (Proh dolor) quàmplurimos ſuis capit illecebris, & quàmmultos ſuis promiſſionibus decipit. De Meditationibus.

Homo nunquam eſt in uita, ex quo eſt in corpore iſto potius moriente, quàm uiuente. 13. de Ciu. *Dei.*

Sen.

Nemo curat quàm benè uiuat, ſed quamdiu, cum vnicuique contingere poſſit ut benè uiuat, ut diu nemini. Epiſt. 22.

Sic uiue cum inferiore, quemadmodum tecum ſuperiorem uiuere uelis. Epiſt. 47.

Punctũ eſt quod uiuimus, & adhuc puncto minus Epiſt 50.

Non viuere bonum eſt, ſed bene uiuere; itaque ſapiens viuit quantum debet, non quantum poteſt: uidebit ubi uicturus ſit, cũ quibus, quomodo, & quid acturus. Epiſ. 71.

Sic viuendum tamquam in conſpectu vi uamus, ſic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum conſpicere poſſit. Epi. 84.

Non vt diu uiuamus, curandum eſt, ſed vt ſatis; nam vt diu uiuas, fato opus eſt, vt ſatis animo, longa eſt uita, ſi plena eſt, i mpletur autẽ cum animus ſibi bonum ſuum red didit, & ad ſe poteſtatẽ ſui tranſtulit. Epiſ. 94.

Maximum eſt uitæ vitium, quòd ſemper eſt imperfecta, & quòd ex alio in aliud deſertur. Epiſt. 102.

Eſt res ſordida, uia trita ac uulgari uiuere. Epiſ. 123.

Nobis ducenda eſt uita, quam natura præſcripſit, nec ab illa declinandum, illam ſequentibus omnia facilia ſunt, & expedita, contra illam nitentibus non eſt alia uita q̃ contra aquam remigantibus. ib.

Magis humanum eſt deſiderare uitam. q̃ deplorare. De Tranquil.

Satis longa uita, & ad maximas res gerẽdas, largè nobis data eſt, ſi tota bene collocaretur. De bre. vi.

Non accepimus breuem uitam, ſed fecimus; non illius inopes, ſed prodigi ſumus. ibidem.

Quàm

Quàm ſerum eſt, tunc uiuere incipere, cum deſinendum eſt. ib.

Quiſque viam ſuam pręcipitat, & futuri deſiderio præſentium tædio laborat. ib.

In tria tépora diuiditur, quod eſt, quod fuit, & quod futurum eſt. Ex his quod agimus, breue eſt, quod acturi ſumus dubium, quod egimus certum. ib.

Quemadmodum per frequentia vrbis loca properanti in multos incurſitandum eſt, & alicubi labi neceſſe eſt, alicubi retineri, alicubi reſpergi; ita in hoc uitæ actu diſſipato & vago multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. De Ira.

Si uolumus credere altius veritatem inſpicientibus, omni uita eſt ſupplicium. De conſol. ad Alb.

Tota vita flebilis eſt, urgebunt noua incommoda, priuſquam ueteribus ſatisfeceris. De conſ. ad Mar.

Nihil eſt tam fallax quàm uita humana, nihil mehercule tam inſidioſum; nullus eã acciperet, niſi daretur inſcijs. Itaque feliciſſimum eſt non naſci, proximum puto breuitate vitę defunctos cito in integrum reſtitui. ibidem.

Tria ſunt uitæ genera; quod eorum ſit optimum, quæri ſolet. Vnum eſt uoluptatis, alterum actionis, tertium cõtemplationis. De ui. bea.

Vita omnis breuis eſt, ideo immortalitas eſt mors honeſta. In Prou.

Quemadmodum quos aut ſermo, aut lectio,

ctio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, & perueniſſe ante ſciunt, quàm appropinquaſſe, ita hoc iter uitę aſſiduũ & citatiſſimum, quod dormientes, vigilanteſque eodem gradu facimus, occupatis non apparet niſi in fine. De breu. ui.

Plut. Vniuſcuiuſque uita eſt temporis punctũ. De lib. educ.

Multi ſapientes viri non nunc, ſed antea deplorauerunt res humanas, iudicantes ſupplicium eſſe hanc vitam, & ſummæ calamitatis loco ducentes, hominem naſci. De cõſol ad Apol.

Quiſque ſecum cogitare debet, non uitam longiſſimam eſſe optimam, ſed quæ cũ virtute ducitur. ib.

Aſpice, quot curis ac moleſtiis uita noſtra obruatur, quas ſi uellemus enumerare, valde quidem eam accuſaremus, & eam cõfirmaremus ſententiam, qua mors uita potior ſtatuitur. ib.

Aequum eſt, nos id genus vitæ, quod nobis eſt commodum, amplexos, in eo elaborare, reliqua omittere. De An. tran.

Apul. Ad uiuendũ profecto uelut ad natandum is eſt melior, qui ab onere magis eſt vacuus. In Apologia.

Gal. Delige optimum uitæ genus, quod reddet conſuetudo iucundum. De cur. an. af

Marſ. Qui nondum ingenio, ac uirtute ſatis profecit, quamuis centum annos uixerit, tamen parum uixit. lib. 1. Epiſt.

Nullus

Nullus ſatis, ac feliciter viuit, niſi qui æternę felicitatis comparandæ gratia viuit. ibid.

Nemini dubium eſt, triplex eſſe viuendi genus, contemplatiuum, actiuum, & voluptuoſum; homines enim triplici uita ad felicitatem peruenire conantur, ſapientia, potentia, & uoluptate. lib.9. Epiſt.

Duplex eſt humanæ vitæ genus, & eorum qui in cœtu uiuunt, ciuilia obeuntes munera, & eorum qui prætermiſſis aut neglectis rerum ciuilium adminiſtrationibus, in ipſarum tãtum rerum naturæ cognitione verſantur, ac ſcientia. lib.3. de prud. *Io. Pic.*

Prudentiſſima artifex natura fuit, & fabricam ſuam admirabili artificio compoſuit, nimis tamen arctos illi terminos ſtatuiſſe viſa eſt, ſatiſque breuem uitam dediſſe homini, quem ad tam multa ac magna genuiſſet. In Char. Vide de Miſeria.

De vitio.

Animi vitium cætera ſuperat mala, idcirco eſt omnium turpiſſimũ. in Gor. *Plato.*

Plana eſt uia ad uitia, ac ſine ſudore peragitur. 4. de leg.

Vitia & virtutes ſunt in noſtra poteſtate. 3. Eth. *Ariſt.*

Non ſolum animi uitia ſunt uoluntaria, ſed interdum etiam corporis, quæ quidem

car-

carpimus, & increpamus, ſi non ſunt à natura, ſed in noſtra poteſtate. ib.

Plo. Quemadmodum regula quadam rectũ à non recto diiudicamus; ſic & vitium tamquam virtuti non congruum. En. 1.

Vitium eſt quædam animi diſſonantia, En. 3.

Porph. Non tantum vitiorum effectus euitare, ſed affectus etiam ipſos omnino euellere debemus. De Abſt.

Pyth. Vitia ſunt penitus euellenda ferro igneque & omnium diſciplinarum machinis.

Aug. Non qui vitiis detinentur, ſed ipſa uitia odio habenda ſunt. De An. quant.

Omne quippè uitium eo ipſo, quo eſt uitium, eſt contra naturam. De lib. arb.

Cum uituperas uitium, id profecto laudas, cuius integritatem deſideras. ib.

Quod naturæ perfectioni deeſſe perſpicimus, id uitium uocamus. ib.

Vitium animæ rationalis eſt uoluntas ea faciendi, quæ vetat ſumma & intima veritas. De uera rel.

Cui non tam expellenda ſunt vitia quã refellenda? quæ utique non ſuſcipere facilius eſt, quàm ſemel ſuſcepta deponere. Ad Demetr.

Duo ſunt ex omnibus vitia, quę homines maximè decipiunt ſua voluptate, gula ſcilicet, ac libido; quæ deponere eò difficilius eſt, quò eis vti eſt iucundius. ib.

Non uitiorum notitia, ſed ipſa uitia nobis diſplicere debent. De Trin.

Vi-

Vitium ita eſt contra naturam, ut non poſſit niſi nocere naturæ. De ciu. Dei.

Etiam ſi vitium conſuetudine, nimio ue progreſſu roboratũ, uelut naturaliter inoleuit, à uoluntate ſumpſit initium. ib.

Bellum contra vitia ſuſcipiendum eſt, & acriter gerendum. ib.

Vitia ex nobis, & ex noſtra uoluntate habemus. In Pſal. 68.

Vitia nos extollent, ſi fuerint infra nos, de uitiis noſtris ſcalam nobis facimus, ſi ipſa calcamus. De temp. ſerm. 176.

Omnia in omnibus vitia ſunt, ſed nõ omnia in ſingulis; hunc natura ad auaritiam impellit, hic libidini, hic uino deditus eſt. 4. de ben. *Sen.*

Nulla ſapientia naturalia corporis, aut animi uitia deponuntur: quicquid inſitum, & ingenitum eſt, lenitur arte non uincitur. Epiſt. xi.

Animus mutandus eſt non locus, quocũque perueneris uitia te ſequētur. Epiſt. 28.

Non multum prodeſt ſua uitia proiecisſe, ſi cum alienis rixandum eſt. ib.

In uitia alter alterum impellimus, quo pacto ad ſalutem reuocari poteſt, quē nullus retrahit, & populus impellit? Epiſt. 40.

Id agere debemus, ut uitiorum illecebras quàm longiſſime fugiamus. Ep. 52.

Facilius eſt, uitiorum initia prohibere, quàm eorum impetus regere. Epiſt. 86.

Errat, qui uitia nobiſcum naſci exiſtimat, ſuperueniunt, & ingeruntur. Ep. 95. *Plato.*

Si

Si uis exercere imperium tibi utile, nulli autem graue, ſubmoue uitia. ib.

Vitia ſunt hominum, non temporum. Epiſt. 98.

Non modo pronum eſt iter ad uitia, ſed præceps. ib.

Quia noſtra uitia amamus, & defendimus, malumus illa excuſare, quàm excutere. Epiſt. 117.

Serpunt uitia, & contactu nocent, & in proximum quemque tranſiliunt. ib.

Vitia ſunt uirtutibus proxima, & perditis quoque ac turpibus eſt recti ſimilitudo. Epiſt. 121.

Aliena uitia in oculis habemus, noſtra autem ſunt à tergo. De Ira.

Optimum eſt, uitiis cognitis, impedimẽta proſpicere. ib.

Cum quædam uitia uirtutes imitentur, ſecerni nõ poſſunt, niſi ſigna, quibus cognoſcantur impreſſeris. De Clem.

Plut. Vitium omnia in ſe habens ad infelicitatem fabricandam poſita homines exagitat. De vit.

Vitium eſt igne ac ferro uiolentius. ib.

Vitia iudicio & exercitatione vincantur, iudicium præcedat oportet, nemo enim aſſueſcit ad uitanda, & ea ex animo euellenda, quæ ipſi moleſta non ſunt: inuiſa autem nobis fiunt uitia, cum ratione perſpicimus, quæ damna, & quam turpitudinem afferant. De Garrul.

Vitia conſiſtunt aut in actionibus, aut in verbis, aut in motibus animi. De diſcr. adul. & am.

Omne uitium uirtute, non aduerſo vitio eſt corrigendum. ib.

In omni uitiorum genere, maximè autē inordinato & confuſo animi ſtatu inſunt quidam gradus. De prof. virt.

Conſcius tibi ſis, dies ac noctes te cōtra vitia depugnare, aut ſaltem non ſæpè ſtatione abire, neque continenter veluti induciis factis internuncios ab ijs uoluptates aliquas, aut oblectationes, aut aliena negocia accipere, non iniuria, alacri confidentique animo ad reliqua perges. ib.

Vbi eſt delectatio uitii? ſi nullibi vacuitas curarum & dolorum, nullibi ſe ipſo cōtentum eſſe, nullibi tranquillitas animi, ociumue conceditur. De virt. & vi.

Vitium ſi iis etiam quæ ſplendida videntur, precioſa & veneranda miſcetur, ea moleſta facit, & iniucunda poſſidentibus. ibid.

Vitium in ipſis viſceribus habitans & inhęrens, noctes atque dies abſque face exurit. ibid.

Quemadmodum corpus, cum à ſuis hoſtibus ſuperatur, morte mulctatur, ita animus dum ſuperatur à vitiis, neceſſe eſt, ut moriatur. De ſal. rel. Lac.

Quia virtutibus amaritudo permixta eſt, vitia verò voluptate cōdita ſūt, illa offenſ,

hac homines deliniti feruntur in præceps, ac bonorum ſpecie decepti, mala pro bonis amplectuntur. ib.

Marſ. Maximum quidem omnium id nobis in vita propoſitum ſit certamen, quo ſuperemus uitium, & uirtutem conſequamur. *In* Pla.

Nullum maius detrimentum excogitari poteſt, quàm illud, quo animus à uitiis afficitur, ita ut quemadmodum homini cum corpore omninò ægroto non expedit uiuere, ita neque cum animo uitiis affecto. ib.

Plerique hominibus obedire, & ſapientum conſilia ſequi nolunt, tamen beſtiis, hoc eſt uitiis ſeruiunt. lib. 1. Epiſt.

Vitia uituperanda ſunt, non homines; illud eſt amici, hoc autem inimici. ib.

De voluptate.

Plato. VOluptatum illecebræ potius maleficæ quædam illaqueationes, quàm uoluptates uocandæ ſunt. in Phil.

Has uoluptates, quæ uirtutis tamquam deæ cuiuſdam ſunt pediſſequę libenter admittimus. ib.

Voluptas eſt omnium maximè temeraria, ea præcipuè, quæ ad venerem pertinet, hæc enim omnium ingentiſſima judicatur. ibid.

Nihil voluptate, eiuſque exultatione immoderatius inueniri poteſt. ib.

A vo-

A voluptatibus ſuperari maxima eſt inſcitia. *In* Prot.

Grauium perturbationum prima eſt voluptas, eſca mali maxima, In Tim.

Voluptates & dolores admodum vehementes omnium morborum animæ grauiſſimi ſunt iudicandi. ib.

Omnis uoluptas quaſi clauum tenens animam corpori affigit, atque connectit, efficitque adeo corpoream, ut iam opinetur, ea eſſe uera, quæ ſuadet corp⁹, in *P*hed.

Nulla eſt maior, uehementior, ac magis furioſa uoluptas, quàm circa venerea. 3. de rep.

Offerunt ſe nobis uoluptates, quæ ad cõtraria nos alliciunt, & dum animæ blandiuntur, ad illa detorquent. 7. de rep.

Qui uoluptatibus indulget, animum ſuũ minime honorat, ſed potius deiicit, cum malis ac pœnitentia eum repleat. 5. de leg.

Voluptas affert ſæpius homini detrimentum & dolorem, animo hebetudinẽ & obliuionem, inſipientiamque, ac petulatiam parit. Epiſt. 3.

Voluptas omnis ſequitur actum, aut affectum. 2. Eth. *Ariſt.*

Nobis omnibus à pueritia ita uoluptas inoleuit, vt ſit difficile, hanc noſtræ uitæ penitus inſitam reiicere. ib.

Difficilius eſt repugnare uoluptati quã iræ ibid.

Multos, ut videtur, voluptas decipit, quæ licet bonum non ſit, tamen apparet: ſequũ-

tur

tur ergo voluptatem tamquam bonum.3. Eth.

Voluptas quò magis eſt voluntaria, eò magis eſt accuſanda.ib.

Appetitus voluptatum eſt inſatiabilis, ſtultoque undique affluunt. ib.

Voluptates ſi magnę ſunt, ac vehementes, à ſuo ſtatu mentem remouent.ib.

Voluptates impediunt prudētiam, & eò magis, quò ſunt maiores quod in venereis patet;nemo enim, dum illis detinetur, mente quicquam proſpicere poteſt.ib.

Voluptates quædam ſunt honeſtæ, quædam turpes, quædam etiam infames.ib.

Pyth. Omnium malorum maximorum eſt uoluptas, qua tamquam clauo ac fibula anima nectitur.

Aug. Voluptas quęrit, quid iucundum ſit ſenſibus, ratio verò quid verum menti videatur. De ciu. Dei.

Minus voluptatibus ſtimulatur qui non eſt vbi eſt voluptatum frequentia. De ſingul cle.

Sen. Voluptas eſt fragilis ac breuis, cuius neceſſe eſt, ut aut nos pæniteat, aut pudeat, & in qua nihil eſt magnificum.7. de ben.

Illa eſt voluptas & homine & viro digna, non implere ventrem, nec ſaginare, nec irritare voluptates, quarũ tutiſſima eſt quies, ſed perturbatione carere.ib.

Homines ſuis voluptatibus ſeruiũt, nõ fruuntur, & mala ſua (quod malorum eſt

vlti-

vltimum amant. Tunc itaque ad maximã infelicitatem peruentum eſt, cũ turpia non ſolum delectant, ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, cum quæ fuerunt vitia, mores fiunt. Epiſt. 39.

Valde pernicioſi ſunt auribus noſtris, qui voluptates laudant. Epiſt. 24.

Voluptas eſt res humilis & puſilla, & minimi facienda, communis cum brutis animantibus. ib.

Indurandus eſt animus, & à blãdimentis voluptatum procul abducendus. Epiſt 52.

Debellãdę ſunt voluptates, quę ſæua etiã ingenia ad ſe rapiunt. ib.

Voluptates præcipuè euellere oportet, & tanquam latrones odio habere; nos enim amplectuntur, ut ſtrangulent. ib.

Voluptas eſt pecoris bonum. Epiſt. 92.

Voluptas diſſoluit, & omne robur emollit. ibid.

In primis reiiciẽdę ſunt uoluptates, quæ nos eneruãt, & effeminatos reddũt. Ep. 106.

Indulgere voluptati eſt omnium malorum initium. Epiſt. 3.

Voluptas eſt quiddã humile, ſeruile, imbecillũ & caducũ, cuius ſtatio ac domicilium ſunt fomites ac popinæ. De vita be.

*V*oluptas cum maximè delectat, tunc extinguitur, nec multum habet loci: itaque cito implet, ac moleſta eſt, & poſt primum impetum marceſcit. ib.

Quid mihi voluptatem nominas? hominis bonum quęro non ventris, qui laxior eſt

pecudibus ac belluis.ib.

Qui ſequũtur voluptatem,non ipſi voluptatem,ſed ipſos uoluptas habet, cuius aut inopia torquentur, aut copia ſtrangulãtur, miſeri ſi deſeruntur ab illa, miſeriores ſi obruuntur.ib.

Qui ſectatur uoluptatem, omnia poſtponit, & primum libertatem negligit, ac pro ventre dependit, nec ſibi uoluptates emit, ſed ſe uoluptatibus vendit.ib.

Plut. Cum tria ſint uiuendi genera, vnum in agendo,alterum in contemplando,tertium in perfruendis uoluptatibus uerſatur, qui tertium hoc ſequitur, eſt diſſolutus, uoluptatum ſeruus,belluarum ſimilis, & abiectus. De lib.educ.

Voluptates ratione ſuperare ſapientis eſt.ibid.

Voluptatum illecebræ non ſunt peſtes, quæ externa quadam ratione in animum introducantur, ſed cognatæ ac domeſticę, forteſque plurimorum peſtilentium affectuum, quos ſiquis permittat indoli ſuæ innaſci,ac recta ratione, ſaniſque dictis nõ reuellat,ac totum habitum immutet,quo decens,aptaque euadat,nihil eſt quod ſperes, immanibus belluis fore mitiorem. De off, aud.

Brutorum eſt,omnes uoluptates ſectari, ſtolidi autem omnes fugere.in Conu.

Gal. Quicquid facinoris homines perpetrare audent,id agunt aut uoluptatis fallacia,aut ſuadente auaritia.De ſectis.

Putare,

Putare, voluptatem bonnm exiſtere, quẽadmodum Epicureus exiſtimabat, eſt opinio peccans, falſa, ac vitioſa. De pla. Hip. Pla.

Qui hauriendis voluptatibus ſitientes incumbunt, per eas imprudẽtes in laqueos mortis incidnnt. De fal. rel. *Lact.*

Qui ſeruiunt voluptatibus, vim mentis extinguunt, & cum ſe viuere maximè putẽt, ad mortem concitatiſſimè properant. De verò cultu.

Omnis voluptas eſt caduca & breuis. ib.

Ea eſt vera voluptas, quæ eſt virtutis comes & ſocia. ib.

Sicut vita perpetua eſt in virtute, ita mors in voluptate. ib.

Qui voluptatibus indulgent, hi animam ſuam corpori mancipant, ad mortemque condemnant, quia ſe corpori addixerunt, in quo mors habet poteſtatem. ib.

Fructus voluptatis æque ac ipſa ſunt breues ac temporales. De diu. prou.

Nimia voluptatis appetentia & periculum parit, & inſaniam generat. lib. diu inſt.

Reijciendę ſunt noxiæ voluptates, ne peſtifera ſuauitate deliniti in mortem incidamus. ib.

Nemo voluptatis poſſeſſione fit melior, cum voluptas ſit etiam beſtijs, & maior quã hominibus. De Volupt. *Marſ.*

Nemo eſt, qui modo vllam corporis voluptatem perceperit, qui neſciat, quàm ſit fragilis, quàm breuis, quanta celeritate

Ariſt. Triplex eſt vita, voluptuoſa, ciuilis, & cõtemplatiua. 1. Eth.

Vulgus omnino ſeruile videtur, pecudũ vitam diligendo, ſubſtinetur autem ob id, quòd pleriq́ue in poteſtatibus conſtituti inſtar Sardanapali vitam degunt. ibi.

Vita omnibus eſt expetenda, bonis uiris præcipuè, quorum vita eſt beatiſſima. 9. Eth.

Vita diuiditur in ocium & negocium, in pacem & bellum, 7. Pol. cap. 14.

Vita eſt permanſio nutritiuę animę cum calido De vit. & mor.

Aug. Cupis, ut uita ſit lohga, etſi mala, imo fac, ut ſit bona, & noli timere de breuitate. Homil. 1.

Præſens vita eſt aſſiduum bellum. In Euang. Ioan.

Nonne uita iſta morti eſt ſimilis? dies autem ipſi properantes tranſeunt, quia dies hodiernus heſternum excludit; craſtinus ideo naſcitur, ut hodiernum excludat. ibidem.

Quid eſt diu uiuere, niſi diu torqueri? niſi malos dies malis diebus addere? In Euãg. Math.

Vita longiſſima eſt tamquam aura matutina. In Pſal. 36.

Hæc uita eſt horribilis & laborioſa, fragilis & moleſta, caduca ac miſera, deceptrix atque doloſa, & erumnarum plena In luctu naſcimur, in labore viuimus, & in dolore morimur. Ad fra. in Er.

Hæc vita eſt miſera,caduca,incerta, laborioſa,immunda,malorum domina,ſuperborum regina, plena erroribus & miſeriis, quę non eſt dicenda vita ſed mors. In qua ſingulis momentis morimur, quam humores tumefaciunt,dolores extenuant; ardores exſiccant, cibi inflant, inedia macerat, ioci diſſoluunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat,ſecuritas hebetat,diuitiæ inflant,paupertas deiicit,iuuentus extollit, ſenectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit. Ex omnibus his malis mors furibunda ſequitur, ſimulque cunctis gaudiis illius miſeræ uitę ita finem imponit, ut cum eſſe deſierit,non fuiſſe putetur. Mors iſta uitalis, & vita mortalis, quamuis his & aliis repleta ſit moleſtiis, & incommodis (Proh dolor) quàmplurimos ſuis capit illecebris, & quàmmultos ſuis pro miſſionibus decipit. De Meditationibus.

Homo nunquam eſt in uita, ex quo eſt in corpore iſto potius moriente, quàm viuente. 13. de Ciu. *Dei*.

Nemo curat quàm benè uiuat, ſed quamdiu, cum vnicuique contingere poſſit ut benè uiuat, ut diu nemini. Epiſt. 22. Sen.

Sic uiue cum inferiore, quemadmodum tecum ſuperiorem uiuere uelis. Epiſt. 47.

Punctũ eſt quod uiuimus, & adhuc puncto minus Epiſt 50.

Non viuere bonum eſt, ſed bene uiuere; itaque ſapiens viuit quantum debet, non quantum poteſt: uidebit ubi uicturus ſit, cũ quibus, quomodo, & quid acturus. Epiſt. 71.

Sic viuendum tamquam in conſpectu vi uamus, ſic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum conſpicere poſſit. Epi. 84.

Non vt diu uiuamus, curandum eſt, ſed vt ſatis; nam vt diu uiuas, fato opus eſt, vt ſa tis animo, longa eſt uita, ſi plena eſt, i mpletur autẽ cum animus ſibi bonum ſuum red didit, & ad ſe poteſtatẽ ſui tranſtulit. Epiſt. 94.

Maximum eſt uitæ vitium, quòd ſemper eſt imperfecta, & quòd ex alio in aliud defertur. Epiſt. 102.

Eſt res ſordida, uia trita ac uulgari uiuere. Epiſt. 123.

Nobis ducenda eſt uita, quam natura præſcripſit, nec ab illa declinandum, illam ſequentibus omnia facilia ſunt, & expedita, contra illam nitentibus non eſt alia uita q̃ contra aquam remiganti bus. ib.

Magis humanum eſt deſiderare uitam, q̃ deplorare. De Tranquil.

Satis longa uita, & ad maximas res gerẽdas, largè nobis data eſt, ſi tota bene collocaretur. De bre. vi.

Non accepimus breuem uitam, ſed fecimus; non illius inopes, ſed prodigi ſumus. ibidem.

Quàm

Quàm ſerum eſt, tunc uiuere incipere, cum deſinendum eſt. ib.

Quiſque viam ſuam pręcipitat, & futuri deſiderio præſentium tædio laborat. ib.

In tria tẽpora diuiditur, quod eſt, quod fuit, & quod futurum eſt. Ex his quod agimus, breue eſt, quod acturi ſumus dubium, quod egimus certum. ib.

Quemadmodum per frequentia vrbis loca properanti in multos incurſitandum eſt, & alicubi labi neceſſe eſt, alicubi retineri, alicubi reſpergi; ita in hoc uitæ actu diſſipato & vago multa impedimenta, multæ querelæ incidunt. De Ira.

Si uolumus credere altius veritatem inſpicientibus, omni uita eſt ſupplicium. De conſol. ad Alb.

Tota vita flebilis eſt, urgebunt noua incommoda, priuſquam ueteribus ſatisfeceris. De conſ. ad Mar.

Nihil eſt tam fallax quàm uita humana, nihil mehercule tam inſidioſum; nullus eã acciperet, niſi daretur inſcijs. Itaque feliciſſimum eſt non naſci, proximum puto breuitate vitę defunctos cito in integrum reſtitui. ibidem.

Tria ſunt uitæ genera; quod eorum ſit optimum, quæri ſolet. Vnum eſt uoluptatis, alterum actionis, tertium cõtemplationis. De ui. bea.

Vita omnis breuis eſt, ideo immortalitas eſt mors honeſta. In Prou.

Quemadmodum quos aut ſermo, aut lectio,

ctio, aut aliqua interior cogitatio iter facientes decipit, & perueniſſe ante ſciunt, quàm appropinquaſſe, ita hoc iter uitę aſſiduū & citatiſſimum, quod dormientes, vigilanteſque eodem gradu facimus, occupatis non apparet niſi in fine. De breu. ui.

Plut. Vniuſcuiuſque uita eſt temporis punctū. De lib. educ.

Multi ſapientes viri non nunc, ſed antea deplorauerunt res humanas, iudicantes ſupplicium eſſe hanc vitam, & ſummæ calamitatis loco ducentes, hominem naſci. De cōſol. ad Apol.

Quiſque ſecum cogitare debet, non uitam longiſſimam eſſe optimam, ſed quæ cū virtute ducitur. ib.

Aſpice, quot curis ac moleſtiis uita noſtra obruatur, quas ſi uellemus enumerare, valde quidem eam accuſaremus, & eam cōfirmaremus ſententiam, qua mors uita potior ſtatuitur. ib.

Aequum eſt, nos id genus vitæ, quod nobis eſt commodum, amplexos, in eo elaborare, reliqua omittere. De An. tran.

Apul. Ad uiuendū profecto uelut ad natandum, is eſt melior, qui ab onere magis eſt vacuus. In Apologia.

Gal. Delige optimum uitæ genus, quod reddet conſuetudo iucundum. De cur. an. af

Marſ. Qui nondum ingenio, ac uirtute ſatis profecit, quamuis centum annos uixerit, tamen parum uixit. lib. 1. Epiſt.

Nullus

Nullus ſatis, ac feliciter viuit, niſi qui æternę felicitatis comparandæ gratia viuit. ibid.

Nemini dubium eſt, triplex eſſe viuendi genus, contemplatiuum, actiuum, & voluptuoſum; homines enim triplici uita ad felicitatem peruenire conantur, ſapientia, potentia, & uoluptate. lib. 9. Epiſt.

Duplex eſt humanæ vitæ genus, & eorum qui in cœtu uiuunt, ciuilia obeuntes munera, & eorum qui prætermiſſis aut neglectis rerum ciuilium adminiſtrationibus, in ipſarum tãtum rerum naturæ cognitione verſantur, ac ſcientia. lib. 3. de prud. *Io. Pi.*

Prudentiſſima artifex natura fuit, & fabricam ſuam admirabili artificio compoſuit, nimis tamen arctos illi terminos ſtatuiſſe viſa eſt, ſatiſque breuem uitam dediſſe homini, quem ad tam multa ac magna genuiſſet. In Char. Vide de Miſeria.

De vitio.

Animi vitium cætera ſuperat mala, idcirco eſt omnium turpiſſimũ. in Gor. *Plato.*

Plana eſt uia ad uitia, ac ſine ſudore peragitur. 4. de leg.

Vitia & virtutes ſunt in noſtra poteſtate, 3. Eth. *Ariſ.*

Non ſolum animi uitia ſunt uoluntaria, ſed interdum etiam corporis, quæ quidem car-

carpimus,& increpamus,ſi non ſunt à natura,ſed in noſtra poteſtate.ib.

Plot. Quemadmodum regula quadam rectũ à non recto diiudicamus;ſic & vitium tamquam virtuti non congruum. En.1.

Vitium eſt quædam animi diſſonantia, En. 3.

Porph. Non tantum vitiorum effectus euitare, ſed affectus etiam ipſos omnino euellere debemus. De Abſt.

Pyth. Vitia ſunt penitus euellenda ferro igneque & omnium diſciplinarum machinis.

Aug. Non qui vitiis detinentur, ſed ipſa uitia odio habenda ſunt. De An.quant.

Omne quippè uitium eo ipſo, quo eſt uitium, eſt contra naturam. De lib. arb.

Cum uituperas uitium, id profectò laudas,cuius integritatem deſideras.ib.

Quod naturæ perfectioni deeſſe perſpicimus,id uitium uocamus.ib.

Vitium animæ rationalis eſt uoluntas ea faciendi, quæ vetat ſumma & intima veritas. De uera rel.

Cui non tam expellenda ſunt vitia quã refellenda? quæ utique non ſuſcipere facilius eſt, quàm ſemel ſuſcepta deponere. Ad Demetr.

Duo ſunt ex omnibus vitia,quę homines maximè decipiunt ſua voluptate, gula ſcilicet,ac libido; quæ deponere eò difficilius eſt, quò eis vti eſt iucundius. ib.

Non uitiorum notitia, ſed ipſa uitia nobis diſplicere debent. De Trin.

Vitium ita eſt contra naturam, ut non poſſit niſi nocere naturæ. De ciu. Dei.

Etiam ſi vitium conſuetudine, nimio ue progreſſu roboratũ, uelut naturaliter inoleuit, à uoluntate ſumpſit initium. ib.

Bellum contra vitia ſuſcipiendum eſt, & acriter gerendum. ib.

Vitia ex nobis, & ex noſtra uoluntate habemus. In Pſal. 68.

Vitia nos extollent, ſi fuerint infra nos, de uitiis noſtris ſcalam nobis facimus, ſi ipſa calcamus. De temp. ſerm. 176.

Sen. Omnia in omnibus vitia ſunt, ſed nõ omnia in ſingulis; hunc natura ad auaritiam impellit, hic libidini, hic uino deditus eſt. 4. de ben.

Nulla ſapientia naturalia corporis, aut animi uitia deponuntur: quicquid inſitum, & ingenitum eſt, lenitur arte non uincitur. Epiſt. 11.

Animus mutandus eſt non locus, quocũque perueneris uitia te ſequetur. Epiſt. 28.

Non multum prodeſt ſua uitia proieciſſe, ſi cum alienis rixandum eſt, ib.

In uitia alter alterum impellimus, quo pacto ad ſalutem reuocari poteſt, quẽ nullus retrahit, & populus impellit? Epiſt. 40.

Id agere debemus, ut uitiorum illecebras quàm longiſſimè fugiamus. Ep. 52.

Facilius eſt, uitiorum initia prohibere, quàm eorum impetus regere. Epiſt. 86.

Plato. Errat, qui uitia nobiſcum naſci exiſtimat, ſuperueniunt, & ingeruntur. Ep. 95.

Si

Si uis exercere imperium tibi utile, nulli autem graue, ſubmoue uitia. ib.

Vitia ſunt hominum, non temporum. Epiſt. 98.

Non modo pronum eſt iter ad uitia, ſed præceps. ib.

Quia noſtra uitia amamus, & defendimus, malumus illa excuſare, quàm excutere. Epiſt 117.

Serpunt uitia, & contactu nocent, & in proximum quemque tranſiliunt. ib.

Vitia ſunt uirtutibus proxima, & perditis quoque ac turpibus eſt recti ſimilitudo. Epiſt. 121.

Aliena uitia in oculis habemus, noſtra autem ſunt à tergo. De Ira.

Optimum eſt, uitiis cognitis, impedimẽta proſpicere. ib.

Cum quædam uitia uirtutes imitentur, ſecerni nõ poſſunt, niſi ſigna, quibus cognoſcantur impreſſeris. De Clem.

Plut. Vitium omnia in ſe habens ad infelicitatem fabricandam poſita homines exagitat. De vit.

Vitium eſt igne ac ferro uiolentius. ib.

Vitia iudicio & exercitatione uincantur, iudicium præcedat oportet, nemo enim aſſueſcit ad uitanda, & ea ex animo euellenda, quæ ipſi moleſta non ſunt: inuiſa autem nobis fiunt uitia, cum ratione perſpicimus, quæ damna, & quam turpitudinem afferant. De Garrul.

Vitia conſiſtunt aut in actionibus, aut in verbis, aut in motibus animi. De diſcr. adul. & am.

Omne uitium uirtute, non aduerſo vitio eſt corrigendum. ib.

In omni uitiorum genere, maximè autē inordinato & confuſo animi ſtatu inſunt quidam gradus. De prof. virt.

Conſcius tibi ſis, dies ac noctes te cōtra vitia depugnare, aut ſaltem non ſępè ſtatione abire, neque continenter veluti induciis factis internuncios ab ijs uoluptates aliquas, aut oblectationes, aut aliena negocia accipere, non iniuria, alacri confidentique animo ad reliqua perges. ib.

Vbi eſt delectatio uitii? ſi nullibi vacuitas curarum & dolorum, nullibi ſe ipſo cōtentum eſſe, nullibi tranquillitas animi, ociumue conceditur. De virt. & vi.

Vitium ſi iis etiam quæ ſplendida videntur, precioſa & veneranda miſcetur, ea moleſta facit, & iniucunda poſſidentibus. ibid.

Vitium in ipſis viſceribus habitans & inhęrens, noctes atque dies abſque face exurit. ibid.

Quemadmodum corpus, cum à ſuis hoſtibus ſuperatur, morte mulctatur, ita animus dum ſuperatur à vitiis, neceſſe eſt, ut moriatur. De fal. rel. *Lac.*

Quia virtutibus amaritudo permixta eſt, vitia verò voluptate cōdita sūt, illa offenſ,

hac homines deliniti feruntur in præceps, ac bonorum ſpecie decepti, mala pro bonis amplectuntur. ib.

Marſ. Maximum quidem omnium id nobis in vita propoſitum ſit certamen, quo ſuperemus uitium, & uirtutem conſequamur. *In* Pla.

Nullum maius detrimentum excogitari poteſt, quàm illud, quo animus à uitiis afficitur, ita ut quemadmodum homini cum corpore omninò ægroto non expedit uiuere, ita neque cum animo uitiis affecto. ib.

Pleriquę hominibus obedire, & ſapientum conſilia ſequi nolunt, tamen beſtiis, hoc eſt uitiis ſeruiunt. lib. 1. Epiſt.

Vitia uituperanda ſunt, non homines; illud eſt amici, hoc autem inimici. ib.

De voluptate.

Plato. VOluptatum illecebræ potius maleficæ quædam illaqueationes, quàm uoluptates uocandæ ſunt. in Phil.

Has uoluptates, quæ uirtutis tamquam deæ cuiuſdam ſunt pediſſequę libenter admittimus. ib.

Voluptas eſt omnium maximè temeraria, ea præcipuè, quæ ad venerem pertinet, hæc enim omnium ingentiſſima iudicatur. ibid.

Nihil voluptate, eiuſque exultatione immoderatius inueniri poteſt. ib.

A vo-

A voluptatibus ſuperari maxima eſt inſcitia. *In* Prot.

Grauium perturbationum prima eſt voluptas, eſca mali maxima, In Tim.

Voluptates & dolores admodum vehementes omnium morborum animæ grauiſſimi ſunt iudicandi. ib.

Omnis uoluptas quaſi clauum tenens animam corpori affigit, atque connectit, efficitque adeo corpoream, ut iam opinetur, ea eſſe uera, quæ ſuadet corp', in *Phed.*

Nulla eſt maior, uehementior, ac magis furioſa uoluptas, quàm circa venerea. 3. de rep.

Offerunt ſe nobis uoluptates, quæ ad cõtraria nos alliciunt, & dum animæ blandiuntur, ad illa detorquent. 7. de rep.

Qui uoluptatibus indulget, animum ſuũ minime honorat, ſed potius deiicit, cum malis ac pęnitentia eum repleat. 5. de leg.

Voluptas affert ſępius homini detrimentum & dolorem, animo hebetudinẽ & obliuionem, inſipientiamque, ac petulatiam parit. Epiſt. 3.

Voluptas omnis ſequitur actum, aut affectum. 2. Eth. *Ariſt.*

Nobis omnibus à pueritia ita uoluptas inoleuit, vt ſit difficile, hanc noſtræ uitæ penitus inſitam reiicere. ib.

Difficilius eſt repugnare uoluptati quã iræ ibid.

Multos, ut videtur, voluptas decipit, quæ licet bonum non ſit, tamen apparet: ſequũtur

tur ergo voluptatem tamquam bonum.3. Eth.

Voluptas quò magis eſt voluntaria, eò magis eſt accuſanda.ib.

Appetitus voluptatum eſt inſatiabilis, ſultoque undique affluunt. ib.

Voluptates ſi magnę ſunt, ac vehementes, à ſuo ſtatu mentem remouent.ib.

Voluptates impediunt prudētiam, & eò magis, quò ſunt maiores quod in venereis patet; nemo enim, dum illis detinetur, mente quicquam proſpicere poteſt.ib.

Voluptates quædam ſunt honeſtæ; quædam turpes, quædam etiam infames.ib.

Pyth. Omnium malorum maximorum eſt uoluptas, qua tamquam clauo ac fibula anima nectitur.

Aug. Voluptas quęrit, quid iucundum ſit ſenſibus, ratio verò quid verum menti videatur. De ciu. Dei.

Minus voluptatibus ſtimulatur qui non eſt vbi eſt voluptatum frequentia. De ſingul. cle.

Sen. Voluptas eſt fragilis ac breuis, cuius neceſſe eſt, ut aut nos pæniteat, aut pudeat, & in qua nihil eſt magnificum.7. de ben.

Illa eſt voluptas & homine & viro digna, non implere ventrem, nec ſaginare, nec irritare voluptates, quarũ tutiſſima eſt quies, ſed perturbatione carere.ib.

Homines ſuis voluptatibus ſeruiunt, nõ fruuntur, & mala ſua (quod malorum eſt vlti-

vltimum amant. Tunc itaque ad maximã infelicitatem peruentum eſt, cũ turpia non ſolum delectant, ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, cum quæ fuerunt vitia, mores fiunt. Epiſt. 39.

Valde pernicioſi ſunt auribus noſtris, qui voluptates laudant. Epiſt. 24.

Voluptas eſt res humilis & puſilla, & minimi facienda, communis cum brutis animantibus. ib.

Indurandus eſt animus, & à blãdimentis voluptatum procul abducendus. Epiſt 52.

Debellãdę ſunt voluptates, quę ſæua etiã ingenia ad ſe rapiunt. ib.

Voluptates præcipuè euellere oportet, & tanquam latrones odio habere; nos enim amplectuntur, ut ſtrangulent. ib.

Voluptas eſt pecoris bonum. Epiſt. 92.

Voluptas diſſoluit, & omne robur emollit. ibid.

In primis reiiciẽdę ſunt uoluptates, quæ nos eneruãt, & effeminatos reddũt. Ep. 106.

Indulgere voluptati eſt omnium malorum initium. Epiſt. 3.

Voluptas eſt quiddã humile, ſeruile, imbecillũ & caducũ, cuius ſtatio ac domicilium ſunt fornices ac popinæ. De vita be.

Voluptas cum maximè delectat, tunc extinguitur, nec multum habet loci: itaque cito implet, ac moleſta eſt, & poſt primum impetum marceſcit. ib.

Quid mihi voluptatem nominas? hominis bonum quęro non ventris, qui laxior eſt pe-

Putare, voluptatem bonum exiſtere, quẽadmodum Epicureus exiſtimabat, eſt opinio peccans,falſa,ac vitioſa. De pla. Hip. Pla.

Qui hauriendis voluptatibus ſitientes incumbunt,per eas imprudẽtes in laqueos mortis incidunt. De fal.rel. *Lact.*

Qui ſeruiunt voluptatibus, vim mentis extinguunt,& cum ſe viuere maximè putẽt, ad mortem concitatiſſimè properant. De verò cultu.

Omnis voluptas eſt caduca & breuis. ib.

Ea eſt vera voluptas, quæ eſt virtutis comes & ſocia.ib.

Sicut vita perpetua eſt in virtute, ita mors in voluptate. ib.

Qui voluptatibus indulgent, hi animam ſuam corpori mancipant, ad mortemque condemnant, quia ſe corpori addixerunt, in quo mors habet poteſtatem.ib.

Fructus voluptatis æque ac ipſa ſunt breues ac temporales. De diu.prou.

Nimia voluptatis appetentia & periculum parit,& inſaniam generat.lib.diu inſt.

Reijciendę ſunt noxiæ voluptates, ne peſtifera ſuauitate deliniti in mortem incidamus.ib.

Nemo voluptatis poſſeſſione fit melior, cum voluptas ſit etiam beſtijs,& maior quã hominibus. De Volupt. *Marſ.*

Nemo eſt,qui modo vllam corporis voluptatem perceperit,qui neſciat, quàm ſit fragilis, quàm breuis, quanta celeritate

labatur, ac defluat, & quàm cito in contrarium conuertatur. ib.

Voluptates impediunt prudentiam, mẽti tenebras infundunt, iudicium labefactãt, ſuiſque blanditiis, ac lenocinijs quaſi meretricula quædam mentes hominum ad ſe alliciunt, atque illaqueant, omnemque hominis naturam in vitiorum ac ſcelerum luto & cęno proſternunt. ib.

Voluptas neque autem, neque rationẽ, neque ordinem vllum ſequitur, ſed potius repentino ac temerario quodam ſenſuum impetu in nobis excitatur, quàm aut certo iudicio, aut conſilio blanditur ſenſibus, corpus quadam ſuauitate pernicioſa delinit, effeminat animum, atque à ſuo ſtatu mentem & rationem abducit. ib.

Voluptates intollerabili quodam cupiditatis ardore ſenſus afficiunt, curas accẽdũt, animum ſolicitudine onerant, & in furorẽ quendam rabiemque compellunt. ib.

Perſpicuum eſt, ex uoluptatibus omnes peſtiferas animi perturbationes proficiſci, adulteria, ſtupra, homicidia, furta, diſſenſiones, ſcelera denique omnia. ib.

Voluptates ardentiſſimis, & innumeris affectibus quaſi quibuſdam furiis animũ exagitant, ut ab illa tranquillitate ſit alienus, quam natura ſummopere expoſtulat. ibidem.

Qui voluptatī maximè deditus eſt, non modo non aſcendit ad ea, quæ meliora sũt ac diuina, ſed ne proprię quidem naturæ

ſtatum

ſtatum, dignitatemque retinent, & ex animo ad corpus, ex mente ad ſenſus, & ex homine ad beſtias labitur. ib.

Voluptatibus dediti non modo ab immortalium deorum præſtantia, ſed ab hominum quoque natura degenerare videntur, omnemque humanam rationem excuti fęidiſſimas porcorum ſordes induere. ib.

Breuis uoluptas ſummo & diuturno dolore emitur. lib. 1. Epiſt.

Qui voluptatibus nimium dediti ſunt, ſæpè in grauiſſimos dolores incidunt, & cũ expleri & impleri oſtendunt, tunc magis cupiunt & ſoluitantur. lib. 5. Epiſt.

In cęno ac voluptatum caligine, quis nõ amittit ſplendorem, ac lucem veritatis? In Heptaplo. *Io. Pic.*

Quid eſt optabile in mundi uoluptatibus? quæ dum quæruntur, fatigant, cum acquiruntur, inſaniam pariunt, cum amittuntur, excruciant. lib. 1. Epiſt.

Illud turpiſſimum iudicandum eſt, quod nonnulli, vt voluptates adipiſcantur, imperitę multitudinis errore ducti, non tantum grauiſſimos labores ſuſcipere, ſed vitam etiam ipſam offerre parati ſint; qui mihi nihilo plus agere videntur, quàm vt cum labore, & periculo turpiſſimi euadant. lib. 1. de Obed. *Ic. Põt.*

Nihil eſt tam ſeruile & abiectum, quàm voluptatibus deditum eſſe. ib.

Siquis iudicauerit, quot quantaque ex uoluptatibus pululent mala, quot affe-

rantur tormenta & ſenſibus & corpori, deſinet admirari tantopere voluptates, lib. 2. de forti.

Qui bene uiuunt, ideſt, qui virtutem colunt, honeſtisque uerſantur in actionibus, ij vera, perfectaque, & homine digna fruuntur voluptate. lib. 1. de prud.

Voluptas animi vires ſic eneruat, ut nihil niſi languidum, muliebre, & tanquam euiratum, aut ſentire patiatur, aut conſulere. lib. 3. de prud.

Voluptas rara eſſe debet, ac tũ maximè delectat, cum ſit quàm honeſtiſſima. In Char.

Speuſippus de definitionibus traditis à Plat.

AVrora eſt diei principium, vel primum à Sole lumen.

Aer eſt elementum, cuius omnes loci mutationes ſunt ſecundum naturam.

Anima eſt, quod ſe ipſum mouet, animalibus vitalis motus cauſſa.

Aequitas eſt iuſtorum, conducentiumque remiſſio, in cõmercijs ordo rationalis animæ quoad honeſta ac turpia.

Aſtutia eſt affectio, qua finem coniectamus.

Animoſitas eſt impet⁹ violẽt⁹ irrationalis animæ abſque rationis, ac mentis ordine.

Ami-

Amicitia eſt conſenſus in rebus iuſtis & honeſtis, eiuſdem vitæ electio, conſenſus in deliberando atque agendo. Concordia in communione vitæ cum beneuolentia. Cõmunio in dandis, accipiendiſque beneficijs.

Attentio eſt intentio animi ad diſcendũ.

Adulatio eſt conuerſatio ad voluptatem abſque ratione boni, uel habitus ad oblectationem conſuetudinis tendens, mediocritatemque tranſgrediens.

Ambitio eſt habitus animæ, omnes ſumptus honoris gratia admittens. præter rationis normam.

Auxilium eſt expulſio mali vel præſentis uel imminentis.

Beatitudo eſt bonum, quod ex omnibus bonis conſtat, vel poteſtas, quæ per ſe ſatis eſt ad benè viuendum, vel perfectio ſecundum virtutem.

Bonitas eſt affectio, qua eligimꝰ optima.

Bonum eſt, quod ſui ipſius gratia eſt expetendum, vel quod in omnibus quæ ſunt eſt ſalutis cauſſa, vel quod ad ipſum tendit à quo veniunt omnia quæ ſunt eligenda.

Beneũolentia eſt electio hominis ad hominem, grata atque accepta:

Cælum eſt corpus, quod omnia corpora complectitur.

Conſenſio eſt rerum omniũ communicatio, cogitationumque concordia.

Charitas eſt integra animi declaratio. Ciuilis ſcientia honeſtorũ atq; vtiliũ. Scientia

iuſtitiam in Rempublicam inducens.

Conſilium eſt admonitio alterius de rerum agendarum ratione.

Cautio eſt euitatio mali, vel diligentia cuſtodiendi.

Concordia eſt conſenſus imperantiũ, & ſubditorũ in imperandi, obediendiue rõne.

Conſultatio eſt conſideratio futurorum, quonam pacto conferant.

Coniectura eſt rei latentis iudicium.

Celebritas eſt tẽpus ſacrũ ſecundũ leges.

Ciuilis hõ dicitur, q̃ peritus eſt eorũ, quę ad reipublicæ adminiſtrationem pertinẽt.

Ciuitas eſt habitatio multorum hominum, qui communibus legibus vtuntur, vel cœtus hominum, qui iiſdem legibus ſubiecti ſunt.

Ciuitatis virtus eſt recta reipublicæ conſtitutio.

Continens eſt, qui partes animę rationi repugnantes cohibet.

Conſcientia eſt cogitatio triſtis abſque ratiocinatione.

Contumelia eſt iniuria, quæ per contemptum infertur.

Calumnia eſt amicorum diſſenſio, quæ fit verbis.

Contrarietas eſt maxima illorum diſtantia, quæ ſub eodem genere per quaſdam differentias continentur.

Cogitatio eſt animæ curatio ob commiſſa ſcelera.

Deus eſt viuẽs immortale per ſe ipſum ad beati-

beatitudinẽ ſufficiens. Eſſentia ſempiterna ipſius boni cauſſa.

Dies eſt ſolis iter ab ortu ad occaſũ, vel lumen nocti contrarium.

Docilitas eſt animæ ingenium ad velociter percipiendum.

Donum eſt mutua gratiarum relatio.

Diuinatio eſt ſcientiæ rerũ abſq; demonſtratione præſaga.

Dictio eſt vox hominis quæ ſcribi põt, & ſignum quoddam commune abſque cantus harmonia ſignificans.

Definitio eſt oratio ex gñe, differentiaq; compoſita.

Demonſtratio eſt ratiocinatio vera, vel oratio, quæ aliquid oſtẽdit per pręcognita.

Decretum eſt inſtitutum ciuile, quod certum tempus reſpicit.

Depoſitum eſt tributio cum fide.

Dominatio eſt iuſtus principatus nulli ſubditus.

Degeneratio eſt prauitas in natura, uel declinatio ab eo, quod eſt ſecundũ naturam.

Diſciplina eſt facultas, quæ animũ curat.

Elementum eſt illud, ex quo componũtur, & in quod compoſita diſſoluuntur.

Electio eſt approbatio, vel actio recta.

Elemẽtum vocis eſt vox ſimplex, & cauſſa, vt cętere voces ſint voces.

Eruditio eſt diſciplinæ traditio.

Fortuna eſt motus ab occulto in occultum, caſu quodam felicis actionis cauſſa.

Fortitudo eſt habitus animæ intrepidus,

carpimus,& increpamus,ſi non ſunt à natura,ſed in noſtra poteſtate.ib.

Plu. Quemadmodum regula quadam rectũ à non recto diiudicamus;ſic & vitium tamquam virtuti non congruum. En.1.

Vitium eſt quædam animi diſſonantia, En. 3.

Porph. Non tantum vitiorum effectus euitare, ſed affectus etiam ipſos omnino euellere debemus. De Abſt.

Pyth. Vitia ſunt penitus euellenda ferro igneque & omnium diſciplinarum machinis.

Aug. Non qui vitiis detinentur, ſed ipſa uitia odio habenda ſunt. De An.quant.

Omne quippè uitium eo ipſo, quo eſt uitium, eſt contra naturam. De lib. arb.

Cum uituperas uitium, id profecto laudas,cuius integritatem deſideras.ib.

Quod naturæ perfectioni deeſſe perſpicimus,id uitium uocamus.ib.

Vitium animæ rationalis eſt uoluntas ea faciendi, quæ vetat ſumma & intima veritas. De uera rel.

Cui non tam expellenda ſunt vitia quã refellenda? quæ utique non ſuſcipere facilius eſt, quàm ſemel ſuſcepta deponere. Ad Demetr.

Duo ſunt ex omnibus vitia,quę homines maximè decipiunt ſua voluptate, gula ſcilicet,ac libido; quæ deponere eò difficilius eſt, quò eis vti eſt iucundius. ib.

Non uitiorum notitia, ſed ipſa uitia nobis diſplicere debent. De Trin.

Vitium ita eſt contra naturam, ut non poſſit niſi nocere naturæ. De ciu. Dei.

Etiam ſi vitium conſuetudine, nimio ue progreſſu roboratũ, uelut naturaliter inoleuit, à uoluntate ſumpſit initium. ib.

Bellum contra vitia ſuſcipiendum eſt, & acriter gerendum. ib.

Vitia ex nobis, & ex noſtra uoluntate habemus. In Pſal. 68.

Vitia nos extollent, ſi fuerint infra nos, de uitijs noſtris ſcalam nobis facimus, ſi ipſa calcamus. De temp. ſerm. 176.

Omnia in omnibus vitia ſunt, ſed nõ omnia in ſingulis; hunc natura ad auaritiam impellit, hic libidini, hic uino deditus eſt. 4. de ben. *Sen.*

Nulla ſapientia naturalia corporis, aut animi uitia deponuntur: quicquid inſitum, & ingenitum eſt, lenitur arte non uincitur. Epiſt. 11.

Animus mutandus eſt non locus, quocũque perueneris uitia te ſequẽtur. Epiſt. 28.

Non multum prodeſt ſua uitia proiecisſe, ſi cum alienis rixandum eſt, ib.

In uitia alter alterum impellimus, quo pacto ad ſalutem reuocari poteſt, quẽ nullus retrahit, & populus impellit? Epiſt. 40.

Id agere debemus, ut uitiorum illecebras quàm longiſſimè fugiamus. Ep. 52.

Facilius eſt, uitiorum initia prohibere, quàm eorum impetus regere. Epiſt. 86.

Errat, qui uitia nobiſcum naſci exiſtimat, ſuperueniunt, & ingeruntur. Ep. 95. *Plato.*

Si uis exercere imperium tibi utile, nulli autem graue, ſubmoue uitia. ib.

Vitia ſunt hominum, non temporum. Epiſt. 98.

Non modo pronum eſt iter ad uitia, ſed præceps. ib.

Quia noſtra uitia amamus, & defendimus, malumus illa excuſare, quàm excutere. Epiſt 117.

Serpunt uitia, & contactu nocent, & in proximum quemque tranſiliunt. ib.

Vitia ſunt uirtutibus proxima, & perditis quoque ac turpibus eſt recti ſimilitudo. Epiſt. 121.

Aliena uitia in oculis habemus, noſtra autem ſunt à tergo. De Ira.

Optimum eſt, uitiis cognitis, impedimẽta proſpicere. ib.

Cum quædam uitia uirtutes imitentur, ſecerni nõ poſſunt, niſi ſigna, quibus cognoſcantur impreſſeris. De Clem.

Plut. Vitium omnia in ſe habens ad infelicitatem fabricandam poſita homines exagitat. De vit.

Vitium eſt igne ac ferro uiolentius. ib.

Vitia iudicio & exercitatione vincantur, iudicium præcedat oportet, nemo enim aſſueſcit ad uitanda, & ea ex animo euellenda, quæ ipſi moleſta non ſunt: inuiſa autem nobis fiunt uitia, cum ratione perſpicimus, quæ damna, & quam turpitudinem afferant. De Garrul.

Vitia conſiſtunt aut in actionibus, aut in verbis, aut in motibus animi. De diſcr. adul. & am.

Omne uitium uirtute, non aduerſo vitio eſt corrigendum. ib.

In omni uitiorum genere, maximè autẽ inordinato & confuſo animi ſtatu inſunt quidam gradus. De prof. virt.

Conſcius tibi ſis, dies ac noctes te cõtra vitia depugnare, aut ſaltem non ſępè ſtatione abire, neque continenter veluti induciis factis internuncios ab ijs uoluptates aliquas, aut oblectationes, aut aliena negocia accipere, non iniuria, alacri confidentiáque animo ad reliqua perges. ib.

Vbi eſt delectatio uitii? ſi nullibi vacuitas curarum & dolorum, nullibi ſe ipſo cõtentum eſſe, nullibi tranquillitas animi, ociumue conceditur. De virt. & vi.

Vitium ſi iis etiam quæ ſplendida videntur, precioſa & veneranda miſcetur, ea moleſta facit, & iniucunda poſſidentibus. ibid.

Vitium in ipſis viſceribus habitans & inhęrens, noctes atque dies abſque face exurit. ibid.

Quemadmodum corpus, cum à ſuis hoſtibus ſuperatur, morte mulctatur, ita animus dum ſuperatur à vitiis, neceſſe eſt, ut moriatur. De ſal. rel.

Quia virtutibus amaritudo permixta eſt, vitia verò voluptate cõdita ſũt, illa offenſi,

hac homines deliniti feruntur in præceps, ac bonorum ſpecie decepti, mala pro bonis amplectuntur. ib.

Marſ. Maximum quidem omnium id nobis in vita propoſitum ſit certamen, quo ſuperemus uitium, & uirtutem conſequamur. *In* Pla.

Nullum maius detrimentum excogitari poteſt, quàm illud, quo animus à uitiis afficitur, ita ut quemadmodum homini cum corpore omninò ægroto non expedit uiuere, ita neque cum animo uitiis affecto. ib.

Pleri que hominibus obedire, & ſapientum conſilia ſequi nolunt, tamen beſtiis, hoc eſt uitiis ſeruiunt. lib. 1. Epiſt.

Vitia uituperanda ſunt, non homines; illud eſt amici, hoc autem inimici. ib.

De voluptate.

Plato. VOluptatum illecebræ potius maleficæ quædam illaqueationes, quàm uoluptates uocandæ ſunt. in Phil.

Has uoluptates, quæ uirtutis tamquam deæ cuiuſdam ſunt pediſſequę libenter admittimus. ib.

Voluptas eſt omnium maximè temeraria, ea præcipuè, quæ ad venerem pertinet, hæc enim omnium ingentiſſima iudicatur. ibid.

Nihil voluptate, eiuſque exultatione immoderatius inueniri poteſt. ib.

A vo-

A voluptatibus ſuperari maxima eſt inſcitia. *In* Prot.

Grauium perturbationum prima eſt voluptas, eſca mali maxima, In Tim.

Voluptates & dolores admodum vehementes omnium morborum animæ grauiſſimi ſunt iudicandi. ib.

Omnis uoluptas quaſi clauum tenens animam corpori affigit, atque connectit, efficitque adeo corpoream, ut iam opinetur, ea eſſe uera, quæ ſuadet corp⁹, in *P*hed.

Nulla eſt maior, uehementior, ac magis furioſa uoluptas, quàm circa venerea. 3. de rep.

Offerunt ſe nobis uoluptates, quæ ad cõtraria nos alliciunt, & dum animæ blandiuntur, ad illa detorquent. 7. de rep.

Qui uoluptatibus indulget, animum ſuũ minime honorat, ſed potius deiicit, cum malis ac pęnitentia eum repleat. 5. de leg.

Voluptas affert ſępius homini detrimentum & dolorem, animo hebetudinẽ & obliuionem, inſipientiamque, ac petulatiam parit. Epiſt. 3.

Voluptas omnis ſequitur actum, aut affectum. 2. Eth. *Ariſt.*

Nobis omnibus à pueritia ita uoluptas inoleuit, vt ſit difficile, hanc noſtræ uitæ penitus inſitam reiicere. ib.

Difficilius eſt repugnare uoluptati quã iræ ibid.

Multos, ut videtur, voluptas decipit, quæ licet bonum non ſit, tamen apparet: ſequũ-

tur ergo voluptatem tamquam bonum. 3. Eth.

Voluptas quò magis eſt voluntaria, eò magis eſt accuſanda. ib.

Appetitus voluptatum eſt inſatiabilis, multoque undique affluunt. ib.

Voluptates ſi magnę ſunt, ac vehementes, à ſuo ſtatu mentem remouent. ib.

Voluptates impediunt prudẽtiam, & eò magis, quò ſunt maiores quod in venereis patet; nemo enim, dum illis detinetur, mente quicquam proſpicere poteſt. ib.

Voluptates quædam ſunt honeſtæ, quædam turpes, quædam etiam infames. ib.

Pyth. Omnium malorum maximorum eſt uoluptas, qua tamquam clauo ac fibula anima nectitur.

Aug. Voluptas quęrit, quid iucundum ſit ſenſibus, ratio verò quid verum menti videatur. De ciu. Dei.

Minus voluptatibus ſtimulatur qui non eſt vbi eſt voluptatum frequentia. De ſingul cle.

Sen. Voluptas eſt fragilis ac breuis, cuius neceſſe eſt, ut aut nos pæniteat, aut pudeat, & in qua nihil eſt magnificum. 7. de ben.

Illa eſt voluptas & homine & viro digna, non implere ventrem, nec ſaginare, nec irritare voluptates, quarũ tutiſſima eſt quies, ſed perturbatione carere. ib.

Homines ſuis voluptatibus ſeruiũnt, nõ fruuntur, & mala ſua (quod malorum eſt

vlti-

vltimum amant. Tunc itaque ad maximã infelicitatem peruentum eſt, cũ turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent, & deſinit eſſe remedio locus, cum quæ fuerunt vitia, mores fiunt. Epiſt. 39.

Valde pernicioſi ſunt auribus noſtris, qui voluptates laudant. Epiſt. 24.

Voluptas eſt res humilis & puſilla, & minimi facienda, communis cum brutis animantibus. ib.

Indurandus eſt animus, & à blãdimentis voluptatum procul abducendus. Epiſt 52.

Debellãdę ſunt voluptates, quę ſæua etiã ingenia ad ſe rapiunt. ib.

Voluptates præcipuè euellere oportet, & tanquam latrones odio habere; nos enim amplectuntur, ut ſtrangulent. ib.

Voluptas eſt pecoris bonum. Epiſt. 92.

Voluptas diſſoluit, & omne robur emollit. ibid.

In primis reiiciẽdę ſunt uoluptates, quæ nos eneruãt, & effeminatos reddũt. Ep. 106.

Indulgere voluptati eſt omnium malorum initium. Epiſt. 3.

Voluptas eſt quiddã humile, ſeruile, imbecillũ & caducũ, cuius ſtatio ac domicilium ſunt fomites ac popinæ. De vita be.

*V*oluptas cum maximè delectat, tunc extinguitur, nec multum habet loci: itaque cito implet, ac moleſta eſt, & poſt primum impetum marceſcit. ib.

Quid mihi voluptatem nominas? hominis bonum quęro non ventris, qui laxior eſt

pe-

Putare, voluptatem bonum exiſtere, queadmodum Epicureus exiſtimabat, eſt opinio peccans, falſa, ac vitioſa. De pla. Hip. Pla.

Qui hauriendis voluptatibus ſitientes incumbunt, per eas imprudētes in laqueos mortis incidunt. De fal. rel. *Lact.*

Qui ſeruiunt voluptatibus, vim mentis extinguunt, & cum ſe viuere maximè putēt, ad mortem concitatiſſimè properant. De verò cultu.

Omnis voluptas eſt caduca & breuis. ib.

Ea eſt vera voluptas, quæ eſt virtutis comes & ſocia. ib.

Sicut vita perpetua eſt in virtute, ita mors in voluptate. ib.

Qui voluptatibus indulgent, hi animam ſuam corpori mancipant, ad mortemque condemnant, quia ſe corpori addixerunt, in quo mors habet poteſtatem. ib.

Fructus voluptatis æque ac ipſa ſunt breues ac temporales. De diu. prou.

Nimia voluptatis appetentia & periculum parit, & infamiam generat. lib. diu inſt.

Reijciendę ſunt noxiæ voluptates, ne peſtifera ſuauitate deliniti in mortem incidamus. ib.

Nemo voluptatis poſſeſſione fit melior, cum voluptas ſit etiam beſtijs, & maior quā hominibus. De Volupt. *Marſ.*

Nemo eſt, qui modo vllam corporis voluptatem perceperit, qui neſciat, quàm ſit fragilis, quàm breuis, quanta celeritate

labatur, ac defluat, & quàm cito in contrarium conuertatur. ib.

Voluptates impediunt prudentiam, mẽti tenebras infundunt, iudicium labefactãt, ſuiſque blanditiis, ac lenocinijs quaſi meretricula quædam mentes hominum ad ſe alliciunt, atque illaqueant, omnemque hominis naturam in vitiorum ac ſcelerum luto & cęno proſternunt. ib.

Voluptas neque aurem!, neque rationẽ, neque ordinem vllum ſequitur, ſed potius repentino ac temerario quodam ſenſuum impetu in nobis excitatur, quàm aut certo iudicio, aut conſilio blanditur ſenſibus, corpus quadam ſuauitate perniciosā delinit, effeminat animum, atquē à ſuo ſtatu mentem & rationem abducit. ib.

Voluptates intollerabili quodam cupiditatis ardore ſenſus afficiunt, curas accẽdũt, animum ſolicitudine onerant, & in furorẽ quendam rabiemque compellunt. ib.

Perſpicuum eſt, ex uoluptatibus omnes peſtiferas animi perturbationes proficiſci, adulteria, ſtupra, homicidia, furta, diſſenſiones, ſcelera denique omnia. ib.

Voluptates ardentiſſimis, & innumeris affectibus quaſi quibuſdam furiis animũ exagitant, ut ab illa tranquillitate ſit alienus, quam natura ſummopere expoſtulat. ibidem.

Qui voluptatī maximè deditus eſt, non modo non aſcendit ad ea, quæ meliora sũt ac diuina, ſed ne propriȩ quidem naturæ

ſtatum

ſtatum, dignitatemque retinent, & ex animo ad corpus, ex mente ad ſenſus, & ex homine ad beſtias labitur. ib.

Voluptatibus dediti non modo ab immortalium deorum præſtantia, ſed ab hominum quoque natura degenerare videntur, omnemque humanam rationem excuti fœdiſſimas porcorum ſordes induere. ib.

Breuis uoluptas ſummo & diuturno dolore emitur. lib. 1. Epiſt.

Qui voluptatibus nimium dediti ſunt, ſæpè in grauiſſimos dolores incidunt, & cũ expleri & impleri oſtendunt, tunc magis cupiunt & ſoluitantur. lib. 5. Epiſt.

In cœno ac voluptatum caligine, quis nõ amittit ſplendorem, ac lucem veritatis? In Heptaplo. *Io. Pic.*

Quid eſt optabile in mundi uoluptatibus? quæ dum quæruntur, fatigant, cum acquiruntur, inſaniam pariunt, cum amittuntur, excruciant. lib. 1. Epiſt.

Illud turpiſſimum iudicandum eſt, quod nonnulli, vt voluptates adipiſcantur, imperitę multitudinis errore ducti, non tantum grauiſſimos labores ſuſcipere, ſed vitam etiam ipſam offerre parati ſint; qui mihi nihilo plus agere videntur, quàm vt cum labore, & periculo turpiſſimi euadant. lib. 1. de Obed. *Io. Põt.*

Nihil eſt tam ſeruile & abiectum, quàm voluptatibus deditum eſſe. ib.

Siquis iudicauerit, quot quantaque ex uoluptatibus pululent mala, quot affe-

rantur tormenta & ſenſibus & corpori, deſinet admirari tantopere voluptates, lib. 2. de forti.

Qui bene uiuunt, ideſt, qui virtutem colunt, honeſtisque uerſantur in actionibus. ij vera, perfectaque, & homine digna fruuntur voluptate. lib. 1. de prud.

Voluptas animi vires ſic eneruat, ut nihil niſi languidum, muliebre, & tanquam euiratum, aut ſentire patiatur, aut conſulere. lib. 3. de prud.

Voluptas rara eſſe debet, ac tũ maximè delectat, cum ſit quàm honeſtiſſima. In Char.

Speuſippus de definitionibus traditis à Plat.

AVrora eſt diei principium, vel primum à Sole lumen.

Aer eſt elementum, cuius omnes loci mutationes ſunt ſecundum naturam.

Anima eſt, quod ſe ipſum mouet, animalibus vitalis motus cauſſa.

Aequitas eſt iuſtorum, conducentiumque remiſſio, in cõmercijs ordo rationalis animæ quoad honeſta ac turpia.

Aſtutia eſt affectio, qua finem coniectamus.

Animoſitas eſt impet⁹ violẽt⁹ inrationalis animæ abſque rationis, ac mentis ordine.

Ami-

Amicitia eſt conſenſus in rebus iuſtis & honeſtis, eiuſdem vitæ electio, conſenſus in deliberando atque agendo. Concordia in communione vitæ cum beneuolentia. Cõmunio in dandis, accipiendiſque beneficijs.

Attentio eſt intentio animi ad diſcendũ.

Adulatio eſt conuerſatio ad voluptatem abſque ratione boni, uel habitus ad oblectationem conſuetudinis tendens, mediocritatemque tranſgrediens.

Ambitio eſt habitus animæ, omnes ſumptus honoris gratia admittens. præter rationis normam.

Auxilium eſt expulſio mali vel præſentis uel imminentis.

Beatitudo eſt bonum, quod ex omnibus bonis conſtat, vel poteſtas, quæ per ſe ſatis eſt ad benè viuendum, vel perfectio ſecundum virtutem.

Bonitas eſt affectio, qua eligim⁹ optima.

Bonum eſt, quod ſui ipſius gratia eſt expetendum, vel quod in omnibus quæ ſunt eſt ſalutis cauſſa, vel quod ad ipſum tendit à quo veniunt omnia quæ ſunt eligenda.

Beneuolentia eſt electio hominis ad hominem, grata atque accepta:

Cælum eſt corpus, quod omnia corpora complectitur.

Conſenſio eſt rerum omniũ communicatio, cogitationumque concordia.

Charitas eſt integra animi declaratio. Ciuilis ſcientia honeſtorũ atq; vtiliũ. Scientia

iuſtitiam in Rempublicam inducens.

Conſilium eſt admonitio alterius de rerum agendarum ratione.

Cautio eſt euitatio mali, vel diligentia cuſtodiendi.

Concordia eſt conſenſus imperantiũ, & ſubditorũ in imperandi, obediendiue rõne.

Conſultatio eſt conſideratio futurorum, quonam pacto conferant.

Coniectura eſt rei latentis iudicium.

Celebritas eſt tẽpus ſacrũ ſecundũ leges.

Ciuilis hõ dicitur, q peritus eſt eorũ, quę ad reipublicæ adminiſtrationem pertinẽt.

Ciuitas eſt habitatio multorum hominum, qui communibus legibus vtuntur, vel cœtus hominum, qui iiſdem legibus ſubiecti ſunt.

Ciuitatis virtus eſt recta reipublicæ conſtitutio.

Continens eſt, qui partes animę rationi repugnantes cohibet.

Conſcientia eſt cogitatio triſtis abſque ratiocinatione.

Contumelia eſt iniuria, quæ per contemptum infertur.

Calumnia eſt amicorum diſſenſio, quæ fit verbis.

Contrarietas eſt maxima illorum diſtantia, quæ ſub eodem genere per quaſdam differentias continentur.

Cogitatio eſt animæ curatio ob commiſſa ſcelera.

Deus eſt viuẽs immortale per ſe ipſum ad

beati-

beatitudinē ſufficiens. Eſſentia ſempiterna ipſius boni cauſſa.

Dies eſt ſolis iter ab ortu ad occaſū, vel lumen nocti contrarium.

Docilitas eſt animæ ingenium ad velociter percipiendum.

Donum eſt mutua gratiarum relatio.

Diuinatio eſt ſcientiæ rerū abſq; demonſtratione præſaga.

Dictio eſt vox hominis quæ ſcribi pōt, & ſignum quoddam commune abſque cantus harmonia ſignificans.

Definitio eſt oratio ex gñe, differentiaq; compoſita.

Demonſtratio eſt ratiocinatio vera, vel oratio, quæ aliquid oſtēdit per prꝫcognita.

Decretum eſt inſtitutum ciuile, quod certum tempus reſpicit.

Depoſitum eſt tributio cum fide.

Dominatio eſt iuſtus principatus nulli ſubditus.

Degeneratio eſt prauitas in natura, uel declinatio ab eo, quod eſt ſecundū naturam.

Diſciplina eſt facultas, quæ animū curat.

Elementum eſt illud, ex quo componūtur, & in quod compoſita diſſoluuntur.

Electio eſt approbatio, vel actio recta.

Elemētum vocis eſt vox ſimplex, & cauſſa, vt cꝫtere voces ſint voces.

Eruditio eſt diſciplinæ traditio.

Fortuna eſt motus ab occulto in occultum, caſu quodam felicis actionis cauſſa.

Fortitudo eſt habitus animæ intrepidus,

militaris audacia, peritia illorũ quę ad bellũ ſpectant: conſtantia animi aduerſus illa, quę terrere ſolent. Audacia prudentiæ pediſſequa: intrepiditas in mortis expectatione. Affectio ſeruans in periculis rationale propoſitum. Robur contra periculum obſiſtẽs. vis omnia ſuſtinens uirtutis gratia. Perſeuerantia animi in ijs, quæ rectæ rationi audenda, uel timenda uidentur. Obſeruantia eorum, quę ratio dictat in rebus pertimeſcendis. Habitus in lege immobiliter perſeuerans.

Frugalitas eſt rationalis vitę ſimplicitas, morumque bonorum ſtudium.

Fides eſt recta præſumptio, ut res ſic ſe habeat, ut tibi uidetur.

Facundia eſt perſpicacia, & facultas obtinendi quod propoſitum eſt.

Ferocitas eſt exceſſus audaciæ, haud metuens, quæ metuenda ſunt.

Furor eſt verę ęſtimationis corruptio.

Generatio eſt motus ad eſſentiam, vel acceptio eſſentię, vel proceſſus in eſſe.

Generoſitas eſt virtus ingenui moris. Facilitas animi ad dicenda, pariterque agẽda.

Gaudium eſt lætitia in operibus temperantiæ.

Gratia eſt uoluntaria beneficẽtia. Redditio boni obſequij in tempore opportuno.

Humilitas eſt facultas animę expers omnis iracundiæ.

Honor eſt bonorum largitio propter virtutis officium. Æſtimatio ac dignitas vir-

virtute acquiſita. Figura uenerationis. Cõſeruatio dignitatis.

Habitus eſt affectio animę, ſecundum quam quales dicimur.

Homo eſt animal, quod ſolum ex animãtibus rerum ſcientiæ per rationes fit particeps.

Iuſtitia eſt conſenſio animæ ad ſe ipſam, eiuſque partium ordo ad inuicem mutuus. Habitus pro dignitate vnicuiq; diſtribuens. Habitus, quo qui præditus eſt, ſemper quæ iuſta videntur eligit. Habitus vitæ legibus obedientis. Aequalitas communicatiua. Habitus, qui rectis legibus ſemper obtemperat.

Indolentia eſt habitus, quo in dolores nunquam incidimus.

*I*nduſtria eſt ingenium animæ, quo quiſque nutritus eſt, in ſingulis quod decet, facilè coniicit mentis acumen.

*I*ngenium eſt diſcendi velocitas, vel virtus inſita in natura.

*I*udicium eſt rata pronunciatio de eo, quod uenit indiſceptationem.

Intelligentia eſt cogitationis intenſio.

Intellectio eſt ſcientiæ principium.

Ius eſt legis inſtitutum, à quo iuſtitia proficiſcitur.

Immortalitas eſt eſſentia viuens, & ſempiterna perſeueratio.

Indocilitas eſt tarditas ad diſcendum.

Ira eſt motus partis iraſcibilis ad vlciſcendum.

In-

Incōſtantia eſt affectio, quæ trahit ad ea, quæ iucunda videntur, præter rectę rationis iudicium.

Iniquitas eſt habitus, qui leges deſpicit.

Indigentia eſt bonorum diminutio.

Inuidia eſt triſtitia ex aliorum bonis ſeu præſentibus, ſeu præteritis.

Impudētia eſt habitus animæ lucri cauſſa infamiam ſubiens.

Inuoluntarium eſt, quod præter ſententiam factum eſt.

Libertas eſt vitæ dominium. Dominatio in omnib⁹ abſoluta propria uitæ licētia.

Liberalitas eſt habitus, qui in quęrendis, erogandiſque pecuniis decorum ſeruat, vel decens acquiſitio, cumulatioq́ue pecuniæ.

Lex eſt ciuilis inſtitutio abſque certi tēporis termino.

Legitima ciuilitas eſt bonis legibus obedientia.

Liberum eſt, quod ſibi ipſi denominatur.

Legiſlator eſt auctor legum, quibus ciuitas gubernari debet.

Loquacitas eſt reſoluta loquendi ſine ratione intemperantia.

Meridies eſt tempus, in quo vmbrę corporum quàm breuiſſimæ ſunt.

Manſuetudo eſt immobilis animæ cōſtitutio aduerſus iræ impetum.

Modeſtia eſt voluntaria conceſſio ad id, quod optimum iudicatur, vel in corporis geſtu compoſitio.

Magnanimitas eſt moderatus contingen

tium

tium vſus. Vrbana cum hominibus conuerſatio. Magnificentia animi cum ratione.

Memoria eſt animæ diſpoſitio, veritatem illi inhærentem cuſtodiens.

Moderatio eſt medium inter exceſſum & defectum.

Militaris virtus eſt experientia in bello.

Metus eſt animæ concuſſio in expectatione mali.

Monitio eſt ſermo ex ſentẽtia caſtigans. ſermo ab erroribus abſterrens.

Nox eſt vmbra diei contraria, vel ſolis priuatio.

Occaſus eſt diei finis.

Opportunitas eſt imminentia temporis, in quo vel agere, vel pati quicquã oporteat.

Ordo eſt concentus operationum ad inuicem communionis proportio, cauſſa viciſſitudinis in omnibus. contemperantia ad percipiendum idonea.

Occaſio eſt tempus rebus agendis accõmodatum.

Opinio eſt perceptio cum fide per ratiocinationem. cogitatio incidens in verũ ac falſum per ratiocinationem.

Oratio eſt vox, quæ ſcribi poteſt, pronunciatiua cuiuſque rei. Compoſitio ex verbo & nomine.

Opulentia eſt poſſeſſio rerum ſic moderata, vt ad felicitatem conferat. Abundantia, rerum ad felicitatem conferentium.

Oſtẽtatio eſt affectio, quę illa bona ſibi vẽdicat.

dicat, quæ minimè adſunt.

Potentia eſt, quæ per ſe ipſam eſt efficax.

Prudentia eſt uis, quæ per ſe ipſam ducit ad humanam felicitatem, ſcientia bonorum & malorum felicem præſtans diſpoſitioné, qua agéda, & nõ agenda diiudicamꝰ.

Perſeuerantia eſt affectio, quæ quodcunque elegerit, perficit, id eſt tolerantia uoluntaria aduerſus labores.

Pudor eſt audaciæ remiſſio. eius, quod optimum apparet: ſpontanea, & libens acceptio. Formido ueræ vituperationis.

Philantropia, ideſt humanitas, eſt affectio amicitię, hominum conciliatrix: habitus hominibus beneficus: gratiarum redditio, gratitudo benefica.

Pietas eſt iuſtitia erga Deum. Affectio colens Deum. voluntaria Dei veneratio. recta hominis diuini ſcientię.

Pax eſt quíes, qua ab inimicitiis & bellis ceſſamus.

Promptitudo eſt patens expeditio propoſiti ad res gerendas.

Prouidentia eſt pręparatio ad futura.

Philoſophia eſt amor ſapientiæ. Cõtemplatio ueritatis, ut veritas eſt: cura animæ ſecundum rectam rationem.

Palma eſt virtutis pręmium, ſui ipſius cauſſa exoptandum.

Purgatio eſt deteriorum à melioribus ſegregatio.

Probus eſt, qui perfectè eſt bonus, uel qui propriam ſui uirtutem habet.

Pauor

Pauor eſt trepidatio in expectatione mali.

Pigritia eſt fuga laborũ, qui ex guberna tione ſuſcipiuntur.

Peccatum eſt actio præter rectam rationem.

Poteſtas eſt excellentia in agendis, ſeu di cendis. Habitus, quo potentes efficiuntur.

Rex eſt qui imperat ſecundum leges, nul li ſubiectus, irreprehenſibilis, ciuilis ordinis inſtitutor.

Robur eſt vis, quę unumquodque in ſua natura ſeruat, ut detrimenta euitet.

Sempiternum eſt quod per omne tẽpus, & prius extitit, & nunc eſt, nulli corruptioni obnoxium.

Sol eſt celeſtis ignis, qui ab ortu ad occa ſum ab eiſdẽ aſpici põt: animal ſempiternũ. aſtrum animatum, diurnum ac maximum.

Senectus eſt uitæ detrimentum, quod fit tempore.

Sanitas animæ eſt habitus, qui affectibus minimè ſuccumbit.

Societas eſt amicitia ex diuturna æqualium conſuetudine conſtituta.

Sagacitas eſt innata ratiocinãdi uirtus.

Sanctimonia eſt cautio declinans à pecca tis, quę aduerſus Deum committuntur. Diligens obſeruatio diuini cultus ſecundum naturam.

Sapientia eſt earum rerum ſcientia, quæ ſemper ſunt. Scientia, quæ rerum omnium ſium cauſſam contemplatur.

Scien-

Scientia eſt comprehenſio animæ immutabilis ratione. Vis comprehenſiua alicuius, uel quorundam ratione immutabilis. Ratio uera in cogitatione immutabilis.

Senſus eſt animæ progreſſus, mentis motus, nunciatio animæ per corpus in formas

Plut. hominum, à qua fit irrationalis animæ uis per corpus noſcens.

Sillaba eſt uocis humanę articulus, qui ſcribi poteſt.

Salus eſt munitio ab omni damno ſecura.

Sophiſta eſt iuuenum nobilium, atq; diuitum mercenarius uenator.

Spes eſt expectatio boni.

Tempus eſt Solis motus, progreſſionis menſura.

Temperantia eſt moderatio animæ circa naturales conſcientias & voluptates. Cõpoſitio ordoque animæ ad naturales uoſuptates atque dolores. Conſonantia animę ad imperandum, & ad obediendum. Actio uoluntaria eorum, quę ſunt ſecundum naturã. Rationalis animę conuerſatio quoad hone

Apul. ſta ac turpia. Habitus, quo decentia eligimus, & ſeruamus.

Gal. Tolerantia eſt perpeſſio moleſtiæ honeſti gratia.

Tyrãnus eſt, qui ciuibus imperat ex propria ſententia.

Marſ. Temperatus eſt, qui mediocres concupiſcentias habet.

Virtus eſt habitus optimus mortalis animantis

mantis per ſe laudabilis.

Veracitas eſt rectus in affirmando, & negando habitus, ſcientia ueri.

Voluntas eſt appetitus ſecundum rectā rationem. Affectus rationalis tendens ſecūdum naturam.

Victoria eſt uis in certamine ſuperans. **Io Pōt.**

Vaticinium eſt ſcientia, qua cognoſcitur, quid adſit, quid ue futurum ſit mortali uiuenti.

Vox eſt prolatio ex ore ſecundum cogitationem.

Voluntarium eſt, quod ſe ipſum ducit, quod per ſe ipſum eſt eligendum.

Votum eſt hominum precatio ad Deū, qua uel bona, vel quæ bona uidentur, efflagitant.

Verecundia eſt formido in expectatione infamiæ.

Vitium eſt quædam animi diſſonantia.

F I N I S.

Cornelio Francescucci

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

Regiſtrum.

† A B C D E F G H I K L M N O
P Q R S T.

Omnes ſexterniones, † duernio, T, quaternio.

R O M AE,

Apud Alexandrum Gardanum, & Franciſcum Coattinum. 1587.